enim animante omnes reliquos contineri vellet animantes, hunc ea forma figurauit, qua vna omnes reliquæ formæ concluduntur.de Vniu. 9. Animantes qui animo cernuntur, & ratione intelliguntur.1.de Nat.127. Animantes multæ inſectantes odoris intolerabili fœditate depellunt. de Vniu. 36. Animantes orientur,quos & viuos alatis,& conſumptos ſinu recipiatis.2.de N.d.83. Animantes aſpiratione aëris ſuſtinentur. 1. de Leg.26.Nam quum cęteras aniniantes abieciſſet ad paſtum, ſolum hominem erexit. Læl. 83. Deinde vt reliquerant atque appetant aliquas alias animantes,ad quas ſe applicēt.Ve Vniu. 32.Animantia diuina ſunt infixa cœlo ſidera, ob eámque cauſam ſuis ſedibus inhærent,& perpetuò manent.de Vni. 8. Animantia omnia ſunt in quædam genera partita aut inchoata.de Vni.31.Animantium genera quatuor, quorum vnum diuinum atq; cœleſte,alterum pennigerum & aërum, aquatile tertium, terreſtre quartum. 1.Offi.11.Commune animantium omnium eſt coniunctionis appetitus, procreandi cauſa, & cura quædam eorum quæ procreata ſunt.Ibidem. Animantium generi omni à natura tributum eſt.vt ſe,vitam,corpúſque tueatur, declinétque ea quæ nocitura videantur, omniáque quæ ſint ad viuendum neceſſaria,acquirat & paret.1.Offic.54. Animantium hoc natura commune eſt, vt habeant libidinem procreandi. 2. de Nat.deor.42.Animantium varius ortus.Ibid.121.Animantium aliæ coriis tectæ,aliæ villis veſtitæ,alię ſpinis hirſutæ.1.24.Animantibus quantam cuſtodiam conſeruādi ſui ingenuit natura.

¶ *Coniunctum.Viuens,ac ſentiens aut animātum* Ibid. Qui mundum ipſum animantem ſapientémque eſſe dixerunt.2. 21.Animans eſt igitur mundus,compóſque rationis.ibid.Quæ autem animans natura, nihil curans? 1. 36. Animantem legem efficit Zeno.

† Adivncta. Aquatile, mortale,terreſtre, diuinum atque cæleſte, pennigerum,aërium,ſuperiores,de Vniuer.Armatæ cornibus,obductę plumis,hirſutæ ſpinis,tectæ coriis,veſtitæ villis,2.de Nat.

☞ Syntaxis. *Animantia diuina,infixa cœlo ſydera. Mundus,natura. Lex animans.*

Animatio.de Vniuerſ. 31. Diuinæ animationis ſpeciem maximè faciebat ex igne.*Cœlum intelligit,ſeu æthera.*

Animatvs,*viuens,animale.* 1.Tuſcul.54.Animatum eſt, quod motu cietur interiore & ſuo.de Som.6. Stellæ diuinis animatæ mentibus.

¶ *Affectus bene,vel malè.* 6. V.151. Ciuitatem vt abs te affecta ſit,ita in te eſſe animatam videmus. 11. Fa.28. Si aliter eſſem animatus,nunquàm quod facerem negarem.15.1. Intelligebam ſocios infirmè animatos eſſe.de Amic. 57. Vt quemadmodum in ſe quiſque,ſic in amicum ſit animatus. 9.A.12. Qui quanquàm afflictus luctu non adeſt, tamen ſic animati eſſe debetis, vt ſi ille adeſſet. Antequàm 20.Sic enim ab initio fui animatus,vt me reip.procreatum putarem. Antequàm 29. Erga vos omni tempore optimè fui animatus.6. Fa.6. Pompeius animatus meliùs quā paratus.2.de Or.205.Ita animati homines ſunt, vt nihil ad eorum mentes oratione flectendas proficere poſſemus.

☞ Syntaxis. *Stella animata mētibus. In aliquem benè, vel malè animatum eſſe:meliùs,optimè,ita ſic,vt,&c.*

Animo,*animatum facio,animo dono.* 1.de D. 132. Quicquid eſt hoc,omnia animat,format,alit,auget.1.de N. 111. Atomi formare,figurare,colorare,animare non poſſunt.

Animor,*animo donor.* 2.de D.89.Perinde vtcunque temperatus ſit aër,ita pueros orientes,animari atque formari.

Animose,*intrepidè* 4 A. 6. Animosè & fortiter facere aliquid 1.Offi.92.Hæc præſcripta ſeruantem licet magnificè,grauiter, animoſéque viuere.

Animosvs,*plenus animi,plenus roboris, non timidus.* pro Mil. 93.Vir fortis & animoſus.1.Tuſc.19.Nam & animoſos & bene animatos dicimus. de Sen. 72. Senectus animoſior eſt, quàm adoleſcentia,& fortior.

☞ Syntaxis. *Fortis, & animoſus, Senectus animoſior,ac fortior.*

Animvla,*puſilla anima,& vita infirma.*4.Fa. 5. In vnius mulierculæ animula ſi iactura facta eſt.*Seruij Sulpitij.*

Animvs,*mens,anima,audacia,ſpiritus.* 1.Tuſc.18. Quid ſit animus,aut vbi,aut vnde,magna diſſenſio eſt.4. Acad. 124. Animus,eſt mens ſine corpore vllo,vt dixit Xenocrates.de Sen.77. Eſt enim animus cœleſtis ex altiſſimo domicilio depreſſus, & quaſi demerſus in terram, locum diuinæ naturæ æternitatíque contrarium.de Som. 19. Animus eſt qui viget, qui ſentit,qui meminit,qui præuidet & moderatur, & mouet id corpus, cui præpoſitus eſt.de Vniu.24. Animus vnus ex omnibus rationis contentioniſq; ſempiternarum rerum, & ſub intelligētiam cadentium compos & particeps: quo nihil ab optimo genitore melius procreatum: quippe qui ex eadem vinctus,alteráq; natura adiuncta materia temperatione trium partium,proportione compacta, ſe ipſe conuerſans, cum materiam mutabilem arripuiſſet,& cùm ruſus indiuiduam atq; ſimplicem,per quam omnis mouetur, diſcernítque quid ſit eiuſdem generis, & quid alterius, & cætera diiudiçat, quid cuiq; rei ſit maximè aptum, quid quoq; loco,aut modo, aut tempore contingat, quæq; diſtinctio ſit inter ea quæ gignantur, & ea quæ ſemper ſint eadem.5.Tuſ.111.Animus accipit quæ videmus.1.de Or.84. Acer & præſens animus.3.Tuſ.5.Animus æger(vt ait Ennius)ſemper errat,neq; pati,neq; perpeti poteſt,cupere nunquam deſinit. 4. 38. Animus ægritudine ac perturbationib. reliquis omnibus vacu⁹,perfectè atq; abſolutè beatos efficit.pro Roſ.Amer. 144. Animus æquus.1.Tuſ.54.Animus ſeipſum ſemper mouet, atq; idcirco non eſt natus,ſed æternus. 12. At.2. Animus afflictus & fractus. 5. de Fin. 55. Animus ſemper agit aliquid, neque vlla conditione quietem ſempiternam poteſt pati.12. At. 6. Scire enim vis quo vno animus alitur.1.Off.65. Animus altiſſimus, & gloriæ cupidus. 1. de Inu. Amplus & excelſus, & patiens incommodorum.1.P.57.Anguſtus atque demiſſus,4.Fa.13 Anxius & ſollicitus.ad Lent.1.9.Apertus & ſimplex.1.Tuſ.67.Vt oculus,ſic animus ſeſe non videns,alia cernit. 3. ad Her. Animus nulla niſi noua aut admirabili re commouetur.16.Fa.21.Ciceronis filij,Non ſolùm animus à factis,ſed aures quoque à commemoratione abhorreāt.de Vn.23.Animus à medio profectus, extremitatem cœli à ſuprema regione rotundo ambitu circuniecit,ſéq; ipſe verſans,diuinæ ſempiternæ ſapientíſque vitæ induxit exordium.1.de Fin.58.Animus à ſe ipſe diſſidens,ſecúmque diſcordans.1.Tuſ.19.Animus ab anima dictus. Qu. Fr.1. Animus ab iracundia antè occupatur, quàm prouidere ratio potuit ne occuparetur. 1.Tuſc.57. Animus hominis habet memoriam, & eam infinitam rerum innumerabilium. 1. de Diu. 113.Animus hominis nunquàm naturaliter diuinat, niſi cùm ita ſolutus eſt & vacuus,vt ei planè nihil ſit cum corpore. 1.de Leg.60.Animus hominis quibus rebus beatus fiat.1.de Nat.27. Cur animus hominis quicquam ignoraret,ſi eſſet deus? 1. Tuſ. 56.Animus hominis,ſi nihil eſſet in eo,niſi vt per eum viueremus, eſſet nobis cum beſtiis plantíſque communis. *Beſtiæ enim & plantæ animam vegetatiuam ſeu vitalem habent, per quam viuunt* Ibid.Animus hominis ſi nihil haberet, niſi vt appeteret aut refugeret, id ei eſſet commune cum beſtiis. *Nam & beſtiæ appetunt quæ ſunt bona & refugiunt cōtraria.* 5.38.Animus humanus decerptus ex mente diuina, cum alio nullo, niſi cum ipſo Deo,ſi hoc fas eſt dictū,comparari poteſt.1.65.Animus humanus ſic,vt natura cœleſtis,& terra vacat & humore.5.39. Animus humanus ſi eſt excultus,& ſi eius acies ita curata eſt,vt ne cæcetur terroribus,ſit perfecta mens,id eſt,abſoluta ratio, quæ eſt idem quod virtus.1.de Fin. 49. Humilis atque imbecillis.5. Fam.21.Humilis & pertinax,*contraria* 2.Diu. Imbecillis atque anilis.125.81.Imbecillus remiſſúſque.14. Phil.17. Ieiunus, vel anguſtus.1.Tuſc.58.In corpore incluſus.Ibi.51.In corpore tanquàm alienæ domui.*propria enim eius ſedes,eſt cælum.* 12. At.20. Animus eſt in hortis.2.Tuſcul.47. Animus in partes duas diſtributus eſt, quarum altera rationis eſt particeps, altera expers.Ibid.57.Ex hoc ille animus in præliis paratus ad vulnera. 2.de Inuen.152. Animus ad inuentionem facilius incedet.de Diuin. 2. Furore diuino incitatus.3.Tuſcul.19. Inflatus & tumens.ad Brut.15.Infixus in patriæ charitate. 1. de Nat.54. Se iniiciens & intendens in immenſum.4. Tuſcul. 10. Intentus. 2.54. Vt onera contentis corporibus faciliùs feruntur, remiſſis opprimunt: ſimillimè animus intentione ſua depellit preſſum omnem ponderum, remiſſione autem ſic vrgetur, vt ſe nequeat extollere.1.82. Si animus vnà cum corpore interit, nullus in eo ſenſus remanet, ipſe enim nuſquàm eſt. Ibid.46. Iudex omnium.Ibid.43.Animus iunctus ex anima tenui, *id eſt, aëre, & ardore ſolis temperato* Ibi.19. Animus iuxta Empedoclem eſt cordi ſuffuſus ſanguis. Ibid. 43. Leuis & calidus.1.Offi.61. Magnus elatúſque, humanáſque res deſpiciens. 5. de Fin.71. Magnus,erectúſque.1.Fa.9.Magnus & excelſus.8. At. Magnus & fortis.2. Tuſcul.47.Mollis,demiſſus,humilis,eneruatus, languens.1.Attic.14.Mollis: *id eſt facilis*, & ad accipiendam & ad deponendam offenſionem. 2. Acad.1. Animus mundi. 1. 29. Vult & Plato in Timæo mundum eſſe animantem, & omnium qui ſub aſpectum cadunt, animantium perfectiſſimum. Ibid. Animus mundi omnium rerum quæ ſunt ei ſubiectæ quaſi prudentia quædam, procurans cœleſtia ac humana, ſecundùm Academicos. 1. Tuſcul.71.Animus nec ſecerni, nec diuidi, nec diſcerpi, nec diſtrahi poteſt: nec interire igitur.4. de Fin. 36. Cùm preſertim ipſe quoque animus non inane neſcio quid ſit, ſed in quodam genere corporis.1. Tuſcul.20. Animus numerus,ſecundùm Xenocratem.Offic.1. Animus paratus ad periculum,ſi ſua cupiditate,non vtilitate communi impellitur,audaciæ potiùs nomen habeat,quàm fortitudinis. Ibid.62. Animus paruus.pro Roſc,Amer. Animus patrius.1.de Nat.54. Animus latè longèque peregrinatur.1.Tuſcul. 38. Perturbatus 4. 40. Vt qui è Laucade ſe præcipitauerit, ſuſtinere ſe cùm velit, non poteſt: ſic animus perturbatus & incitatus nec cohibere ſe poteſt, nec quo loco vult, inſiſtere omninò. 5. Famil. 11. Promptus & alacris ad defendendam Rempublic. 4. Tuſcul. 81. Vt optima quiſque valetudine affectus poteſt videri alius, vt natura ad aliquem morbum proclitior: ſic animus

alius ad alia vitia propenſior.2.Fa.17. Animus puſillus.de Som. 7. Animus piis omnibus retinendus eſt in cuſtodia corporis, nec iniuſſu eius, a quo ille eſt nobis datus, ex hominum vita migrandum eſt. 1. de Finib. 49. Animus robuſtus & excelſus.3. Tuſc.9. Animus qui eſt in aliquo morbo, non magis eſt ſanus, quàm id corpus quod in morbo eſt. Ibid. 13. Illud quidem ſic habeto, niſi ſanatus animus ſit, quod ſine Philoſophia fieri non poteſt, finem miſeriarum nullum fore. Ibid. 5. Animus ſapientis ita ſemper eſt affectus, vt ratione optimè vtatur. Ibid. Animus ſapientis nunquàm eſt perturbatus. Ibid. 19. Animus ſapientis ſemper vacat vitio, nunquàm turgeſcit, nunquàm tumet. 1. Att. 14. Animus ſaucius. de Som. Scip. 19. Vt ipſum mundum ex quadam parte mortalem ipſe Deus æternus, ſic fragile corpus animus ſempiternus mouet. 1. de Diu. 63. Animus ſomno ſeuocatus à ſocietate & contagione corporis, meminit præteritorum, præſentia cernit, futura prouidet. 1. Tuſc. 43. Animus ſi eſt horum quatuor generum, ex quibus omnia conſtare dicuntur; *id eſt, elementorum*, ex inflammata anima conſtat, atque idcirco ſuperiora capeſſat neceſſe eſt. Ibid. Animus ſi ſit numerus, vt ſenſit Xenocrates, vel ἐντελέχεια, vt Ariſtoteles, multò integrior ac purior eſt, quàm igneus, aut animalis, longiſſiméq; à terra ſe efferet. Ibid. 60. Animus ſiue anima ſit, id eſt, ſpiritalis & aërius, ſiue ignis, diuinus eſt. 8. At. 25. Quò animus ſpectat, & quò res vocat. pro Seſt. 22. Etenim animus eius vultu, flagitia perietib. tegebantur. 5. Fam. 21. Animus tenerior. 7. At. 2. Tranquilliſſimus. 3. Offi. 105. Turpificatus. 14. At. Animus tuus mihi magis patuit, quàm domus. 1. Tuſc. 50. Vacans corpore. 2. Diu. 27. Senſibus, *id eſt, commotionibus ſenſuum*, & curis vacuus. Ibid. 128. Animus natura inſiſtens, agitatione & motu nunquàm vacuus eſſe poteſt. 1. Tuſculan. 19. Animus Zenoni Stoico ignis videtur. 3. de Orat. 73. Animi eſt omnis actio. 2. de Or. 73. Actio varia, vehemens, plena animi, plena ſpiritus, plena doloris, plena veritatis. 6. Famil. 12. Ad animi æquitatem extollere. 7. Attic. 13. Aliquantum animi nobis attuliſſe. 3. Famil. 10. Animi altitudo.)(.*animi deiectio*. 2. Tuſculan. 64. Amplitudo animi, & quaſi quædam exaggeratio quàm altiſſima. 2. de Nat. 34. Animi appetitus ratione reguntur. 3. Tuſcul. 6. Animi auxilium non vt in corporis morbis petendum eſt foris. 1. Acad. 20. Animi bona ab Academicis in naturam & mores diuidebantur. Ibid. Animi bona dicebant Academici, quæ eſſent ad comprehendendam animi virtutem idonea. 12. Attic. 2. Animi leniendi & ſanandi cauſa. 7. Phil. 18. Et qui illud animi cauſa fecerit, hunc prædæ cauſa quid facturum putatis? I. P. 65. Sed planè animi ſui cauſa ludos nobis idiotis relinquet. 1. Tuſcul. 43. Animi ſceleritas. 4. 32. Animi & corporis inter ſe comparatio. 1. Q. Fr. 1. Animi concitatio. 1. de Nat. 106. Omnem animi conformationem cæteri Philoſophi motum inanem vocant: vos aduentum in animos & introitum imaginum dicitis. 13. Attic. 47. Ait me animi conſcientia de ſe ſuſpicari. 2. Tuſculan. 55. In omnibus officiis perſequendis animi eſt adhibenda contentio, id eſt, *Perſpicacia, vis*. de Vniuer. Animi creatio vnde à Deo facta. *perpende phraſim, Facere creationem*. 3. Attic. 18. Animi defectio. 1. Tuſcul. 51. Domus, cœlum. I. P. 27. Egeſtas. 12. Attic. 37. Firmitas. 5. Fam. 13. Firmitudo grauitáſque. 1. Off. 80. Animi fortis & conſtantis eſt, non perturbari in reb. aſperis, nec tumultuantem de gradu deiici, ſed præſenti animo vti & conſilio, nec à ratione diſcedere. Ibid. 66. Animi fortis magníque ducendum eſt, ea quæ eximia pleriſque & præclara videntur, parua ducere. 4. Fam. 13. Grauitas & altitudo animi. ad Brut. 8. Animi hoſtilis in rempub. 3. de Orat. 60. Imago animi, vultus eſt: indices oculi. 2. Attic. 21. Omni animi impetu, dolori & iracundiæ pareat. 11. Attic. 11. Magis quodam animi impetu vti quàm cogitatione. 1. ad Heren. 1. de Inuen. 84. Animi ingenium. 2. Fam. 6. Animi ingenui eſt, cui multum debeas, ei plurimum velle debere. 1. Tuſcul. 52. Animi intelligentia, quid aut qualis ſit, difficilis. 13. Fam. 66. Animi labor. 16. Fam. 27. Quos ego noui languoris animi effœminatiſſimi plenos. 2. de Inuen. 77. Animi & laus honeſta & vituperatio vehemens eſt. 4. Attic. 15. Locus animi, ſtomachus vbi habitabat, olim concaluit. 3. Tuſc. 15. Qui magni animi eſt, eum neceſſe eſt eſſe inuictum. 2. Famil. 9. Magni animi fuit, non eſſe ſupplicem victori. . Fam. 7. Magnitudinem animi tui ne vnquàm inflectas cuiuſquam iniuria. pro Font. 31. Homo maximi animi. 1. ad Heren. Animi moderatio definita. 3. Tuſcul. 5. Animi & plures & pernicioſiores morbi quàm corporis. 3. de Nat. 71. Animi motus & cogitatio: *id eſt, ratio*. de Vniuer. Animi motus qui ratione rexerit, iuſtè vixerit: qui autem his ſe dederit, iniuſtè. 1. Q. Fr. 1. Animi motum & dolorem tenere in ſua poteſtate. 3. Tuſc. 15. Munus animi eſt, ratione bene vti. 1. 54. Animi propria natura atque vis eſt motu cieri interiore & ſuo. 1. de Nat. 37. In animi notione reponere tanquàm in veſtigio. 1. de Orat. 118. Artes in quib. animi libera quædam oblectatio quæritur. de Clar. Plena animi & terroris oratio. 1. Diuin. 60. Animi pars, in qua feritas quædam eſt, atque agreſtis immanitas. Ibid. 61. Animi pars, in qua irarum exiſtit ardor. Ibid. Animi pars, quæ mentis & conſilij eſt. Ibid.

62. Animi pars, quæ mentis & rationis particeps eſt. Ibid. 6. Animi pars, quæ voluptate alitur. Ibid. 70. Animi pars rationis atque intelligentiæ particeps, tum maximè viget, cum plurimùm abeſt à corpore. Ibid. 61. Animi partes duæ temerariæ. 5. de Fin. 36. Animi autem & eius animi partes, quæ princeps eſt, quæque mens nominatur, plures ſunt virtutes: ſed duo prima genera, vnum, &c. 8. Fam. 4. Animi pendeo vehementer. 11. Attic. 12. Animi te pendêre, quam rationem ſim allaturus illi. *Frequentiùs abſolutè ponitur hæc locutio.* 1. de Orat. Animi permotiones. 2. de Inuen. 163. Animi propoſitio. Læl. 48. Animi bene conſtituti proprium eſt, & lætari bonis rebus, & dolere contrariis. 10. Attic. 13. Quid animi mihi in nauigando cenſes fore? 1. Tuſc. 43. Animi ſedes naturalis. Ibid. 19. Animi ſedem & locum in corde eſſe dixerunt Stoici: in cerebro, Pythagoras, & eum ſecutus Plato. 5. Famil. 2. Animi remiſſio ac diſſolutio, cui opponitur altitudo animi. 6. Fam. 1. Nerui atque robur animi. pro Mil. 102. Incredibili robore animi ſeptus. 1. Off. 67. Animi robuſti eſt, magnæque conſtantiæ, ea quæ videntur acerba, ita ferre, vt nihil à ſtatu naturæ diſcedas, nihil à dignitate ſapiẽtis. 1. de Nat. 53. In animi ſecuritate vitam beatam ponimus. pro S. R. Hæc ego pro meipſo & animi mei ſenſu ac dolore pronuncio. 2. de Orat. Ex animi tui ſententia. 2. Tuſcul. 54. Sunt enim quędam animi ſimilitudines cum corporib. 5. 16. Vt maris tranquillitas intelligitur, nulla ne minima quidem aura fluctus commouente: ſic animi quietus & placatus ſtatus cernitur, cùm perturbatio nulla eſt, qua moueri queat. 5. V. 81. Tantum animi habuit ad audaciam, vt dicere in concione non dubitaret. pro Font. 30. Si quantam habent ad maledicendum licentiam, tantum haberent ad ementiendum animi. 8. Famil. 15. Tantum animi habuiſſet in veſtro Domitio. 10. Famil. 5. Declaratio animi tui, quem haberes de Rep. 1. de Leg. 51. Animi turpitudo vitiis ipſis facillimè percipitur. Orat. Animi in Cicerone vis magna. 1. Tuſcul. 66. Singularis eſt quædam natura atque vis animi, ſeiuncta ab his vſitatis notíſque naturis. *ſcilicet terrena, humida, aërea & ignea*. 1. Attic. 1. Animi atque ingenij mei vires omnes profudi. 3. ad Heren. Animi virtutes quatuor. 5. Famil. 20. Pro animi mei voluntate. 8. Philip. 51. Animo adeſſe. 1. de Nat. 27. Animo diuinitatem dedit Alcmæo Crotoniates. 12. Attic. 45. Animo exculto nihil agreſte, nihil inhumanum eſt. 10. Famil. 35. Animo meo fixa perpetuò manebunt. 1. Q. Fr. 1. Animo & orationi moderari. pro Font. 31. Animo alicuius ſupplicare. 12. Attic. 15. Non ad animum, ſed ad vultum ipſum reficiendum. 1. Tuſculan. 75. Animum ad ſeipſum aduocare, ſecum eſſe cogere, maximè à corpore abducere. Ibid. 22. Animum Ariſtoteles appellat ἐντελέχειαν nouo nomine. 1. Acad. 29. Animum mundi Academici deum appellant. 3. V. 28. Animum attendere. 4. Acad. 38. Neceſſe eſt animum perſpicuis cedere, vt lancem in libra ponderibus impoſitis deprimi. de Vniuerſ. 18. Animum Deus vt in medio mundi collocauit, ita per totum tetendit. 4. Acad. 135. Vt animum ſapientis commoueri & conturbari negarent. 1. Q. Fr. 3. Animum ne contrahas aut demittas. 12. Attic. 43. Animum contundere. . Famil. 9. Animum debere. 4. Acad. 46. Animum defigere, & intendere in rem aliquam. 7. V. 134. Animum illis, non copias defuiſſe. 1. Tuſcul. 18. Qui animum à corpore diſcedere cenſent, alij ſtatim diſſipari, vt Democritici & Epicurei: alij diu permanere, vt Stoici: alij ſemper, vt Platonici. Ibid. 51. Animum diuinum, corpore liberatum, cogitatione complecti non poſſumus. 1. Qu. Fr. 1. Animum erigere, & contrahere, ſeu demittere, *contrarium*. 1. de Nat. 27. Animum deum eſſe Pythagoras cenſuit, per naturam rerum omnem intentum, & commeantem, ex quo animi noſtri carperentur. 1. Tuſculan. 21. Nihil omninò eſſe animum, & hoc eſſe nomen totum inane, ſenſit Dicæarchus. pro Mil. 85. Animum noſtrum eſſe licet non apparet, nec cernatur. *Ibid. Argumenta id probantia.* 1. Tuſculan. 18. Animum cum corpore extingui, ſunt qui cenſent, quales ſunt Epicurei. de Vniuer. 23. Cùm animum procreator mundi Deus ex ſua mente & diuinitate genuiſſet, tum denique omne quod erat concretum atque corporeum, ſubſternebat animo, inferiúſque faciebat. Anteq. 11. Si eundem in cæterorum periculis haberemus animum, quem in noſtris difficultatibus. 1. Qu. Fr. 3. Animum habeas & ſpem bonam. 1. Fa. 9. Maiorem etiam animum, quàm vnquàm habuiſſem, daret. de Amicit. Alienum animum habere ab re aliqua. ad Qu. Ligarium, lib. 6. 13. Habere fortem animum. 11. Famil. 13. Tamen tribus tantis exercitibus propriis Reip. valentibus, magnum animum habere debebas, quem & ſemper habuiſti. 15. Att. 15. Nec tam animum me quàm ſtomachum non habere arbitrantur. de Vni. 18. Animum mundi haud tum denique, cùm corpus ei effecit, inchoauit Deus: Deus enim ortu & virtute antiquiorem genuit animum, eúmque vt dominum atque imperantem obedienti præfecit corpori. 14. Attic. 12. Antonius induxit animum ſibi licere, quod vellet. 4. Famil. 8. Tu quoque animum inducas, ſi ſit aliqua Reſp. in ea re eſſe oportere. pro Seſt. Roſc. 53. Qui potuit animum inducere, vt exhæredaret filium. 1. Tuſcul. 21. Animum vel animam ineſſe

in homi

UNED

in homine,& in beſtia,negauit Dicæarchus.2.V.10. Animum
aliquò intendere.9.At.11.Animum laudo,conſilium reprehen-
do.1.Tuſ.91.Licet etiam mortalem animum iudicantem æter-
na moliri,non glorię cupiditate,quam ſenſurus non ſit:ſed vir-
tutis,quam neceſſariò gloria conſequatur.1.Qu.Fr.1.Animum
mutare difficile eſt.4. Attic. 14. Animum alicui offendere.10.
Philip.6. Animum placare & mitigare. 3. Fam.11. Animum
tuum promptum & alacrem perſpexi ad defendendam Rem-
publicam. 1. 9. Quorum quidem animum tu non perſpexiſti
ſolùm , quum de me ageres, ſed etiam confirmaſti atque te-
nuiſti. 1. Qu. Frat. 1. Animum ponere in aliqua re facien-
da.de Vniu.19.Deus animum vt dominum atque imperatorem
obedienti præfecit corpori.1.Fam.9. Præſtare animum.1.Tu-
ſcul. 47. Cùm nihil erit præter animum,nulla res obiecta im-
pediet,quò minùs percipiat quale quidque ſit. pro Marcel. 32.
Animum armatum retinere.1.Tuſcul. 75. Animum à corpore
ſecernere,nec quicquam aliud eſt,quàm emori diſcere. Ibidem
1. Cùm animum à negocio omni ſeuocamus,nihil aliud agi-
mus, quàm animum ad ſeipſum aduocamus, ſecum eſſe cogi-
mus,maximéque à corpore abducimus.2.de N.18. Animum
ſpirabilem ſumpſimus ab aëre eo, quem ſpiritu ducimus. 5. V.
130. Cùm eius animum ad perſequendum non negligentia
tardaret;ſed conſcientia ſceleris auaritiæque frænaret. 12. Att.
37. Animum vacuum ad res difficiles ſcribendas afferam. de
Sen.79.Non enim dum eram vobiſcum, animum meum vide-
batis,ſed ex iis rebus,quas gerebam,intelligebatis. 1.Tuſcu.46.
Animum & videre & audire,non eas partes,quæ quaſi feneſtræ
ſunt animi:vt ſunt oculi & aures.Ibid. 57. Animum, antequàm
corpus intrauit,in rerum cognitione viguiſſe. *Sententia Socratis
apud Platonem in Phædone*.12.At.45.Animum vincere.1. Tuſcu.
64.Ab animo tanquàm ab oculis caliginem diſpellere.Ibidem
52. Ab animo tuo quicquid agitur, id agitur à te. 7. Philip.4.
Ex quo intelligi poteſt, animo illos abhorruiſſe ſemper ab op-
timo ciuitatis ſtatu, non voluntate fuiſſe populares. 1. Famil.
9. Abiectiore animo me futurum, quum Reſpubli. maiorem
etiam mihi animum,quàm vnquàm habuiſſem,daret.1. de Fin.
57. Acri & attento animo intueri.4.Fam. 11. Facilè & æquo
animo carere re aliqua.1.Qu.Frat.27.Æquo animo facere ali-
quid.2.Attic.4. Intereà quidem cum Muſis nos delectabimus
animo æquo,imò verò etiam gaudenti ac libenti.5.Fam.12.Æ-
quo animo mori. 6. 1. De te ipſo,eſt tuum ſic agitare animo,
*id eſt,cogitare*.Cato.75.In eum locum ſępe profectus alacri ani-
mo & erecto, &c. 10. Attic.4. Animo meo ab ſuis rationibus
alieniſſimo. 5. de Fin. 57. Qui altiote animo ſunt, capeſſunt
Rempubli.honoribus imperiíſque adipiſcendis.1.Offic.65. Fa-
cillimè ad res iniuſtas impellitur, vt quiſque altiſſimo eſt ani-
mo,& gloriæ cupido.5. Attic.20. Quare bono animo es:video
enim,&c.1.de Fin.64.Quicquid animo cernimus,id omne ori-
tur à ſenſibus.de Vniuer. Qui animo cernuntur, & ratione in-
telliguntur animantes.pro Qui. 77. Animo certo & confirma-
to.6.Fam.5.Animo perturbatiore aliquid cogitare.5.17. Quæ
animo complectimur,non minùs noſtra ſunt, quàm quæ ocu-
lis intuemur.4.Acad.22.Animo comprehendere & tenere. Ibi-
dem 49. Animo comprehenſum atque perceptum habere. 14.
Famil.Animo confectus.5.Tuſcul.111. Animos multis modis
variíſque delectari licet,etiamſi non adhibeatur aſpectus. Ibi-
dem. Huic diſcendi quærendíque diuinæ delectationi toto ſe
animo dedidiſſent.7.V. 181. Ita diſſident à nobis animo ac vo-
luntate.3.Qu.Fr.8.Animo diſtentus.de Vni. 41. Animo diuino
in homine influente atque effluente ambitus illigabant. 1. Qu.
Frat.1.Amare aliquem ex animo.12.Fam.27. Cuius tibi nego-
cia ita commendo, vt maiore ſtudio, magíſve ex animo com-
mendare non poſſim. 5. Tuſcul.1. Cùm conſtemus ex animo
& corpore.I.Piſ.81. Equidem dicam ex animo quod ſentio.9.
Famil.16. Ex animo veréque diligi. 7. 14. Ex animo tuo ef-
fluam.3.de N.7. Ex animo exire hoc mihi non poteſt.de Pe-
tit. Hos tu homines, vt ex animo, atque vt ex illa ſumma vo-
luntate tui ſtudioſi ſint,laborato.2.de Nat. 168. Siue ex animo
id fit,ſiue ſimulatè. Par.6. Si quidem animo excelſo & alto,&
virtutibus exaggerato ſumus.2.Off.37.Animo excelſo,magnó-
que deſpicere aliquid. 9. At.12. Animo excubare. 1. Tuſc. 110.
Animo fidenti gradi ad mortem. 12.Att.37. Animo fractus &
debilitatus.1.Fam.9.20. Animo fracto & demiſſo fuiſſe.de Pet.
24.Poſteà totam Italiam fac vt in animo ac memoria diſtribu-
tam comprehenſámque habeas.de Vn. 8. Deus intelligentiam
in animo, animum concluſit in corpore.3.V.84. Dicis tibi in
animo eſſe alio tempore perſequi. 4.V.169. Habeo in animo
pecuniam Prætori dare.pro S.R.91.Pater iſtum exhæredare in
animo habebat.8.At.10.Rogaui vt diceret,quid haberet in ani-
mo.11.Fa.6.Cùm tribuni haberent in animo,de præſidio Con-
ſulum deſignatorum referre.10.18. Quid.n.in animo habue-
rim,cùm Leuus diſceſſit à me, ex literis quas ei dedi, potuiſti
cognoſcere.1.Attic. 14. Luceium ſcito conſulatum habere in
animo ſtatim petere.4.Acad.2.In animo res inſculptas habere.
2.de Leg.2. In animo meo ineſt neſcio quid, quo me plus hic
locus delectet.1. Qu.Fr.1. Animo incitari.4. Tuſcul.68.Animo
inflammato aliquid concupiſcere.1. Qu.Fr.1. Animo iniquo
aliquid ſuſtinere.1.de Fin. 31. Negat ſatis eſſe,quid bonum ſit,
aut quid malum,ſenſu iudicari,ſed animo etiam ac ratione in-
telligi poſſe.2.de Leg. 19. Animo in quo ſunt omnia, iubet lex
caſte ad deos adire.16.At.18. Animo libenti prolixóque ali-
quid facere.8.24. Magno ac forti animo rem agere.2. Tuſcul.
49.Nimis es penè animo molli.10.Famil.8.Animo ita paratus
ire quò Reſpub.vocet.1. Attic. 10. Conſul ipſe paruo animo &
prauo.12.Famil. 18. Animo periniquo patiebar te à me digre-
di.3.Tuſc.8. In animo perturbato,ſicut in corpore, ſanitas eſſe
non poteſt.1. de Nat.18. Animo & ſenſibus præditus mundus.
Parad.1.Animo nihil præſtantius,neque diuinius. 2.Philip. 39.
Animo relaxari.8.At.14. Animo ſedatiore ſcripſi.1.de Fin.55.
Animo & pręterita & futura ſentimus.1.At.13.Sine animo mi-
les.9.3.Animo ſoluto ſcribere.11.At.6.Sed velim hæc aliquan-
do animo ſolutiore.3.de Fin. Stabili animo & firmo & magno.
5.V.95.Sic habeo ſtatutum cũ animo ac deliberatum. 1. de In-
uen. Quare meo quidem animo nihilominùs eloquentiæ ſtu-
dendum.4.Fa.11.Gratulatio tua mihi eſt probatiſſima,quòd ab
optimo eſt animo.3.Fa.9.Nos quo animo inter nos ſumus,eſſe
nollent.11.Att.13. Quòd certior fieri vis quo quiſq; in me ani-
mo ſit,neminem alieno intellexi.2. Fa.1. Quapropter eo ani-
mo ſimus inter nos,quo ſemper fuimus.5.12.Alacrem eſſę ani-
mo.5.de Fin. 69. Tamen ex illa inueſtigatione naturæ conſe-
qui volebat,vt eſſet bono animo.2.Fam. 1. Quare hoc animo
in nos eſſe debebis,vt ætas noſtra in amore conquieſcat tuo.2.
de Fin.78. Et quidem prodeſt, inquis,mihi in eo eſſe animo.1.
Tuſc.96.Animo elato eſſe.11.At. Erectiorem animo eſſe. Ibid.
12.Animo eſſe fractiorem.3. Fam.5. Quod quibus adhuc non
ſatis eſt perſpectum, ij mihi nolle magis hoc animo nos eſſe,
quàm non intelligere videntur. 6.14 Magno fortíque animo
eſſe:5.Animo mobili eſſe in aliquem.Ibidem 2. Animo mobili
eſſe, & animo ſtabili. *contraria*.3. Attic.2. Perculſo & abiecto
eſſe animo.Cato.74.Animo tranquillo eſſe.4.Acad.21. Animo
iam hæc tenemus comprehenſa.5.Fam. 21. Teneriore animo
mihi videbare.5. Tuſcul. 115. Toto animo dédere ſe alicui rei.
1.Qu.Frat.1.Animo tremere. 3. Plura ad te animo vacuo ſcri-
bam.4.Acad.20. Animo vacuo nudire aliquem, & magno ſtu-
dio. 10. Famil. 14. Animo te valere opus eſt, vt corpore poſſis.
1.Tuſcul.43.Nihil animo velocius.1.de Nat. 49. Non modò
viderat animo res obſcuras Ibidem 52. Animo ipſo animum
videre. 4. Acad.125. Animo aliquid videre, vt faciunt dor-
mientes.14. Attic. 23. Acta enim res eſt animo virili,conſilio
puerili.1.Tuſcul.54. Animi ſeipſos mouent:ergo æterni. Ibi-
dem 80.Animi beſtiarum ſunt rationis expertes. *Hîc animus
& beſtiæ datur*.2.de Orat.182. Animi quibus rebus concilien-
tur.12.Tuſcul.13.Vt agri non omnes frugiferi ſunt qui colun-
tur:ſic animi non omnes culti fructum ferunt.1.de Diuin.Ani-
mi hominum ſemper fuerunt,futuríque ſunt.1.Acad.43. Animi
imbecilles.4. Tuſcul.58. Animi,quò maior eſt in eis præſtan-
tia & diuinior,eò maiore indigent diligentia.1.81. Ne ſi in-
terirent quidem animi, quicquam mali eſſe in morte. Ibidem
80. Ipſi animi magni refert, quali in corpore locati ſint: mul-
ta enim è corpore exiſtunt, quæ acuant mentem, multa quæ
obtundant.de Sentent.36. Et corpora quidem defatigatione
ingraueſcunt,animi ſe exercendo leuantur.1.Tuſcul.88.Si ani-
mi mortales ſunt, tantus interitus eſt in morte, vt ne minima
quidem ſuſpicio ſenſus relinquatur. 1. de Diuin. 130. Animi
cum corpore permiſti. Ibidem 79. Animi quibus rebus pel-
lantur ſæpe vehementiùs.4.Tuſcul.31. Animi valentes:*id eſt,
bene conſtituti ac ſani, qui nulla perturbatione tentari poſſunt,
qualis eſt animus ſapientis*. 1.37. Animi per ſeipſos viuentes.
Ibidem 50. Animorum æternitas cur nonnullis videatur in-
credibilis.pro C.Rab,29. Animorum æternitas quo argumen-
to probetur.1.Tuſcul. 80. Cùm de animorum æternitate dici-
tur, de mente dicitur, quæ omni turbido motu ſemper vacet,
non de partibus iis,in quib. ægritudines,iræ, libidinéſque ver-
ſantur.16.Att.3.Animorum commutatio.14. 3. Animorum di-
cta.4.Tuſcul.31. Illud animorum corporúmque diſſimile eſt,
quòd animi valentes morbo tentari non poſſunt, corpora poſ-
ſunt.2.de Leg. 69. De animorum immortalitate Plato eadem
dicit.5.Fam.12.Animorum magnus eſt motus factus.4. Tuſcu.
32. Animorum omnes morbi & perturbationes ex aſpernatio-
ne rationis eueniunt. 3. 76. Sed ſumendum tempus eſt non
minùs in animorum morbis,quàm in corporum. 1.de Leg. 24.
Genus humanum ſparſum in terras atque ſatum, diuino au-
ctum eſt animorum munere, de Vniuerſ. Animorum parem
numerum ſideribus diſtribuit Deus, & ſingulos adiunxit ad
ſingula.1.Tuſcul. 66. Animorum nulla in terris origo inueni-
ri poteſt. 4. Acad.127. Animorum ingeniorúmque naturale
quoddam quaſi pabulum conſideratio contemplatióque na-
turæ.9.Fam.14.Animorum remiſſio maximè efficitur ſermone
familiari.1.Tuſcu.72. Animorum è corpore excedentium duas
eſſe vitas, duplicéſque curſus diſſeruit. Socrates. 1. Offic. 101.

Animorum vis duplex eſt: vna pars in appetitu poſita eſt, quæ eſt ὁρμὴ Græcè, quæ hominem huc atque illuc rapit: altera in ratione, quæ docet & explanat quid faciendum fugiendúmque. 2. de Diuin. 139. Animorum eſt ea vis atque natura, vt vigeant vigilantes nullo aduentitio pulſu, ſed ſuo motu, incredibili quadam celeritate. 1. de N. 104. Naturis quæ, ſine animis ſunt, locus eſt propriùs. 2. V. 36. Animos abſtinere. 7. Att. 2. Hæc opinor ſunt in libris, quos tu laudando animos mihi addidiſti. pro Leg. Man. 66. Quæ ciuitas in Aſia, quæ non modò vnius Imperatoris aut legati, ſed vnius tribuni militum animos ac ſpem capere poſſit? pro Flac. 53. Remittant ſpiritus, comprimant animos, ſedent arrogantiam. 4. Acad. 46. Aduerſantur enim primùm, quòd parum defigunt animos, & intendunt in ea quæ perſpicua ſunt. 5. de Finib. 42. Victi debilitantur, animóſque demittunt. pro Dom. ſua. 141. Efférre animos inſolentia dominatus. 4. Acad. 11. Animos ad audiendum ereximus. 1. Offic. 12. Quæ cura exuſcitat etiam animos, & maiores ad rem gerēdam facit. 1. Tuſcul. 42. Animos, ſiue diſſipentur procul à terris, ſiue permaneant & conſeruant habitum ſuum, neceſſe eſt ad cœlum ferri. Ibid. 40. Animos ſiue animales ſint, id eſt, ſpirabiles, ſiue ignei, in ſublime ferri perſpicuum eſt. de Am. 28. Ab altero non nimis alienos animos habemus. de Sen. 78. Ex vniuerſa mente diuina delibatos animos habemus. 1. Tuſcul. 25. Dáſne, aut manere animos poſt mortem, aut morte ipſa interire? 11. Attic. 6. Animos omnium occupârat deſperatio rerum eius. 1. Tuſcul. 36. Animos permanere arbitramur conſenſu omnium nationum. 1. Attic. 14. Animos optimorum hominum irritabiles, & eoſdem placabiles. 1. Tuſculan. 24. Poſſe animos, cùm è corporibus exceſſerint, in cœlum quaſi in domicilium ſuum peruenire. de Som. 10. Infra lunam nihil eſt niſi mortale & caducum, præter animos generi hominum munere deorum datos. pro Seſt. 47. Alij dicunt animos hominum ſenſúſque morte reſtingui: alij autem eos tum maximè, cùm è corpore exceſſerint, ſentire ac vigere. de Nat. deor. 1. Animos deos eſſe dicit Plato in Timæo & in Legibus. 2. de Leg. 27. Animos omnium hominum immortales eſſe, ſed fortium bonorúmq; diuinos. 1. Tuſc. 77. Animos eſſe mortales, quibus rationibus probet Panætius. 6. Famil. 1. Animis cadere. 1. de Nat. 84. Ab animis conſuetudine imbutis. Ibid. 32. Ex animis conatur euellere cognitionem deorum. 1. Tuſculan. 33. Idque in maximis ingeniis altiſſimíſque animis & exiſtit maximè, & apparet facillimè. 2. de Finib. 114. In animis doctiſſimi illi veteres ineſſe quiddam cœleſte & diuinum putauerunt. 1. de Nat. 43. In animis hominum, deorum notionem impreſſit ipſa natura. 1. Acad. 41. In animis imprimentur. 2. de Nat. 32. In ſolis animis motum, qui ſua ſponte fit, ponit Plato. 2. Tuſcul. 47. Eſt in animis omnium ferè natura molle quiddam, demiſſum, humile, eneruatum quodammodò & languidum. 1. Offic. 26. In maximis animis ſplendidiſſimíſque ingeniis plerunque exiſtunt honoris, imperij, potentiæ, gloriæ cupiditates. 3. Tuſculan. 22. Sed eſt naturale in animis tenerum quiddam atque molle, quod ægritudine quaſi tempeſtate quatiatur. 1. 71. Animis nihil admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex. 10. Philip. 21. Animis & armis infeſtus & inimicus. 2. de Nat. 161. Animis tanquàm oculis totam licet luſtrare terram. Ibid. 58. Noſmetipſi, qui animis mouemur & ſenſibus. 5. V. 218. Videte, Iudices, & proſpicite animis quid futurum ſit. 5. Att. 18. Animus ſtare. 4. Acad. 124. Animus eſt mens ſine vllo corpore, vt dixit Xenocrates. 1. Tuſc. 65. Animus, vt Euripides ait, deus eſt. 1. Acad. 29. Animus mundi, quem Deum appellant. 1. de Nat. deor. 37. Totius naturæ mens atq; animus. de Som. Scip. 16. Hominibus animus datus eſt ex illis ſempiternis ignibus, quæ vos ſidera ſtelláſque vocatis. 1. de Diu. 61. Tum eueniet duabus animi temerariis partibus compreſſis, vt illa tertia pars rationis & mētis eluceat. Ibid. Ea pars animi, quę voluptate alitur. Ibidem. Ea pars animi, in qua irarum exiſtit ardor. Octau. Si non vnà cum corpore ſenſus omnis vno atque eodem conſumptus eſt igni. 2. de Orat. 136. Omnia quæ ſunt in rerum natura, celeriter animo comprehendere. || 3. de Orat. 219. Animi eſt enim omnis actio, & imago animi vultus eſt. 2. de Nat. Mens, & animus, & conſilium, & ſententia ciuitatis poſita eſt in legibus. 1. V. 33. Animos atque impetus alicuius retardare. pro Cl. 109. Norâtis animos eius & ſpiritus tribunitios. 7. Attic. 16. Labieni aduentu noſter Cn. multò animi plus habet. 4. V. 149. Itaque vno genere, opinor, circumſcribere, habetis in animo genus hoc oratorum, &c. 11. A. 34. Aliquis ex animo amicus, veréquē beneuolus ac fidelis cuipiam. 10. Famil. 23. Confiteor imprudentia me lapſum, ſi vnquàm. Lepido ex animo crediſiſſem, &c. Q. de Pet. 15. Hos tu homines vt ex animo atque vt ex illa ſumma voluntate tui ſtudioſi ſint, laborato. Ibidem. Ex animo agere. 3. Offic. 108. Quod ex animi tui ſententia iuraueris. 4. Attic. 5. Erat mihi in animo proficiſci ad exercitum. pro S. R. 91. Sed in animo eſt leuiter tranſire. 2. de Nat. 20. Vt mihi eſt in animo facere. 1. Cat. 27. Perſpicitè quæſo diligenter quæ dicam, & ea penitùs animis veſtris mentibúſque mandate. 5. Ver. 95. Sic habeo ſtatutum cum animo ac deliberatum. I. P. 65. Sed planè animi ſui cauſà ludos nobis idiotis relinquet. 1. de Orat. 118. Artes in quibus animi libera quædam oblectatio quæritur. in Anton. Qui illud animi cauſa fecerit. pro S. R. 133. Habet etiam animi cauſa rus amœnum. 8. Attic. 19. Te animo magno ac forti iſtam rem agere exiſtimo. 6. Famil. 14. Fac animo magno fortíque ſis. 4. Famil. 13. Te hortor & obſecro, animo vt maximo ſis. 10. Attic. 17. Quòd me audis erectionem eſſe animo, quid putas? 6. Famil. 13. Fac habeas fortem animum. 10. 16. Hoc animo eſſe debes, vt nihil huc reiicias. 11. 23. Magnum animum habere debes. 2. 1. Quare hoc animo in nos eſſe debebis, vt ætas noſtra in amore conquieſcat tuo. 4. 15. Quapropter eo animo ſimus inter nos, quo ſemper fuimus. 3. 6. Neſcio quo animo ſitis inter vos. Ibid. 9. Multi ſunt, qui nos, quo animo inter nos ſumus, eſſe volent. 1. 9. Animus magnus & excelſus. Ibidem. Animus apertus & ſimplex. 4. 13. Grauitas & altitudo animi. 2. de Orat. 84. Animus acer & præſens. 1. Famil. 9. Magnitudo animi. 5. de Finib. 57. Animus altus. Ibid. Qui altiore animo ſunt. 1. 49. Humilis atque imbecillus animus.)(*.robuſtus, excelſus.* 5. Famil. 21. Sed planè animus, qui dubiis rebus forſitan fuerit infirmior, deſperatis confirmatus eſt. 3. Attic. 2. Sum animo perculſo & abiecto. 5. Famil. 12. Alacres animo ſumus, vt & cæteri, &c. 2. de Nat. Comprehendere aliquid animo. 2. de Diuin. 46. Tu igitur animum induces, cauſam hanc defendere? de Clar. 7. Angor animo. 10. Famil. 5. Omni animi impetu facere aliquid. 2. de Finib. 78. Et quidem prodeſt, inquis, mihi in eo eſſe animo. 1. Famil. 9. Reipublicæ eum animum eámque voluntatem, quam debemus præſtare. 1. Tuſcul. Animus calidior eſt, vel potiùs ardentior, quàm eſt aër terræ proximus. * de Senect. 78. Cúmque animus ſemper agitetur, nec principium motus habeat, quia ipſe ſe moueat: nec finem quidem habiturum eſſe motus, quia nunquàm ſe ipſe ſit relicturus. Et cùm ſimplex animi natura eſſet neque haberet in ſe quicquam admixtum, diſparſui atque diſſimile: non poſſe eum diuidi. Quòd ſi non poſſet: non poſſe interire. Frag. epiſt. Præſentit animus atque augurat quodammodò. Hortenſ. Literis talibúſque doctrinis antè excoli animos, & ad ſapientiam concipiendam imbui & præparari decet. Ibidem. Quæro, non quibus intendam rebus animum, ſed quibus relaxem & remittam. Ibidem. Nihil eſſe, in quo ſe animus excellens tollat. Incert. Quantò eſt miſerius in hominis figura animo eſſe efferato? Mihi quidē tantò videtur, quantò eſt præſtabilior animus corpore. Hortenſ. Vidit appendicem animi eſſe corpus. 1. Tuſculan. 18. Sunt qui diſceſſum animi à corpore putant eſſe mortem. de Senect. 79. Cùm ſimplex animi natura eſſet. 1. Tuſcul. 18. Sunt qui cenſeant vnà animum & corpus occidere, animúmque cùm corpore extingui. Qui diſcedere animum cenſent, alij ſtatim diſſipari, alij diu permanere, alij ſemper. de Clar. 21. Relaxa modò paulùm animum, aut ſanè, ſi potes, libera. 4. V. 192. An ab hac eius infamia nequitiæ veſtros animos in aliam partem fortitudinis commemoratione traducat? 2. Fam. 3. Aut certè teſtatum apud animum tuum relinquam quid ſenſerim. Frag. ep. Hæc aut animo Catonis ferenda ſunt, aut Ciceronis ſtomacho. de Vniu. 41. Influente atque effluente animo diuino. 2. de ſuo Conſul. Atque animo pendens noctis euenta timebat. de Leg. Sine corpore animo vigente diuina eſt vita. Hortenſ. Ita noſtros animos cum corporibus copulatos, vt viuos cum mortuis eſſe coniunctos. Ibidem. Si æternos animos ac diuinos habemus, ſic exiſtimandum eſt, quo magis hi fuerint ſemper in curſu: id eſt, in ratione & inueſtigandi cupiditate, & quò minùs ſe admiſcuerint atque implicuerint hominum vitiis atque erroribus: hoc illis faciliorem aſcenſum & reditum in cœlum fore. Acad. Ipſam *honeſtatem* ſuo ſplendore in ſe animos ducere.

¶ *Spes, virtus, audacia.* 5. Atti. 20. Noſtris animus acceſſit, hoſtibus timor iniectus eſt.

¶ *Temeritas, feritas.* 1. V. 33. Alicuius animos atque impetus retardare. pro Dom. 141. Quanquam inſolentia dominatus extulerat animos.

¶ *Ingenium & natura.* pro Clu. 109. Noſſe alicuius animum ac ſpiritus.

† ADIVNC. Abiectus, alienus, diuinus, præditus virtute, varius commutabilis, multiplex.) (. vnus idémque ſemper, de Amic. Abiectior, amicus, magnus & excelſus, tum etiam apertus & ſimplex, memor, in benemeritos, notus atque illuſtris, perennis, ſuffuſus maleuolentia, fractus, demiſſus, 1. Famil. Acer, magnus, æquiſſimus, attentiſſimus, certus, conſtans, excellens, fortiſſimus, patrius, præſtans, pro Seſt. Acer & præſens, acutus atque verſutus, æquus, gratus & non auidus, lenis ac remiſſus, 2. de Orat. Acrior, ampliſſimus, animalis, callidior ſeu potiùs ardentior, elatus, expers alicuius rei, fidens, fortis, incorruptus, ſuíque ſimilis, integer, caſtuſque, liber, mortalis, mollis, remiſſus, eneruatus, par, ſempiternus, ſimilis, vacans corpore, velox, 1. Tuſcul. Acris & attentus, firmior, humilis, imbecillúſque, ſtabilis, firmus, 1. de Finib. Accuſatorius, firmior, deditus libidini, pro Cæl. Aeger, aptus, inflatus, tumens, 3. Tuſc. Aequus atque fortis, fideliſſimus, fortis & magnus, magnus, & ad omnes caſus ferendos paratus, & conſtans, moderatior, perturbatior, 6. Fa.

Aequus

Aequus paratúſque, 3. Popularis, 4. Melior, 2. In Catil. Aequior, firmus, imbecillus. 7. Famil. Affinis, 2. de Inuent. Afflictus, atque fractus, erectus & minimè perturbatus, ingratus, 2. Attic. Agreſtis ac durus excellens, paruus, pro Arch. Aequiſſimus, alacer & erectus, cæleſtis, inſipiens, purus & integer, ſapiens, de Senect. Alienior, egregius in rempub. Fortis & liber, gratus liberaliſque, inimicus, infectus, incertus, Epiſt. ad Brut. Alieniſſimus à rationibus, mollis & ad accipiendam offenſionem, offenſior, paruus & prauus, præſens in remp. ſaucius, ſuſpenſus, & ſollicitus, irritabilis. )(. placabilis, 1. Attic. Altus, hnmilis, quietus, robuſtus, ſtabilis, firmus, magnus, 3. de Finib. Amiciſſimus, 7. Phil. Amplius, excelſus & patiens incommodorum, non omninò integer, attentus auditori, beneuolus, 1. Docilis, miſericors, mitis & miſericors, occupatus, ſtabilis, vacuus ab aliqua re, firmus, 1. de Inuent. Anguſtus atque demiſſus, leuis, lucem ſplendorémque fugiens, in Piſo. Anguſtus & ieiunus grauiſſimus, 4. Phil. Auguſtus tanque paruus, aptus ad rem militarem, attentus, cupidus bellorum, excellens & humana contemnens, excelſus, inuictúſque, excelſus, magnificúſque, fortis & ſapiens, magnus, excelsuſque, & conſilio prudentiaque fidens, magnus, maximus, muliebris, maior ad rem gerendam, paratus ad periculum, præſens, remiſſus, robuſtus, tranquillus, 1. Offic. Antiquior, compos & particeps rationis, de Vniuer. Anxius & ſollicitus, gratus, pertinax, ſuperbus, maximus, 4. Fam. Magis attentus quàm furens, imbellus atque anilis, imbecillus, remiſsuſque, quietus, liber, 2. de Diuin. Caſtus, purúſque, commotior, diuinus, ſolutus, vacuus, immortalis, innumerabiles, 1. de Diu. Celſus & erectus, & parui ducens omnia quæ homini accidere poſſunt, 5. Tuſc. Certus & confirmatus, effrenatus, pro Quint. Communis, priſtinus & perennis, de Prouinc. Bono magnóque, Conſularis in remp. priſtinus, 10. Famil. Deditiſſimus alicui, firmus & grauis, magnus, & fortis, ſapiens, fortíſque, tranquillus, Demiſſus, & oppreſſus, pro Cluent. Difficillimus, diuini & æterni, 3. de Nat. Dignus laude, humanus ac liberalis, perfectus, de part. Diues, excelſus, altus, virtuteex aggeratus. Fractus, abiectus, arbitrio carens ſuo, ſempiternus, in Parad. Dubius, pro Pomp. Durus, non modò negligens, ſed etiam ingratus, Promptus & alacer, 3. Famil. Effœminatus, humanus, intentus, liber terrore, vacuus re aliqua, 4. Tuſc. Effœminatiſſimus, firmus & conſtans, 16. Eamil. Egregius, dignúſque, 10. Phil. Excelſus, magnúſque. 2. Offi. Firmus & magnus, magnus & excelſus, timidus, humilis & demiſſus, tractúſque, 3. Offic. Fortis, infirmus, perculſus & minimè perturbatus, molliſſimus, 3. Attic. Fortior, mirificus, tenerior, 14. Famil. Fractus atque afflictus, vacuus, pro Dom. Gaudens & libens, 5. Attic. Gratus, beneficij memor, 1. de Leg. Gratiſſimus, integer ac liber, tranquillus, pro Syll. Hilaris & promptus, 2. ad Qu. Frat. Hoſtilis, impotens, 5. Phil. Ieiunus, præſtantiſſimus, 14. Phil. Imbecillus ne dicam inhumanus, magnus, excellens, malus, propinquus. 12. Fam. Iratus ac perditus, incredibilis, maximus, non ſolùm quietus, ſed etiam magnus, ſacer, pro Mil. Infirmior, dubiis rebus inimiciſſimus, mobilis, Mutuus inter aliquos, tenerior, 5. Famil. Infractus Solutior inimicus, ſolus. In Ver. Ingenuus, maior, puſillus, & ipſa maleuolentia ieiunus atque inanis, ſollicitus, 2. Famil. Ingratus, optimus Gratiſſimus, 9. Attic. Inhumanus & gratus, magnus & erectus, regius, pro Deiot. Demiſſus humilis, iniquus, perturbatus. pro Font. Integer, magnus, liber, perattentus, 5. Ver, Lenis atque infirmus, 2. ad Qu. Frat. Magnus, & elatus, deſpicienſque res humanas, ſuſpenſus, & occupatus, 1. de Orat. Magnus, & æternus, 3. de Orat. Minor, præſtantiſſimo atque optimo, 11. Phil. Minutus, Orat. Moderatus, 3. ad Qu. Frat. Paratiſſimus, 13. Phil. Particeps trium temporum, proximus, ſollicitus, & maximus, 2. de Finib. Patrius in liberos, ſolutus, & cautus, ſuperior, diſſolutus, pro S. R. Peſtifer, Poſtquàm ad Quir. Simplex atque amicus, 11. Famil. Simplex, vnúſque vacuus, 4. Acad. Singularis, 13. Famil. Solutus, firmior, ſuſpenſus, 15. Famil. Solutus, libérque infenſus, atque inimicus, infenſus atque iniquus, inimicus & inuidus, 4. Ver. Spirabilis, optimi, æterni, 2. de Nat. Tener, ſuſpenſus, 4. Attic. Timidus, atque demiſſus, 3. In Ver. Tranquilliſſimus, 7. At. pro Syll. & 4. Fa. Virilis, 14. Attic. Beati atque æterni, humani, 1. de Nat. Teneri atque molles, 2. de Leg. Viriles, 15. Att.

☞ Syntaxis. *Animus eſt meus. Animus viget. ſe mouet, alitur ſcientia, ab iracundia occupatur, habet memoriam, natura iter non diuinat. Datur ex ſempiternis ignibus. Ex mente diuina decerptus. Eſt in hortis animus. Se inijcit & intendit in immenſum. Ex anima tenui: id eſt, aëre iungitur, & ardore ſolis temperato. Latè longeq; peregrinatur. Actio animi plena. Afferre animum, animi multum. Animi cauſa: id eſt, ſolatij. Animi conſcientia ſuſpicari. Animi contentionem adhibere. Vti præſenti animo. Maximi animi homo. Animi motus, & cogitatio. Inflectere animi magnitudinem. Tenere in ſua poteſtate animi motum, & dolorem. In animi notione reponere. Animi pars: id eſt, facultas. Animum erigere, contrahere, dimittere. Animum & ſpem bonam habere. Alienum habere animum ab. Animum inducere, intendere: item defigere, mutare. Animũ alicui offendere, placare, mitigare, in aliqua re ponere, præſtare. Retinere armatũ animum. A corpore animum abducere, ſeuocare, ad ſe aduocare. Diſpellere caliginem ab animo. Æquo, faciliq; animo aliqua re carere, facere, ferre. Animo agitare. Animo bono es, pro ſis. Cernere animo, comprehendere, complecti, comprehendere & tenere. Animo diſtentus, confectus. Toto ſe animo dedere. Animo & voluntate diſſidere. Ex animo amare. Maiore ſtudio, maioréve ex animo commendare, Ex animo, vereq; diligere. Ex animo effluere. Animo excubare. Habere, & eſſe in animo. id eſt, cupere, decernere. Animo & ratione intelligere. Libenti & prolixo. animo facere. Animo relaxari. Animo frangi. Animo tremere Animo ſtare, valere, proſpicere, videre. Comprimere animos: id eſt, audaciam, temeritatem. Animi propoſitio, nerui, & robur. Ex animi ſententia. Animum demittere, efferre, erigere. Animo cadere. Animis nihil admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, coagmentatum, nihil duplex. In animo concluſa intelligentia. Videre amici animum. Alicuius animos & ſpiritus noſcere. Pro animi mei voluntate. Moderari animo & oratione. Animo alicuius ſupplicare. Conſiderare cum animo ſuo. Animi pendere. Præſtare quæ debemus, animum & voluntatem alicui. Animum attendere. Animum debere. Animis & armis infeſtus & inimicus, Perſpicere, confirmare, tenere: id eſt, conſeruare. Animus acer, præſens, armatus, attentus, æger, ægritudine vacuus, æquus, æternus, altus, afflictus, & fractus, gloriæ cupidus, amplus, excelſus, incommodorum patiens, anguſtus, dimiſſus, anxius & ſollicitus, apertus & ſimplex, concitatus, à ſe ipſe diſſidens, ſecúmque diſcordans, ſolutus, vacuus. Humilis ac pertinax. Imbecillus & anilis, imbecillus remiſſuſq;, ieiunus & anguſtus, ingenuus, furore diuino incitatus, inflatus ac tumens: in patriæ charitate infixus, intentus, leuis, calidus, magnus: magnus & erectus, magnus & excelſus, magnus & fortis. mollis, demiſſus, eneruatus, languens, perturbatus, promptus, alacer, puſillus, robuſtus, procliuis, propenſus ad vitia, morbum, ſaucius, à corporis contagione ſeuocatus, tener, ſpiritalis, aërius, tranquillus, turpificatus, corpore vacans, ſenſibus & curis vacuus, nunquam agitatione vacuus, facilis, certus, confirmatus, virtutibus exaggeratus, fidens, inflammatus, incitatus, prolixus, perculſus, relaxatus, valens, per ſe viuens, irritabilis, placabilis, dominus, imperator, per naturam omnem intentus & commeans. ſpirabilis, depreſſus ac demerſus in terram, ingeneratus à Deo. Animus concitatus, Senatus, ſpiritalis, ignis, excultus. Animi altitudo, equitas, amplitudo, exaggeratio quàm altiſſima, celeritas, conformatio, conſcientia, contentio, defectio, egeſtas, firmitas, firmitudo, grauitas. Impetus animi potiùs quàm ingenium. Animi intelligentia, languor.*

ANNALES, *memoria publica, monumenta vetuſtatis.* 2. de Or. 52. Erat enim hiſtoria nihil aliud niſi annalium confectio, cuius rei memoriæq; publicę retinendę cauſa res omnes ſingulorum annorum mandabat literis. Pont. Max. efferebátque in album & proponebat tabulam domi, poteſtas vt eſſet populo cognoſcendi, ij qui etiam nũc annales maximi nominantur, pro Muren. 16. Itaque non ex ſermone hominum recenti, ſed ex annalium vetuſtate eruenda eſt memoria nobilitatis tuæ. pro Rab. 15. Iſtæ omnes & ſuppliciorum & verborum acerbitates non ex memoria veſtra & patrum veſtiorum, ſed ex annalium monumentis, atq; ex regum commentarijs conquiſiuit. pro Dom. 86. Vt annales popul. Roman. & monumẽta vetuſtatis loquuntur. 1. de Leg. 6. Annales Pontificum Maximorum, quibus nihil poteſt eſſe nudius, iucundius 5. Fam. 12. Etenim ordo ipſe annalium mediocriter nos retinet, quaſi enumeratione faſtorum. *de Clar. 166. Iſque & roationes reliquit, & annales ſanè exiliter ſcriptos. Hortenſ. Annalium monumenta. ‖ de Claris. 81. Expoſita eſt in C. Fannij annalibus.

† ADIVNCTA. Maximi, 2. de Orat.

☞ Syntaxis. *Annalium vetuſtas & ordo.*

ANNALIS. adiect. 5. A. 47. Legibus annalibus num grandiorem ætatem ad Conſulatum conſtituebant, adoleſcentiæ temeritatem verebantur? Ibidem. Maiores noſtri leges annales non habebant. 3. de Leg. 8. Conſules ciuitatem annali lege ſeruanto. 2. de Or. 52. Lex annalis: *id eſt, quæ annorum numerum præfiniebat ad capiendos Magiſtratus.*

ANNALIS, ſubſt. 12. At. 24. Scriptum eſt in tuo annali. de Cl. 58 Ennius in nono annali.

ANNE, *an.* pro Cor. 54. Anne de vobis trahere ſpolia fœderatis licebit, de hoſtibus non licebit? *Lege,* AN.

ANNECTO, *agglutino.* 2. de Nat. deor. 135. Stomachus ad linguam annectitur.

ANNELLVS, *annulus paruus.* 5. de Fin. 3. Epicuri imaginem non modò in tabulis, ſed etiam in poculis, & in annellis habebant. *ex Nonio.* Alij, annulis, *legunt*

ANNEXVS, *alligatus.* 2. de In. 154. Funiculus à puppi religatus ſcapham annexam trahebat. 1. 26. Separatum eſt, quod non ex ipſa cauſa ductum eſt, nec ſicut aliquod membrum annexum orationi & Top. 54.

ANNIVÉRSARIVS, *qui ſingulis recurrit annis.* 6. V. 84. Mercurius ſacris aniuerſarijs apud Tyndaritanos ſumma religione colebatur. Ibid. 207. Syracuſani feſtos dies animaduerſarios agunt. de Ar. 32. Qui ſacrificia gẽtilia anniuerſaria factitarunt. 1. At. 15. Sacra anniuerſaria. 2. de Nat. 97. Impetus cœli conſtantiſſimè conficiens viciſſitudines anniuerſarias. ‖ 6. V. 128. Atque ille pæan ſacrificiis anniuerſariis, ſimul cum Æſculapio apud illos colebatur.

☞ Syntaxis. *Anniuerſaria ſacra. Agere feſtos dies anniuerſarios. Anniuerſaria ſacrificia gentilia factitare. Sacra anniuerſaria. Anniuerſariæ viciſſitudines.*

ANNICERII. *Philoſophi ab Ariſtippo.* 3. Offi. 116.

ANNOMINATIO, Græcè *παρονομασία, vt nobilior, mobilior,* 4. ad Heren. 30.

ANNONA, *res frumentaria, aut alia res quæ ad annum reponitur.* pro Pomp. 45. Repentè vilitas annonæ, ex ſumma inopia & caritate rei frumentariæ conſecuta eſt. 1. de Diu. 59. Annona in macello cara eſt. 14. Fa. 7. Fundo Arpinati bene poteris vti cum familia vrbana, ſi annona carior fuerit. 5. V. 227. Annona precium non habet. pro Dom. 14. Subitò illo die cariſſimam annonam nec opinata vtilitas conſecuta eſt. Ibid. 12. Difficultas an-

nonæ ſumma,inopia rei frumentariæ.Ibid.11. Cùm ingraueſceret annona,vt iam planè inopia ac fames, non caritas timeretur, pro Mil.73. Leuare annonam. pro Dom.115. Aduentu meo vilitas futura eſt. Ibid.Commutata eſt annona. Ibidem. Annona in meo reditu facta erat durior.

† ADIVNCTA.Cara,1.Ver.Carior,14.Fam. Chariſſima, commutata, durior,pro Dom.

☞ Syntaxis. *Annonæ vilitas,caritas.Annona precium nõ habet.Annonæ difficultas,inopia rei frumentariæ (vna Cic.) Annona ingraueſcens. Annonam leuare. Annona commutata,durior.*

ANNOTO,*noto,obſeruo.* * Oecon. 1. Et meminiſſet atque annotaret,quid & quando & cui dediſſet.

ANNVLARIVS,*opifex annulorum.*4.Aca.85. An tibi erit quærendus annularius aliquis?quoniam gallinarium inueniſti.

ANNVLVS,3.V.157. Annulus aureus ſcribæ tui me deterret.4. Acad.85. Si in eiuſmodi cera centum ſigilla hoc annulo impreſſero.1.Qu.Fr.1. Sit annulus tuus non miniſter alienæ voluntatis,ſed teſtis tuæ.3.Offi.38.Foribus apertis hominis mortui vidit corpus,annulúmque aureum in digito:quem vt detraxit,ipſe induit.Ibid. Cùm palàm eius annuli ad palmam conuerteret,à nullo videbatur.

† ADIVNC. Aureus,3.Offi.4.Ver.

☞ Syntaxis.*In cera ſigillum annulo imprimere. Detraxit annulum, & ipſe induit.*

ANNVMERANDVS,*in numerum addendus*.2.de Di.3.Atq; his libris annumerandi ſunt ſex de Rep.

ANNVMERATVS, de In.84. Si infirmum aliquod annumeratum dicemus.*Oeco.1.Annumerata ipſi exſcripſimus.

ANNVMERO,*in aliquorum numero pono, in eundem numerum refero*.1.de Nat.2.Qui verò deos eſſe dixerunt, tãta ſunt in varietate conſtituti, vt eorum moleſtum ſit annumerare ſententias. de Opt.14.Verba non me annumerare lectori putaui oportere, ſed tanquàm appendere.1.V.66. Annumerare & reddere pecuniam alicui.*Oecon.1.Cuique ſua annumerauimus.

ANNVMEROR,*numeror.*de Clar.207. His duobus annumerabatur nemo tertius.pro S.R.89.Verùm forſitan in grege annumerer.

☞ Syntaxis. *Annumerãdi ſunt his libri,&c. Annumerare pecuniam alicui.His annumeratur ille tertius. In grege annumerari.*

ANNVNCIO,*nuncio,denuncio.*12.Att.1. Eíque intereà ſalutem annunciabis:itémque Pyliæ.

† ADVERB.Intereà,12.Attic.

ANNVO,*nutu capitis aſſentio.*5. V. 213. Hoc mihi ſignificaſſe & annuiſſe viſus eſt.2.de Ora.285. Id quoque toto capite annuit. 1.de Nat.114.Annuere te video.pro Quint.18.Simulátque ſibi hic annuiſſet,numeraturum ſe dicebat.3.C. 10. Tum oſtendi tabulas Lentulo,& quæſiui cognoſcerétne ſignum?annuit. 13. A.6.Si annuerit?næ ego iſtam ſapientiam non audiam.

☞ Synt.*Significat,& annuit.Toto capite annuere. Annuere,abſolutè.*

ANNVS,2.de Nat.deor.52.Magnus annus qui tum efficitur,cùm ſolis & lunæ,& quinque errantium ad eandem inter ſe comparationem confectis omnium ſpaciis,eſt facta cõuerſio. de Vniuer.29. Annus perfectus & abſolutus perfecto numero temporis tum completur: denique cùm ſe octo ambitus confectis ſuis curſibus ad idem caput retulerunt,cúmque eos permenſus eſt idem & ſemper ſui ſimilis orbis.13.Fam 4.|| Et propter anni tempus ad exercitum mihi eundum confeſtim eſſe viderem. ad Brut.243.Annus iudicialis.Som.Scip.17.Annus vertẽs verè appellari poteſt tum, cùm ad idem, vnde ſemel profecta ſunt, cuncta aſtra redierunt,eandémque totius cœli deſcriptionem, longis interuallis retulerint. 13.P.22. Apparuiſſe numen deorum intra finem anni vertentis.3. de Nat. Anni primus menſis apud Ægyptios 1. Q. Fr. 1. Addere annum labori. de Sen. 32. Quartum annum ago & octuageſimum. Som.Scip.17.Annum homines populariter tantummodò ſolis, id eſt, vnius aſtri reditu metiuntur. 10. Fam. 25. Annum petitionis ſuæ non obierunt. 1. de Diu. 53. Quinto autem anno exeunte ad Syracuſas occidit.5.Fam. 16. Hoc grauiſſimo & peſtilentiſſimo anno pro Quin.40. Anno vertente ſine controuerſia verbum nullum facis.15. Fam.16.In hoc anno, non ſolet addi in hoc interdicto. 3.de Leg. 8. Ni anni decem interfuerint, ne quis eundem magiſtratum capito. 2. Offi. 75. Nondum centum & decem anni ſunt, cùm, &c.15. Fam.Anni multi ſunt, cùm, &c.1.de Di. 36. Babylonij CCCCLXX. millia annorum, vt ipſi dicunt, monumentis comprehenſa tenent. 7. Famil. 1. Annos multos nihil aliud commentaris. || pro Flac.98. Bis hoc anno me defendente abſolutus eſt.pro Cec.54. Iam annos viginti habere. 7. Att. Annos decem peditum & equitum polliceri. 13. Att.Annis legitimis eum curules magiſtratus perfacilè cepiſſe. * pro Seſt. 15. Fuerat ille annus tanquàm in Rep. magno metu & multorum timore intentus arcus in me vnum.pro C. Cornel. 1. Ante veſtros annos propter illius tribuni plebis temeritatem poſſe adduci. Ibidem. Itaque auſpicato poſtero anno x. tribuni plebis creati ſunt. Ibidem. Quæ intermiſſa complures annos. pro Q. Gall. Quorum ætates non annis,ſed ſeculis, ſcimus eſſe diſiunctas. Hortenſ. Annum magnum eſſe voluerunt omnibus planetis in eundem recurrentibus locum: quod fit poſt. XII. millia nongentos quinquaginta quatuor annos. Incer. Cuſtodes,quibus primo anno regerentur.

¶ *Tempeſtas & præſens conſtitutio, vel pars vna ex quatuor anni.* 10. Attic. Anni tempore duro.*cui opponit æſtatem.*2. de Nat.50. Anni tempora quomodo ex ſolis inflexione fiant.

ADIVNCTA. Abſolutus, perfectúſque, de Vniuer. Complures, Permulti, ſinguli,2.de Orat. Conſequentes, tranquillus, de Senec. Continui, totus. pro Pomp. Egregius, 1. Attic. Fatalis, 3. de Orat. Funeſtus, pro Seſt. Grauiſſimus & peſtilentiſſimus, 5. Famil. Integer, de Prou.17. Iudicialis, de Clar. Legitimi, 13. Attic. Lenior, perfectiſſimus atque ornatiſſimus, 1. Q. Fr. Magnus, 2. de Nat. & in Arat. Memorabilis, 1. de Leg. Multi, 2. Offic. Pauci, in Piſ. Peſtifer, ſuperior, Poſtquàm in Sen. Plenus, atque integer, Salutaris, pro Mil. Plurimi, 2. Tuſc. Poſterior, 3. Famil. Poſtremus, pro Flac.Proximus, 8. Famil. & pro S. R. Recentiſſimus, 5. Verr.Salutaris. )(. peſtilens,1. de Diu.Tranquillus aut certè munitiſſimus,2.Q.Fr. Vberrimus, quæſtuoſiſſimuſque,2. Ver.Vertens,1.de Nat.

☞ Syntaxis. *Annus perfectus & abſolutus,iudicialis, vertens. Agere annum vigeſimum. Anni multi ſunt, cùm. Annos habere.*20.cẽtum.

ANNVVS, *quod vnius anni ſpatio continetur.*6. At.5. Nos annuum tempus propè iam emeritũ habebamus.5.1. Vt hoc deſiderium noſtrum plus ſit annuum. 2.de Leg. 19. Idque ne committi poſſit, ad eam rationem curſus annuos ſacerdotes finiunto. pro Flac.100. Annui temporis criminatio. 1. de Inu. 39. Annuum ſpacium.15. Att.15. Sic enim annuum tempus conficitur.1.de Inu.59. Et annuæ commutationes quadam ex neceſſitate ſemper eodem modo fiunt.

* Oecon.1.Quod annuum eſſet,in duas partes diuiſimus.

☞ Syntaxis. *Curſus annuos finire ad rationem ſolis. Annuæ commutationes.*

ANQVIRENS, *inquirens.*1.de Orat.152. Omnes enim artis loci anquirentibus nobis, omníque acie ingenij contemplantibus, oſtendunt ſe.

ANQVIROR, *quæror,inueſtigor.* de Fat.17. In qua quid valeat id quod geri poſſit,anquiritur.

ANSA, *manubrium, aut id quo vas, aut aliud manu capi tenerique ſolet:hinc per tranſlationem occaſio dicitur.* de Am.60.Quin etiam neceſſe erit cupere,vt quàm ſæpiſſimè peccet amicus, quò plures det ſibi tanquàm anſas ad reprehendendum. pro Cecin.18. Iſte hac ſextula ſe anſam retinere omnium controuerſiarum putat. pro Planc. 84. Si locus habet reprehenſionis anſam aliquam, neſcio cur, &c. * pro Seſt.22. Denique etiam ſermonis anſas dabat,quibus reconditos eius ſenſus tenere poſſemus.

† ADIVNC. Aliquæ,pro Plan.Plures,de Amic.

☞ Syntaxis. *Dare anſam ad agendum. Anſam tenere.*

ANSANCTI, *in Hirpinis populi.*1.de Diu.79.

ANSER.pro S.R.56. Anſeribus cibaria publicè locantur,& canes aluntur in Capitolio,vt ſignificent, ſi fures venerint.13.Att.11. Anſeres de Falerno depellantur: *id eſt, Anſer poëta, cui Antonius Falernum donauerat.*

ANTANDRIVS, *ab Antandro inſula.*

ANTAXON.1.Tuſc.68.Ora auſtralis ignota nobis,quam vocant Græci ἀντάξονα.

ANTE,*præ,pro,à fronte,ob,in conſpectu.*

¶ *Loci ratione.*pro S.R.12. Vt non modò clàm,verùm etiam hîc in foro,ante tribunal tuum, M.Fanni, ante pedes veſtros, iudices,inter ipſa ſubſellia cædes futuræ ſint.Ibid.13.Ne hîc Ibidem ante oculos veſtros trucidetur. pro Mil.27. Clodius ante ſuum fundum Miloni inſidias collocauit. 1. de Diu.73. Cùm Sylla in agro Nolano immolaret ante prætorium, tum ante oppidum Nolam Samnitum caſtra cepit.7. V. 49. Hi ne in freto ante ſua tecta & domus nauigarent, precio abs te ius fœderis emerunt. 5.de Finib.35. Vt ſi aut manibus ingrediatur quis,aut non antè, ſed retrò, fugere planè ſeipſe videatur. 1. de Orat. 192. Omnia enim ſunt poſita ante oculos. 7. V. 64. Hominem noſtis, qui ducem prædonum ceperit,quàm libenter eum palàm ante oculos omnium eſſe patiatur.1.ad Her.24.At in Senatum,aut ante Imperatorem,& in conſilium talis cauſa poteſt venire.* pro C. Corn.1. Ante veſtros annos propter illius tribuni plebis temeritatem poſſe adduci.

¶ *Temporis.*14.At.22. Idipſum quod me mones,quatriduo ante cogitaram.2.de Inu. 15. Ille multò ante lucẽ ſurrexit.2.de Fin. 31. Vt qui aſoti eſſe velint,philoſophi antè fiant.3.Fa.7.epiſt.7. Mandauítq; vtriq; eorum, vt antè ad me excurrerent. & alibi, Multùm intereſſe mihi eſt viſum inter eum qui tum erat,& qui anno antè fuerat.3.Tuſc.28.Quæ venientia longè antè videris. Poſtquàm ad Quir.7.C. Marius antè me cõſularis ſubiit,&c.7. At.14.De quibus antè ad te falſum ſcripſerã.5.A.52. Vt ei trienium ante legitimũ tẽpus petere liceat.3.V.115.Minutius mortuus eſt ante iſtum prætorem.2.V.9.Qui dum hîc quæ opus eſſent,cõpararet,cauſam intereà antè eum diceret.2.de Na.61. Vt Fides,vt Mens,quas in Capitolio dedicatas videmus proximè à M.Æmilio,antè autẽ ab Atilio Calatino erat Fides conſecrata.

¶ *Magn.*

¶ *Magis.* 8. Att. 24. Crucior, quòd eum quem ante me diligo, video in conſulatu quiduis potiùs eſſe, quàm Cos.

☞ Syntaxis. *Ante pedes, ante oculos. Non antè, ſed retrò. Quatriduo antè, anno antè, longè antè. Tertius ante me Conſul. Ante iſtum Prætorem ille obijt: id eſt, ante eius Magiſtratum. Illum ante me diligo.*

ANTEA, *ante hac, ante hoc tempus, ſuperioribus diebus, ſuperioribus temporibus.* 7. At. 3. Poſthac neque herculè anteà negligentes fuimus. 15. 13. Quod ad te anteà, atque adeò priùs ſcripſi ( ſic enim mauis ad ſcribendum tibi verè dicere ) feciſti me acriorem. 2. de Inu. 36. Si integer anteà fuiſſe demonſtrabitur. 1. Fa. 2. Nactúſque tempus hoc magis idoneum, quàm vnquàm anteà, ita ſum cum illo locutus, &c.

☞ Syntaxis. *Ad te anteà, atque adeò priùs ſcripſi. Id magis nunc aptum quàm vnquàm anteà.*

ANTEACTVS, *ſuperior.* 2. de Inu. 36. Ex anteacta vita facere iudicium, &c. 5. V. 146. & pro Marcel. 3. in Clod. Vita anteacta te ſeruauit.

ANTECANIS, *procyon.* 2. de Nat. 114. *Lege,* PROCYON.

ANTECAPTVS, *antè conceptus.* 1. de N. 43. Antecapta animo rei quædam informatio, Græcè πρόληψις.

ANTECEDENS, *præcurrens, antegrediens, antegreſſus, præpoſitus, antepoſitus primùm.* )( *.quod conſequitur.* de Fat. 23. Omnia quæ fiant fieri cauſis antecedentibus: Ibidem. Voluntatis noſtrę non eſſe cauſas externas & antecedentes. Part. 7. Ex iis rebus, quæ quodammodò affectæ ſunt ad id de quo quæritur, alia ex antecedentibus appellantur, alia ex conſequentibus, alia ex repugnantib. 2. de Inu. 66. Obſeruantia, per quam ætate aut ſapientia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedentes reueremur. de Fat. 9. Cauſæ naturales & antecedentes. 2. de Inu. 161. Homines aliqua dignitate antecedentes. Octau. Et quæ non inſequẽs hora antecedente calamitoſior pop. Rom. illuxit? de Cla. 82. Sed inter hos paululum ætate his antecedens Galba, eloquentia præſtitit. de Cla. 109. M. Pennus Paulum Gracchum ætate ♣ antecedens. ‖ Top. 88. de Fat. 43.

☞ Syntaxis. *Externa cauſa, & antecedens. Antecedens ætate, dignitate, ſapientia. Inſequens antecedente hora calamitoſior. Antecedens ætate illi, & illum.*

ANTECEDO, *anteo, præeo, præcurro, prægredior, antegredior, ante-* ♣ *uerto.* ‖ *Cicero per hoc verbum (inquit Schorus) ſignificauit quæ alij auctores per præcedo.* Topic. 88. Si huic rei illa antecedit, huic non antecedit. Ibid. 53. Quicquid antecedit quamque rem, id cohæret cum re neceſſariò. de Fat. 34. Non ſic cauſa intelligi debet, vt quod cuique antecedat, id & cauſa ſit: ſed quod cuique efficienter antecedat. Ibid. 43. In omnibus quæcunque fiunt, veriſimile eſt cauſam antecedere. 11. Fa. 13. Antecedere aliquem ætate. Biduo me Antonius anteceſſit. 8. At. 9. Pompeius expeditus anteceſſerat legiones. 1. Acad. 3. Ea res longè cæteris antecedit. de Vniu. 20. Septima, quæ ſeptem & viginti partibus antecederet primæ. 1. de Inu. 86. Si id, quod ſequitur, non videatur neceſſariò cum eo quod anteceſſit, cohærere. 6. V. 138. Incipit is loqui, qui & authoritate & ætate, &, vt mihi viſum eſt, vſu rerum antecedebat, Timarchides.

† ADVERB. Efficienter, de Fat.

☞ Syntaxis. *Antecedere motu, tempore, natura, illum, illi.*

ANTECELLO, *excello, præſto, anteſto.* 5. V. 10. Hæc cauſa magnitudine iniuriæ criminibus cæteris antecellit. 6. 118. In ea ſunt ædes ſacræ complures, ſed duæ quæ longè cæteris antecellunt. 1. de Inu. 5. Præclarum mihi quiddam videtur adeptus is, qui qua re homines beſtijs præſtent, ea in re hominibus ipſis antecellat. 2. de Nat. 145. Senſus hominum multò antecellit ſenſibus beſtiarum. 2. ad Her. 48. Inferiores, qui omnibus his rebus antecellunt. pro Mur. 29. Dicendi conſuetudo longè & multùm iſti veſtræ exercitationi ad honorem antecellit. pro Mur. 24. Summa dignitas eſt in ijs, qui militari laude antecellunt. Ibid. 36. Vir humanitate, ſapientia, integritate antecellens. de Sen. 64. Vt quiſque ætate antecellit, ita ſententiæ principatum tenet. 1. de Diu. 9. Chaldæi in Syria cognitione aſtrorum antecellunt. pro Arc. 4. Antecellere omnib. ingenij gloria.* pro C. Cor. 1. Qui eloquentia cæteris antecellit. 1. de Diuin. in Frag. Similiter cohortatione circum conciliabula antecellunt.

† ADVER. Longè, 6. Ver. 2. cont. Rul. Longè, multùm, pro Mur.

☞ Syntaxis. *Antecellere alicui, In aliqua re antecellere. Antecellere ad honorem. Aliqua re antecellere, ætate, ſapientia.*

ANTECEPTVS. 1. de Nat. 43. *Lege,* ANTICIPATIO.

ANTECESSIO, *præcurſio, progreſſio, progreſſus* )( *.conſequutio.* 1. Off. 11. Homo autem, qui rationis eſt particeps, per quam conſequentia cernit, principia & cauſas rerum videt, earúmque progreſſus quaſi anteceſſiones non ignorat. Top. 53. Tripartitò igitur diſtribuitur locus hic, in conſecutionem, anteceſſionem, & repugnantiam.

ANTEDICO, *prædico, anteprædico.* 2. de Diu. 17. Hæc qui antedicunt, quam rationem ſequantur, vides. 1. A. 26. Atque ego hoc dico de futuris, quod eſt augurum, antedicere ea quæ vitari poſſunt.

ANTEEO, *antecedo, præeo, præcedo.* 2. contra Rul. 92. Lictores prætoribus anteibant cum faſcibus duobus. 1. Tuſ. 5. Cato qui hos ætate anteibat. 9. A. 1. Seruius ætate illis anteibat, ſapientia omnibus. 5. de Fin. 93. Præſtantiam animi omnibus bonis corporis anteire dicimus. de Fat. 44. Si illi fateantur, aſſenſiones non ſine viſo antecedente fieri, alia ratio eſt: ſed ſi concedunt anteire viſa, &c. vide ne idem dicant. de Clar. 229. Conſules qui omnes intelligentia anteibant. 5. Tuſ. Fortunam ipſam anteibo fortunis meis. pro Syl. 23. Nec ſe æquales tui propter iſtam cauſam abs te anteiri putant. 2. Offi. 37. Qui anteire cæteros virtute putantur.

☞ Syntaxis. *Anteire tempore, dignitate, aliquem, alicui: fortuna, fortunis. Illi ſe à te anteiri dicunt.*

ANTEFERO, *antepono, præpono.* Part. 1. Deinde iſta tua ſtudia vel maximis meis occupationibus anteferrem libenter. 6. Fam. 6. Vel iniquiſſimam pacem iuſtiſſimo bello anteferrẽ. pro Corn. 45. Quis dubitaret de toto iure pacis & belli omnibus iuriſpertiſſimis Imperatores noſtros anteferre? 2. cont. Rul. 6. Vos qui me antetuleritis nobilitati. 5. Fam. 20. Tamen ita exiſtimes velim, me antelaturum fuiſſe, ſi ad me veniſſes, voluntatem tuam commodo meo. Orat. 23. Sed ego idem, qui, &c. recordor longè omnibus vnum anteferre Demoſthenem. 2. Q. Fr. 1. Comitia iudicijs anteferre. 6. At. 8. Qui ſe ſolet anteferre puero ſororis tuæ filio. de Clar. 133. Anteferre ſe alicui. pro Syl. 89. Vt nemo ei ſe honore anteferret. 2. Fam. 18. Præſertim cùm ſine cuiuſquam reprehenſione, legatis quæſtorem poſſis anteferre. 1. 9. Bibuli fortunam, quam ille afflictam putat, omnium trium- ♣ phis victoriiſque antefero. ‖ Or. 134. Hæc quaſi lumina magnũ afferunt ornatum orationi.

¶ *Procuro, prouideo.* 6. Fa. 16. Certè nos quod eſt dies allatura, id conſilio anteferre debemus.

† ADVER. Longè, Orat.

☞ Syntaxis. *Hoc iſti rei antefero. Se honore alicui anteferre. Conſilio futura anteferre: id eſt, prouidere.*

ANTEGREDIOR, *progredior, antecedo, anteuerto.* )( *ſequor* 2. de N. 54. Lucifer Latinè dicitur, cùm antegreditur ſolem: cùm ſubſequitur autem, heſperos. de Fat. 21. Quod ſi ita eſt, omnia quæ fiunt, cauſis fiunt antegreſſis. *Ibid.* 19. Cauſæ fortuitò antegreſſæ. 1. de Diu. 25. Iiſdem ſignis antegreſſis. 1. Offic. 94. Id tum apparet, cùm antegreſſa eſt honeſtas.

† ADVER. Fortuitò, de Fat.

☞ Syntaxis. *Antegredi aliquem. Quæ fiunt, antegreſſis cauſis fiunt.*

ANTEHAC, *anteà.* 12. Fam. 13. Atque antehac ſperare quidem licebat, nunc etiam illud ereptum eſt. 1. Fa. 7. Simul quod video, non vt antehac putabam, nouitati eſſe inuiſum meæ.

ANTELATVS, de Pro 27. Cùm ipſe cæteris omnibus eſſet omni honore antelatus.

ANTELVCANVS, *qui antelucem eſt, vel fit.* 5. Fam. 4. Ex antelucano tempore vſque ad horam diei decimam. 4. Tuſc. 43. Qui dolere ſe aiebat, ſi quando opificum antelucana victus eſſet induſtria. 2. C. 22. Antelucanæ cœnæ.

☞ Syntaxis. *Antelucana opificum induſtria. Tempus antelucanum. Cœna antelucana.*

ANTEMERIDIANVS, *qui ante meridiem eſt, vel fit.* )( *.pomeridianus.* 13. At. 23. Ante meridianis tuis literis heri ſtatim reſcripſi, nunc reſpondebo veſpertinis. 3. de Or. 22. Antemeridianus ſermo. *Lege,* POMERIDIANVS.

ANTENNA, *tranſuerſum in naui lignum ad malũ, cui velum alligatur.* 3. de Orat. 178. Quid tam in nauigio neceſſarium, quàm prora? quàm puppis quàm antennæ? quàm vel? amali? &c.

ANTEOCCVPATIO, *Rhetorica exornatio eſt, alia ab occupatione.* 3. de Or. 203. Erroris inductio, in hilaritatem impulſio, anteoccupatio, &c.

ANTEOCCVPO, *præoccupo.* Or. 138. Vt anteoccupet, quod putat opponi. *de eadem anteoccupatione loquitur.*

ANTEPONO, *præpono, præfero, antefero, præſtabilius puto primas omnium alicui do, aliquid primum & ſummum habeo.* 1. At. 14. Vera quidem laude probitatis, neque me tibi, neque quenquam antepono. 1. Q. Fr. 2. Si te illi anteponis, valdè magnum facis. 1. de Orat. 98. Et longè Academiæ illi & Lycæo tuum hoc ſuburbanum antepono. 5. Tuſc. 12. Cuius iudicium longè antepono tuo. 4. Fam. 7. Ea te ſapientia eſſe iudico, vt meum conſilium non anteponam tuo. 3. 7. Nec mehercule aliter vidi exiſtimare Cn. Pompeium, quem omnibus, qui vnquàm fuerunt, vel P. Lentulum, quem mihi ipſi antepono. de Cl. 255. Hanc autem gloriam, teſtimoniúmque Cæſaris, tuæ quidem ſupplicationi non ſolùm, ſed triumphis multorum antepono. in Var. Nemo ♣ ſe anteponet, quo minus reus fiat. ‖ 1. de Orat. 191. Nemo de iis, qui peritiſſimi ſunt, anteponatur.

☞ Syntaxis. *Hoc iſti rei antepono. Te illi antepono. Se anteponere, abſolutè.*

ANTEPRÆDICO, *prædico.* 6. A. 5. Itaque quod paulò ante feci in Senatu, faciam apud vos, teſtificor, denuncio, anteprædico.

ANTEQVAM, *priuſquàm.* 5. At. 14. Antequam aliquo loco conſedero,

dero, literas à me non habebis. 2.7. Equidem antequàm tuas legi literas, in hominem ire cupiebam. pro Dom. 141. Præſertim illo magiſtro, qui cogeretur docere, antequàm ipſe didiciſſet. 7. V. 54. Nunquàm in Sicilia frumentum publice eſt emptum, antequàm iſte hoc præclarum conſilium dedit, vt, &c. 3. de Or. 143. Neque defatigabor antequàm percepero, &c. 4. V. 140. Neque in hac re ſolùm fuit eiuſmodi, ſed antequàm ego in Siciliam veni, in maximis rebus ac plurimis. Parad. 6. Nunquã eris diues, antequàm tibi tantum ex tuis poſſeſſionibus reficiatur, vt tueri ſex legiones poſſis. 7. Fa. 14. Sin noſtri oblitus es, dabo operam vt iſtuc veniam, antequàm planè ex animo tuo effluo. 12. A. 23. Cui fui ſemper amicus, antequàm ille reip. eſt factus inimicus. 1. Qu. Fr. 2. Ne quid de bonis, quæ L. Octauij fuiſſent, diminuerent, antequàm Cn. Fundanio pecuniam ſoluiſſent. pro Mil. 104. Vtinam, dij immortales, vt P. Clodius viueret, antequàm hoc ſpectaculum viderem. 8. A. 23. Dixitque, ſe non anteà renunciaturum Senatui, niſi priùs ſibi reſpondiſſet quid facturus eſſet, quàm ex illa circumſcriptione excederet.

☞ Syntaxis. *Scribam antequàm diſcedo, & diſcedam. Antequàm legi, ſcribebam. Nunquàm dixit, antequàm illi dictauit.*

ANTEROS, *Veneris & Martis filius.* 3. de Nat. 60. Tertius Cupido quidem eſt Anteros.

ANTESIGNANVS, *primipilus, miles qui ante ſignum in acie collocatur.* 2. A. 71. Fueras in acie Pharſalica anteſignanus. ‖ 5. A. 12. Anteſignanos iudices conſtituere.

☞ Syntaxis. *Anteſignanus miles. Anteſignanus abſolutè. Iudex anteſignanus.*

ANTESTO, *præſto, antecello, excello.* 2. de Inu. 2. Crotoniatæ quondam omnibus corporis viribus & dignitatibus anteſteterunt.

† ADVERB. Multùm, 2. de In.

☞ Syntaxis. *Anteſtare viribus, dignitate.*

ANTEVERTENS, *præcedens.* 2. de Nat. 54. Stella tum anteuertens ſolem, tum ſubſequens.

ANTEVERTO, *præuerto.* ‖ *hæc duo verba non ſignificant antecedo aut præcedo (vt exponit Nizolius) ſed præuenire, præponere, idque præpoſtero & peruerſo ordine, vt obſeruauit doctiſſimus Cardinalis, pag. 209. Ita vt quod in animo erat vt poſteà fieret, anteà fiat, & contrà, quod priùs faciendum, poſteà fiat. Trahitq; plerumque datiuum & fit ſæpe deponens. Vide Cardinal. loco citato.* de Am. 16. Atque id ipſum cùm tecum agere conaretur, Fannius anteuertit. pro Mil. 46. Vidit neceſſe eſſe Miloni proficiſci Lanuuium, illo ipſo, quo profectus eſt die: itaque anteuertit.

☞ Syntaxis. *Ille anteuertit, abſolutè.*

*ANTIANVS, Frag. ep. Hercules Antianus.

ANTICIPATIO, Græcè πρόληψις. 1. de Nat. 43. Quis non habet ſine doctrina anticipationem quandam deorum: *id eſt, anteceptam animo rei quandam informationẽ, &c.* Lege, PRÆNOTIO.

ANTICIPATVS, *antè conceptus, prænotus, inſitus,* 1. de N. 76. Ita eſt informatum, anticipatúmque mentibus noſtris.

ANTICIPO, *anteoccupo, anteuerto* 8. At. 22. Dices, quid igitur proficis? qui anticipes eius rei moleſtiam quam triduo ſciturus ſis.

ANTILIBANVS, *mons* 2. Attic. 16.

Ἀντινομία, *contraria lex.* Lege, LEX.

ANTIOCHIA, *vrbs.* 13. Fam. 19.

ANTIOCHII, *Philoſophi ab Antiocho.* 4. Acad. 70.

ANTIPODES, *aduerſi orbis gentes.* 4. Acad. 123. Antipodes è regione nobis, è cõtraria parte terræ aduerſis veſtigiis ſtant contra veſtigia, quos Antipodas vocatis. de Som. 14. Sed eorum partim obliquos, partim verſos, partim etiam aduerſos ſtare nobis. Ibid. 15. Qui aduerſa nobis vrgent veſtigia.

☞ Syntaxis. *Stant Antipodes veſtigijs aduerſis contra veſtigia. Vrgẽt aduerſa nobis veſtigia Antipodes.*

ANTIQVITAS, *vetuſtas.* 2. de Leg. 27. Antiquitas proximè accedit ad deos. Orat. 169. In exemplis autoritatem habet antiquitas. 3. de Orat. 39. Quo magis antiquitatem eorũ ſermo retinere videatur. pro Font. 31. Generis antiquitas ex clariſſimo municipio profecta. * de Clar. orat. Maiore honore in omnibus artibus, quàm in hac vna dicendi, verſatur antiquitas. Frag. epiſtol. Quis in eo generis antiquitatem deſideret?

¶ *Priſcorum facta & mores.* Orat. 155. A quibuſdam ſeriò iam emendatur antiquitas, qui, &c. pro R. P. 27. P. Rutilius, qui documentum fuit hominibus noſtris virtutis, antiquitatis, prudentiæ. 1. de Orat. 193. Plurima in XII. tabulis antiquitatis effigies. 2. de Diuin. 70. Errabat enim multis in rebus antiquitas, quam vel vſu iam, vel doctrina, vel vetuſtate immutatam videmus. 4. ad Her. 4. Non omnia antiquitati concedenda eſſe.

† ADIVNC. Incorrupta, de Orat.

☞ Syntaxis. *Habet autoritatem antiquitas. Generis antiquitas. Vir documentum antiquitatis: id eſt, priſcæ probitatis.*

ANTIQVIOR, *carior, melior, potior,* 11. Fam. 24. Si in aduentu tuo bellũ confici poteſt, nihil ſit antiquius. 12. At. 20. Me id multò magis mouet, quod mihi eſt ſanctius & antiquius. 7. 5. Ne dubitaris, quin quod honeſtius, id mihi futurum ſit antiquius. 1. Q. Fr. 1. Quod tibi & antiquiſſimum eſſe, & ab initio fuiſſe, omnium ſermone celebratum eſt. 2. At. 22. Nihil ſibi antiquius amicitia noſtra eſt. 2. de Diu. 78. Antiquiorem Deiotaro fuiſſe laudem & gloriam, quàm regnum & poſſeſſiones ſuas. 11. Fam. 5. Nec quicquam habui antiquius, quàm vt Panſam ſtatim conuenirem. 12. Attic. 5. De Tullia mea tibi antiquiſſimum eſſe video. 2. Q. Fr. 1. Is iudiciorum cauſam ſuſcepiſſe antiquiſſimámque ſe habiturum dixit. 1. de Inu. 69. Hoc trophæo nihil carius, nihil antiquius habere conuenit. 10. Att. 7. Naualis apparatus ei ſemper antiquiſſima cura fuit. 15. 2. Id quidem ſic ſuſceptum eſt mihi, vt nihil ſim habiturus antiquius. 4. ad Her. 34. At ſalus antiquior eſt militum, quàm impedimentorum. 10. Fam. 34. Nihil antiquius communi ſalute iudicaui. 1. de Inu. 80. Qui pauperes ſunt, ijs antiquior officio pecunia eſt. 13. A. 6. Nihil vita antiquius exiſtimare, omnia poſteriora libertate ducere.

☞ Synt. *Nihil ſit antiquius: id eſt, eſſe poteſt. Sanctius & antiquius* Hic aduerte, poſt ſanctius, eſſe antiquius. *Id mihi antiquiſſimum eſſe. De te mihi antiquiſſimũ eſt. Habere aliquid antiquiſſimũ. Nihil carius, nihil antiquius. Huius rei mihi ſemper antiquiſſima cura fuit.*

ANTIQVO, *abrogo.* 3. de Leg. 38. Vos demùm, vt video, legem antiquaſtis ſine tabella. 1. At. 11. Et populum vt rogationem antiquaret, rogabant.

ANTIQVOR, *abrogor.* 1. At. 10. Piſo operam dat, vt ea rogatio, &c. & de religione antiquetur. 2. Offic. 73. Philippus legẽ agrariam tulit, quam tamen antiquari paſſus eſt.

ANTIQVVS, *priſcus, vetus.* )( *recens.* 3. V. 66. Hæc nimis antiqua & obſoleta ſunt. 9. Att. 11. Igitur antiquiſſimæ cuique epiſtolæ primùm reſpondebo. 3. Q. Fr. 1. Antiquior dies in tuis erat aſcripta literis. pro Rab. 25. Cauſam ſuſcepiſti antiquiorem memoria tua. de Vniuerſ. 19. Animus & ortu & virtute eſt antiquior corpore. de Am. 20. Antiquior & pulchrior & magis à natura profecta cauſa amicitiæ. de Clar. 83. Sed multò tamen antiquior & horridior ille quàm Scipio.

¶ *Simplex ac purus.* pro S. R. 26. Homines antiqui, qui ex ſua natura cæteros fingerent, crediderunt. Ibid. 27. In qua muliere veſtigia antiqui officij remanent. ‖ pro Quint. 59. Antiquam officij rationem dilexit.

☞ Syntaxis. *Antiquum & obſoletum. Antiquiſſima epiſtola. Dies aſcripta antiquior. Ille antiquior & horridior quàm tu.*

ANTISTES, *primarius vnius templi ſacerdos.* pro Dom. 104. Vos qui eſtis antiſtites cæremoniarum & ſacrorum, autorem habetis & magiſtratum publicæ religionis. de Atti. 14. Antiſtites ſacrorum. 1. de Diu. 119. Cum antiſtitibus agamus, vt proferant, &c. pro Dom. 2. Alij antiſtites deorum immortalium, alij interpretes religionem requirendi.

¶ *Princeps, author.* 1. de Or. 202. Eum quærimus, qui ſit eius artis antiſtes, cuius eſſe Deus putatur.

ANTISTITA, *primaria ſacerdos & vates* 6. V. 99. Cereris ſacerdotes atque illius fani antiſtitæ. *Sit enim legendum eſt, non,* antiſtites, *autore Gellio lib. 13. cap. 19. & Priſciano lib. 5. Significat enim fœminam ſacerdotem.*

ANTISTHENES. de Orat. 59. Ab Antiſthene, qui patientiam & duritiam in Socratico ſermone adamauit Cynici.

ANTITHETON. Orat. 166. Græci ἀντίθετα nominant, cùm contrariis contraria opponuntur. Id quod ſcis, prodeſt nihil: id quod neſcis, obeſt.

ANTIVM, *oppidum.* 2. At. 3. Hinc Antiates. Ibid 6.

ANTONIANVS, a, um, *quod eſt Antonij* 12. Famil. 14. Antonianæ leges. in ep. Lentul. & ibid. 25. Antonianum latrocinium. in Ver. Antoniana vetus dicendi ratio. *ſed id de Antonio illo Oratore.*

ANTONIASTER, *ab Antonio per contemptum factum nomen, vt ab oleo oleaſter, vt à pyro pyraſter.* pro Vareno, Erucius hic noſter Antoniaſter eſt.

ANTRONIANVS. 1. At. 10. Antroniana domus.

ANVS, *podex.* 9. Fam. 22. Anum appellas alieno nomine, cur non ſuo potiùs? ima excrementorum via.

ANVS, *vetula mulier.* 1. Tuſc. 48. Quæ eſt anus tam delira, quæ iſta timeat? 2. de Di. 141. An tu cenſes vllam anum tam deliram futuram fuiſſe, vt ſomniis crederet? ‖ 1. de Nat. 18. Anus fatidica.

† ADIVNC. Delira, 1. de Diu. Excors, 2. de Nat. Fatidica, 1. de Nat.

ANXIETAS, *procliuitas ad angorem.* 4. Tuſcul. 27. Ex quo in aliis anxietas, vnde anxij: in alias iracundia dicitur, quæ ab ira differt. Eſtq; aliud, iracundum eſſe, aliud, iratum: vt differt anxietas ab angore. Neque enim omnes anxij, qui angũtur aliquando, neque anxij ſemper anguntur, vt inter ebrietatem & ebrioſitatem intereſt.

ANXIFER, a, um, *quod anxietatem affert.* 1. de Diu. 22.

*Tu tamen anxiferas curas requiete relaxas.*

2. Tuſc. 21. Anxiferi vertices.

ANXITVDO, *anxietas.* 2. de Rep. Quartáque anxitudo prona ad luctum & mœrens, ſempérque ipſa ſe ſollicitans. *ex Nonio.*

ANXIVS, *qui natura procliuior eſt ad angorem.* 4. Tuſcul. 27. Non omnes anxij ſunt qui anguntur, aliquando, nec anxij ſemper anguntur,

aguntur. Ibid.34. Ægritudo anxia atque acerba.de Sen.65. At ſunt moroſi,& anxij,& iracũdi,& difficiles ſenes.2.At.24.Sollicitus & anxius amor.2.de Fin.15.Anxio & ſollicito animo eſſe- 1.Offi.72.Si quidem nec anxij futuri, & cum grauitate cõſtantiáque victuri.

☞ Syntaxis. *Anxietas non eſt angor. Anxius non ſemper angitur. Cura anxifera, & vertices anxiferi. Anxitudo ſemper ſe ſollicitat. Anxia & acerba ægritudo. Senex moroſus, anxius. Amor difficilis & anxius. Anxius & ſollicitus animus. Anxius, abſolutè.*

AONIVM, *oppidum.* 5.At.21

APAGE, & pagete, *abigentis vox & faſtidientis aliquid.* 5.Fam.10. De Catilio neſcio quid ad me ſcripſiſti deprecationis diligentiſſimæ,apagete cum noſtro Sexto Seruilio.

☞ Syntaxis. *Apagete cum illo:de vno.*

APAMEA, *oppidum Phrygiæ maioris.* 5.At.16.2.Fam.17.

APAMEENSIS.5.At.21.

APAMEVS. 3. Fam.9. *Aliàs*, Appianus.

APENNINVS, *mons Italiam in longitudinem diſterminans.* 12. A. 26.Num idem in Apennini tramitibus potero facere? 11.Fa.10. Antonius Apennino alpibúſque ſe tenet.2.C.23.

APER, *ſylueſter porcus.* 6. V.95. Aiebant in labores Herculis non minùs hunc immaniſſimum Verrem, quàm illum aprum Erymãthium referri oportere.4. Tuſ.49.Iratúmne Herculem cenſes conflexiſſe cum Erymanthio apro?

† ADIVNCTA. Erymanthius,6.Ver.Ingens,7.Ver.

APERIENDVS, *exponendus.* 2.de Fin.18.Aperiendum eſt igitur quid ſit voluptas:aliter enim explicari quod quęritur, non poteſt.

♣ ‖ 2. de Nat.53. Tum veſpertinis temporibus deliteſcendo, tùm matutinis ſe aperiendo nihil immutat.

¶ *Patefaciendus.* 2. de Nat. 14. Palpebræ aptiſſimæ & ad claudendas pupillas,& ad aperiendas. *Animaduertas dici poſſe, Fores atrium aperiunt,labra dentes ac linguam.*

APERIO, *clauſum patefacio.* 5. At.11.Epiſtolam aperui,legi.1.10. Aperire literas.1.de D.74.& 2.67.In tẽplo Herculis valuę clauſæ repagulis ſubitò ſe ipſæ aperuerunt.2.Offi.54. Quamobrem nec ita claudenda eſt res familiaris, vt eam benignitas aperire non poſſit:nec ita reſeranda,vt pateat omnibus.

¶ *Declaro,indico demonſtro,explico,pando,diſſero apertè,facilè reddo.* 6.Fa.11.Tibi virtus tua reditum ad tuos aperuit ad Brut.10. Nec in Senatu ſceleratiſſimorũ conſiliorum fontes aperire dubitaui. Antequàm.12. Aperuerunt non fortes eſſe ſe amicos,ſi, &c.4.ad Her.10. Aperire fontes penitus abſconditos.2.50.Si de clementia,qua in alios vſi ſumus,aperiemus.pro Cl.66.Quę in diuturna obſcuritate latuerunt,ſi aperiam, vt ea cernere oculis videamini.1.Tuſc.6.Multò ſtudioſiùs Philoſophiæ fontes aperiemus.1.de Orat.84. Carneades verò multò vberiùs iiſdem de rebus loquebatur,non quò aperiret ſententiam ſuam( hic enim mos patrius Academię,aduerſari ſemper omnibus in diſputando) ſed,&c. * pro C. Corn. 2. Studia,conſilia, cogitationéſque eorum aperiam? Acad. Mos fuit Academicis occultãdi ſententiam ſuam,nec eam cuiquam aperiendi.

¶ *Promiſcua, detego, inſtituo, paratus ſum ad ſoluendum.* 2.A. 77. Cùm mulier fleret vberiùs, is caput aperuit, in collum inuaſit, 9.Fa.18.Dionyſius Corinthi dicitur ludum aperuiſſe.5.At.1.De Oppio factum eſt vt volui,& maximè quòd DCCC. aperuiſti.

APERIOR, *detegor, exponor, denudor.* 1. Offi. 129. Verentur ne ſi quo caſu euenerit, vt corporis partes quędam aperiantur,aſpiciantur non decorè.

¶ *Explicor.* pro S.R.127.Id quod poſteà aperietur.13.A.13.Sed ſuo tempore totius huius ſceleris fons aperietur.

† ADVER. Aliquando, pro Mil.Breuiter, in Part.Diligentiùs,1.de In. Paulùm,9.Attic.Poſteà,pro S.R.Studioſiùs,1.Tuſ.Subitò,1.de Diu.

☞ Syntaxis. *Stellæ nunc ſe aperiunt. Palpebræ pupillas aperiunt. Rem familiarem aperit benignitas. Conſilia aperire. Aperio me eſſe amicũ. De ſapientia aperio. Aperire caput, ludum.*

APERTE, apertiùs, apertiſſimè, *planè, non obſcurè, non diſſimulanter, rectè.*)(*.circuitione, ex inſidijs, tectè.* 2. V.18. Apertè palámque dicere aliquid.pro Q.R.43.Planiùs & apertiùs dicam.2.de Fin. 15.Planè & apertè loqui.4.V.156.Apertiſſimè & planiſſimè explicare quidpiam.2.de Ora.306. Ponere aliquid apertè falſum. de Cla.274. Numeri non apertè,ſed diſſimulanter concluſi.Or. 38.Non ex inſidiis,ſed apertè & palàm facere aliquid.pro Plan. 34. Sed eum ipſum dolorem hic tulit paulò apertiùs.14.At.13. Lætitiam apertiſſimè tulimus omnes.ad Brut.6. Quæ verba apertè indicant, poſſe rationem haberi etiam non præſentis.1. At.11.Et tamen ab illo apertè,tectè,quicquid eſt datum,libenter accepi. * pro C.Cornel.2.Pugnem apertè?

☞ Syntaxis. *Apertè palámq;. Planiùs & apertiùs. Apertiſſimè & planiſſimè. Apertè falſum. Non apertè, ſed diſſimulanter. Apertiùs ferre dolorem.*

APERTVS, *apertiſſimus, patens, manifeſtus, planus, ante oculos poſitus.*)(*.obſcurus, abditus, ex inſidijs, tectus, inſidioſus.* 6.42. Statuerunt ſe nihil tam clauſum neq; tam reconditum poſſe habere, quod non iſtius cupiditati apertiſſimum promptiſſimúmque eſſet. pro S.R.97. Vnum hoc ſumo, quod mihi apertum tuum ſcelus,réſque manifeſta dat.2.C.1. Cùm illum ex occultis inſidijs in apertum latrocinium coniecimus.pro Pom.71. Multas ſimultates,partim obſcuras,partim apertas ſuſcepi.Orat. 218. Dochimus iteratus numerum apertum & nimis inſignem facit.pro Clu. 48. Nemo vnquàm apertior in iudicium adductus eſt.2.de Nat.4.Nihil poteſt eſſe tam apertũ támq; perſpicuum. 8.At.3. Apertus dolor.)(*.hebes.* de Am. 97. Apertum pectus, vt dicitur,videre & oſtẽdere.2.Fa.2.Quod iam omnibus eſt apertum. Para.1.In apertũ referre aliquod opus: *id eſt edere.* * Acad. Nônne apertum eſt.7.V.103.Naues apertæ.)(*.conſtratæ.*

¶ *Serenus, tranquillus.* 1.de Diu.1. Aſſyrij cœlum ex omni parte patens atque apertum intuentur.

¶ *Facilis, perſpicuus, perſpectus, patens.* 1.de Inu.28. Aperta & lucida narratio.1.de Fin.30. Altera occulta quædam & quaſi inuoluta aperiuntur, altera prompta & aperta indicantur.14. A. 17.Multis apertus curſus ad laudem.

¶ *Audax.* pro Mur. 51. Atque ille,vt ſemper fuit apertiſſimus, non ſe purgauit,ſed indicauit.

☞ Syntaxis. *Apertum & promptum. Apertum ſcelus: id eſt, notum. In apertum conijcere latrocinium: id eſt, cogere aliquem vt palàm officiat. Rem iſtam facit apertam & inſignem Cæſar: id eſt, detegit. Apertum ac perſpicuum. Videre oſtenderéq; pectus apertum. In apertum referre librum: id eſt, edere. Ex omni parte cœlum patens & apertum. Aperta & lucida narratio. Apertus ad laudẽ curſus multis. Homo apertiſſimus.*

APEX, *faſtigium.* de Senect. 60. Apex ſenectutis eſt authoritas. *id eſt ſumma dignitas.*

¶ *Diadema, inſigne regium.* 1. de Legib.4.Nec dubito, quin ab aquila Tarquinio apicem impoſitum putent: *id eſt, diadema, regis inſigne.*

APHRACTVM, & Aphractus, *genus nauigij, quo Rhodij vtebantur.* 5.At.13. Nauigauimus tardiùs propter aphractorum Rhodiorum imbecillitatem. 6.8. Aphractis cæteríſque longis nauibus tranquillitatem aucupaturi eramus. Ibid. Detraxit viginti ipſos dies etiam aphractus Rhodiorum. *Lege,* DICRORVM.

APIANI, *legati.* 3.Fam.7.

Ἀπειρεία: *Lege,* INFINITIO.

APIS, *inſectum, mellis opifex.* 1. Offi. 157.Apum examina non fingendorum fauorum cauſa congregantur, ſed cùm congregabilia natura ſint, fingunt fauos. 2. Tuſc. 52. Cùm liqueſcimus fluimúſque mollitia, apis aculeum ſine clamore ferre non poſſumus.

♣ ‖ de Haruſp. 25. Atque in apum fortaſſe examine, nox ex hetruſcorũ ſcriptis haruſpices, vt à ſeruitio caueremus monerent.1. de Diu.73. Si examen apum ludis in ſcenam veniſſet. 3.Offi. 11. Apes quorum opere efficitur aliquid ad hominum vſum atque vitam.* Oecon.3.Apes in aluearium conceſſerunt.

♣ de Senec.54. ‖ Apum examina.

APIS. 1.de N.83. Apis ille ſanctus Ægyptiorum bos.

APISCI, *pro adipiſci.* 4. Fam. 5. 1. de Leg. 59. Apiſcendi cauſa.8. Attic.22. Maris apiſcendi cauſa. 1. de Orat.257.

Ἀπόδειξις, *demonſtratio. Lege,* AROVMENTVM, & DEMONSTRATIO.

APODYTERIVM, *locus vbi balnearium ingreſſuri, ſe expoliabant,* 3.Q.Fr.1.In balnearijs aſſa, in alterũ apodyterij angulum promoui. *Ibidem.* Iam ἀποδυτηρίῳ nihil alſius.

APOLLINARES ludi, *id eſt, Apollini dicati.* 1.At.19.10.P.7.

APOLLO. 2. de Nat. 68. Iam Apollinis nomen eſt Græcum, quem ſolem eſſe volunt.3.de Nat.57.Apollinum antiquiſſimus, & ibid.de Apollinibus multis.6. V.119.Apollo Theſmotes,vel Temnites. pro Fon. 20. Hæ ſunt nationes,quæ quondam Delphos vſque ad Apollinem Pythium, atque ad oraculũm orbis terræ vexandum profectæ ſunt.

APOLLONIA, *vrbs Macedoniæ.* ad Brut.213.Fam.19.

APOLLONIENSIS. pro Flac.71.

APOLLONIATES, *Diogenes.* 1.de N.29.I.P.76.

APOLLONICENSIS. 5.Attic.17.Apollonicenſem Xenonem commendaui.

APOLLONIVS. 1.de Orat.75.& 130.

APOLOGVS, *fabula, in qua bruta animalia inducuntur loquentia.* 2. de Orat. 264. Ad hoc genus adſcribuntur etiam narrationes apologorum.1.de In.25. Ab aliqua re iam parta incipere, quæ vel fabulam,vel apologum,vel aliquam contineat irriſionem.

♣ ‖ 11.1.ad Heren.10.Exordiemur ab apologo,&c.

Ἀποφατικά. *Lege,* NEGANS.

APOPHTHEGMA, *Lege,* DICTVM.9. Fa.16.Sic audio Cæſarem,cùm volumina iam confecerit ἀποφθεγμάτων:

APOPROEGMENON, *id eſt reiectum.*)(*.Proegmenon, id eſt, præpoſitum.* 3.de Fin.15. *Lege,* REIECTVS.

APOTHECA, *taberna, vel potiùs cella vinaria.* in Vat. 12. Cùm omnium domos, apothecas, naueíſq; furaciſſimè ſcrutarere. 1 A.67.Apothecæ totæ hominibus nequiſſimus condonabantur.

† ADIVNC. Totæ,1.Phil.

APPARATE, *cum apparatu, magnificè.* 11. Att. 50.Itaque edit & bibit

bibit ἀδεῶς, & iucundè, opiparè ſanè & apparatè. *De Cæſare hoc dicit Cicero.*

☞ Syntaxis. *ἀδεῶς, opiparè edere ac bibere.*

APPARATIO.)(*.Inapparatio.*2.Offi.56. Magnificentia & apparatio popularium munerum.1.ad Her. 12. Genus eſt narrationis,quod intercurrit nonnunquàm aut fidei,aut criminationis, aut alicuius apparationis,vel laudationis cauſa.

APPARATVS,*adiect.adornatus,comparatus.*pro Seſt.116.Qui ludos apparatiſſimos magnificentiſſimóſque fecit. 1. ad Her. 11. Quod nimiùm apparatis verbis compoſitum eſt. 1. de Inu.58. Domus omnibus rebus inſtructa & apparata.1.ad Her. 11. Vt non apparata oratio videatur.‖1.P.36. Vt in illo apparatiſſimo ſpectaculo ſtudium pop.Ro.tribuerit abſenti.

APPARATVS, *ſubſt.apparatio,magnificentia.*1.Off.25.Delectant etiã magnifici apparatus, vitæque cultus cum elegantia & copia. Orat. 83. Apparatus epularum à magnificentia recedens. de Som.1.Pòſt autem regio apparatu accepti,&c.in Vat.31.Omitto feſtum diem argento, veſte,omni apparatu, ornatúque viſendo.2.A.101.Quid prandiorum apparatus proferam? 7.Fa.1. Apparatus enim ſpectatio tollebat omnem hilaritatem. de Cl. 263. Præcepta,quæ maiorem habent apparatum. 1.de Nat.20. Omnis totius orbis deſignatio & apparatus.1.de Orat.229.Dixit Qu.Mutius more ſuo, nullo apparatu,purè & dilucidè.‖pro Seſt.77.4.Acad.3.Apparatus belli.

† ADIVNC. Magnificus, non priuatus aut plebeius, ſed patritius & prætorius,pro Seſt.Maior,de Clar.Maximus, 5.Tuſc.Naualis, 10. Attic.Nullus,1.de Orat. Omnis,1.de Nat. Præclarus, 7.Phil. Regius,de Som,Tenuiſſimus,9.Fam.

☞ Syntaxis.*Magnifici apparatus. Epularum apparatus à magnificẽtia recedens.Regio accipi apparatu. Apparatus & ornatus. Præceptorum apparatus.Dicere nullo apparatu,purè & dilucidè.*

APPAREO,*adſum,videor,præſtò ſum,compareo,exto,exiſto, ſpeciem habeo,in conſpectum me do.*pro Cl.147.Quid ceteri,quos apparere huic quæſtioni video,volunt?pro Syl.5. An verò in quibus ſubſellijs hæc ornamenta reipub. viderem, in his me apparere nollem?1.de N. 37. Ita fit vt deus ille nuſquàm prorſus appareat.de Cl.82.Itaque exaruerũt vix iam vt appareant.2.de Diu. 65.Anguis ille,qui Syllæ apparuit immolanti.10.Fa.20. Cùm equites Antonij apparuiſſent.pro Fl.29. Nulla vſpiam prædonum nauis apparuit.1.de Or.37.Quid in Numa Pompilio?num quod eloquentiæ veſtigium apparet?ad Br.17.Tamen illud apparebit,verba rebus eſſe contraria.2.de Diu.140.Equus in quo vehebar,mecum vnà demerſus,rurſus apparuit.3.A.28. Nihil apparet in eo ingenuum,nihil moderatum.Parad.1. Quoniam illud maiorum vigiliarum opus in tuo nomine apparuit. 3. de Fin.23. Membra nobis ita data ſunt,vt ad quandam rationem viuendi data eſſe appareant.*Protag.Vnde appares,ô Socrates? an id quidem dubium non eſt,quin ab Alcibiade?‖2.A.84. Vbi campus Leontinus appareat.

¶ *Patet,liquet.*de Cl.95.Aulus Porcinna fuit,vt apparet ex orationibus,ſcriptor ſanè bonus.de Cla.121. Idque apparet ex genere & granditate verborum. Item, Aliquid manifeſtè deprehenſum apparere. . Fa.9. Illud odium omne repentè apparuit. pro Flac. 38. Siue hoc Romæ confictum eſt, vt apparet; ſiue miſſum domo eſt,vt dicitur. 2.de N.18. Hoc ſi quis quærat vnde habemus, apparet quòd à terra ſumpſimus.2. Fa.7. De quo quid ſentiam, nihil attinet dicere, cùm appareat ipſe quid fecerim. 1. de Orat. 72. Tamen apparet atque extat,vtrùm ſimus earum rerum rudes, an didicerimus.5.Fa.19. Quid rectum ſit, apparet,quid expediat, incertum eſt. pro S. R. 121. Quod quò ſtudioſiùs ab ipſis opprimitur & abſconditur, eò magis eminet & apparet.

† ADVER. Clariùs, planè,8.Famil. Facilè,4. Ver.Magis,pro S.R. Manifeſtè, Orat.Nuſquàm,1.de Orat. Repentè,1. Fam. Rurſus,2.de Diu. Seriùs,5.de Fin. Vſpiàm,pro Flac.

☞ Syntaxis. *Apparere quæſtioni, concioni, id eſt, adeſſe.Id ampliùs non apparet: id eſt,neque extat veſtigium. Apparuit angelus.Nulla nauis apparet. In illo nihil apparet honeſtum. Membra apparent ad vitam: id eſt, conſtituta ſunt Vt apparet: id eſt, vt patet. Apparet & extat,an Id quò magis opprimitur & abſconditur, eò magis eminet & apparet.*

APPARITIO, *apparitoris officium.* 13. Famil. 54. Quod in longa eius apparitione ſingularem eius fidem abſtinentiámq; cognoui.

APPARITOR, *ſatelles, ſtipator, miniſter.* 5. V.61. Mittit ad eum Venerios: id eſt, apparitores à prætore aſſignatos.1.Q. Fr.1.Si lictor nõ ſuæ,ſed tuæ leuitatis apparitor.2.A.82.Quis vnquàm apparitor tam humilis,tam adiectus?

† ADIVNC. Aſſignati,recentes,5.Ver.Abiecti,humiles,2.Phil.Neceſſarij,1.Q.Fr.

APPARO, *comparo paro.* 6. V.44. Ornare & apparare conuium. pro Pomp. 35. Pompeius extrema hyeme bellum apparauit, ineunte vere ſuſcepit, media æſtate confecit.5. A. 54. Faciliùs apparabitis ea quę neceſſitas flagitat.pro Mil.29.Qui iter illud ad cędem faciendam apparaſſet.3.Q.Fr.8.Is ludos apparat magnificentiſſimos,ſic,inquam,vt nemo ſumptuoſiores.

APPAROR, *præparor,comparor,adornor.*2.Q.Fr.3. Crimina quæ in Seſtium apparabantur.1.ad Her.4.Animus iudicis conſtituitur vel apparatur ad audiendum.

☞ Syntaxis. *Conuiuium ornare & apparare. Bellum apparare, iter, ludos,crimina in aliquem,animum iudicis.*

APPELLATIO, *compellatio.* pro R.P.11. Qua appellatione litium? in qua Poſthumi mentio facta nulla eſt. pro Quin.65. Videtúrne interceſſiſſe appellatio Tribunorum?

¶ *Pronunciatio.* de Clar.259.Lenis appellatio literarum.

¶ *Creatio.* pro Dom. 129. Regum appellationes venales erant.

* *Etymologia ἔτυμον, notatio.*1.de Glor.Oppidorum appellationem vſurpatione appellatam eſſe exiſtimo,quòd opem darent.

† ADIVNC. Improbiſſima,in Vat.Inanis,5.Attic.Lenis,de Clar.Venales,pro Dom.

☞ Syntaxis. *Literarum appellatio:id eſt, prolatio. Regum appellationes venales.*

APPELLANDVS, *inuocandus.*pro Quin.94. Sin,&c.quid agendum eſt? qui deus appellandus eſt? cuius hominis fides imploranda eſt?

¶ *Conueniendus.*1. Fam.2. Quod tum dicendo,tum ſingulis appellandis rogandíſque perſpexeram.

¶ *Pronunciandus.* de Cla. 133. Nam de ſono vocis & ſuauitate appellandarum literarum,quoniam filium cognouiſti,noli expectare quid dicam.

APPELLANS. de Or. 196. Cùm ego illum crebrò appellans collegam ei ſuum commendarem.

APPELLATOR. 6.V.146. Nihil ægrius factum multo labore meo,quàm vt manus ab illo appellatore abſtinerentur.

APPELLATVS, *dictus, pronunciatus.* 5. At.17. Deiotarus filius, qui rex ab Senatu appellatus eſt. 2. Famil.10. Ita victoria iuſta Imperator appellatus apud Iſſum.Hortenſ.Ex quo ſapientia eſt appellata prudentia. 1. de Glor. Oppidorum appellationem vſurpatione appellatam eſſe exiſtimo,quòd opem darent.

¶ *Citatus,in iudicium vocatus.* pro R. P. 9. Neminem vnquàm quo ea pecunia perueniſſet, cauſam dixiſſe,qui in æſtimãdis litibus appellatus non eſſet.In litibus autem nemo appellabatur, niſi ex teſtium dictis, &c.2.Attic.71. Appellatus es de pecunia, quam pro ſectione debebas.

APPELLO, *voce, compello,alloquor.* ‖ *Perfecta illa ætas hoc verbo ſignificauit,nominatim rogare aliquem de aliqua re,quod nos per alloquor ſæpius exprimimus. Cicero cùm efferre vult, quod Galli,* s'addreſſer à quelqu'vn, *dicunt,aut quod Latinè, agere cum aliquo, diceretur,ſæpiùs Appello,quàm alloquor vtitur. Etſi vtroque ſenſu vſus eſt,hoc tamen intereſſe videtur,quòd illud ſeuerioribus,hoc leuioribus rebus ſoleat adhiberi.*3.de Nat.36.Hunc Ægyptij Toyt appellant. de Vn.35.Iupiter,Iuno,& reliqui,quos fratres inter ſe agnatóſque vſurpare & appellare videmus.pro Cecin. 55. Seruos non numero diſtinguunt, ſed appellant vno familiæ nomine. Ibid. De liberis quiſquis eſt,procuratoris nomine appellatur.2.Fam. 16. Accedit etiam moleſta hæc pompa lictorum meorum, noménque imperij quo appellor.13.A.22. O Spartace:quem enim te potiùs appellem? 9. Fam. 22. Appellare rem ſuo nomine. de Vn. 29. Cæterorum autem ſiderum ambitus ignorantes homines præter admodum paucos, neque nomen appellant, neque inter ſe numero commetiuntur.5. Tuſcul.23. Ex maiore parte vnaquæque res appellari ſpectaríque debet. pro Clu. 72. Tum appellat hilari vultu hominem Balbus, vt blandiſſimè poteſt: Quid tu,inquit,Pacete?2.Q.Fr.9.Tu vt me & appelles,& interpelles,& colloquare & obloquare.velim.13. A.4.Salutare benignè,comiter appellare vnumquenque.3.de Leg.38.Ne quis inſpiciat tabellam,ne roget,ne appellet.2.Offic.48. Appellare milites,blando ſermone. 2. de Inu. 78. Appellare nomen alicuius identidem.1.At.31.Te aut M.Antoni abſentem appello,nónne, &c.pro Cl.65.Te appello,Oppianice,te, T.Acti,audete,negare, &c.pro Mur.81.Te appello,Cato,nónne proſpicis?&c.5.V.112. C. Marcelle te appello, num, &c. pro Pom. 11. Appellare aliquem ſuperbiùs.2. con. Rul.62. Appellare aliquem aſperiùs.5. V.134. Appellare aliquem verbo grauiore. 1. Fam.9. Quidam homines,& iidem illi,quos ſæpe nutu ſignificationéque appello:*id eſt,indico ſignifico,demonſtro.* pro Flac.106. Qui etiam me vultu appellat ac repetit etiam,&c.

¶ *Nomino,nuncupo.*6. Fam.6. Cæſar nunquàm niſi honorificentiſſimè Pompeium appellat. 1. de Orat. 239. Vt enim triſtem Galba vidit,nomine appellauit.4. Acad.13. Me autem nomine appellabat.5.Fam.2.Is cùm agere cœpiſſet,tertio quoque verbo orationis ſuæ me appellabat.

¶ *In ius voco,debitum repoſco.*2.con. Rul.99. A me petere quod debeo,me ipſum appellare debetis.12.Att.15. Cocceium velim appelles:quod enim dixerat, non fecit.pro Quin. 39. Cùm tibi quotidie poteſtas fuiſſet admonẽdi,verbum nullum facis,biennio iam confecto ferè appellas.16.Fam.14.Dolabellæ procuratores fac vt admoneantur,appellabis etiam Appiam. 1. Attic.6.

omnibus vicis concitatos.* pro M.Scau. Vxor pellicatus dolore concitata.

† Adverb. Populariter, ſeditioſè conciones, pro Cl. Publicè, 1.Cat. Temerè in odium, 2.de Inuent.

Concito, *excito, incito, moueo, facio, conflo, ſollicito, inflammo*. 1.de Orat.227. Concitare miſericordiam populi.2. 235. Concitare riſum.7.V.21. Concitare inuidiam in aliquem. 1. de Inu.100. Concitare grauem offenſionem in aliquam rem.Ibid.105. Concitare magnum odium in aliquem hominem.pro Mur.83. Concitare ſeditionem ac diſcordiam.2.Fa. 1. Vt quam expectationem de te concitaſti, hanc ſuſtinere ac tueri poſſis. pro Mil. 59. Cùm totius Italiæ concurſus, quem mea ſalus concitauerat, facti illius gloriam libens agnouiſſet. 10.Fa.33. Non modò nationes, ſed etiam ſeruitia concitare.

Concitor, *ſollicitor, perturber, permoueor*. 4.Acad.144. Quò enim ſpectat illud, niſi vt opifices concitentur. Or.128. Alterum, quo perturbantur animi, & concitantur. 2.de Or.191. Hominem iraſci, dolore, omni animi motu concitari.

¶ *Excitor*. 4. C. 6. Noua quædam miſceri & concitari mala. 15. Fa.4. Cùm magnum bellum in Cappadocia concitaretur.

¶ *Agitor. incitor, agor*. 1.de Diui.66. Cùm à corpore abſtractus animus diuino inſtinctu concitatur.

Concitus, *commotus, pronus* pro Cecin.14. Defenſor nimiùm litigioſus, concitus ad rixam.

Conclamo. 6.A.2. Cùm vos vniuerſi vna mente & vna voce iterum à me conſeruatam eſſe rempublicam conclamaſtis. in Verr. Conclamant omnes, & approbant ita fieri oportere.

Conclave, *cubiculum, triclinium*. 6. V. 58. Singula conclauia, quæ iſte & Romæ & in omnibus villis habet, tricenos lectos optimè ſtratos cum cæteris ornamentis conuiuij quærerent. 1. de Diu.26. Conclaue illud, vbi erat manſurus, ſi ire perrexiſſet, proxima nocte corruit. 2.de Orat.353. Hoc interim ſpatio conclaue illud: vbi epulabatur Scopas, concidit. 3.Qu.Fr.4. Tectum quod ſuper conclauia non placuerat tibi eſſe multorum faſtigiorum. pro Dom. 116. Porticus cum conclauibus pauimenta trecentum pedum. 3.Qu.Fr.9. In primíſque inferior porticus & eius conclauia fiunt rectè. pro S.R. 64. Cùm pater cœnatus cubitum in idem conclaue cum duobus filiis eſſet.

Concludo, *peroro, efficio, inficio, infero, complector, colligo*. pro Seſt. 136. Sed vt extremum habeat aliquid oratio mea, concludam illud de optimatibus. 2.de Orat. 307. Deinde vt concludamus atque ita peroremus, natura ipſa præſcribit. Orat.122. Poſt omnia perorationem inflammantem reſtinguemtémve concludere. Ibid. Singulas argumentationes ita concludere, vt efficiatur, quod ſit conſequens iis quæ ſumentur ad quamque rem confirmandam. Ibid. 137. Vt argumentum ratione concludat, 1.de Inu.73. Hoc ſi nolis inferre, & inferas quod ſequitur, fecit igitur inceſtum: & concluſeris argumentationem, & perſpicuam fugeris complexionem. 2.de Ora. 215. Demonſtrare quod concludere aduerſarij velint, non effici ex propoſitis, nec eſſe conſequens. 1. de N. 90. Argumenti ſententiam concludere more dialecticorum. 4.Aca.27. Quod ſi ita eſſet, quomodo quenquam concluſiſſe aliquid aut inueniſſe diceremus, aut quæ eſſet concluſi argumenti fides. 1.de Diu. 71. Cratippus ex ipſis exemplis ſolet ratione concludere, hoc modo, ſi, &c.

Concludendum. 2.de Diu.103. O acutos homines, qui paucis verbis negotium confectum putant, ea ſumunt ad concludendum, quorum his nihil conceditur.

Concludo, *colligo*. 2.de Ora.199. Concluſíque ita, vt dicerem, &c. 5. V. 163. Concluſurum me eſſe crimen decumarum dixeram. 6. 115. Vt aliquando totam huius generis rationem concludam atque definiam. 13. At. 29. Dolabellæ nomen iam expeditum videtur, vt etiam repræſentatione concludam. 2. de Fin. 63. Deinde concludebas, dolorem eſſe ſummum malum.

¶ *Claudo, cogo, conſtringo*. de Cl. 34. Natura ipſa circumſcriptione quadam comprehendit, concluditq; ſententiam. Or.230. Explere & concludere ſententias. de Vn.8. Deus intelligentiam in animo, animum concluſit in corpore. 5. de Fin. 56. Ne beſtiæ quidem, quas delectationis cauſa concludimus, facilè patiuntur ſeſe contineri.

Concludor, *inferor, colligor*. 1. de Fin. 22. Epicurus non quomodo efficiatur, concludatúrque ratio, tradit. 1. de Diu. 61. Illa igitur ratio concluditur, nec id quod, &c. 2.de Fin.3. Commodiùs arbitror ex rebus conceſſis concludi quid velis, & ad exitum perueniri. 1.de Diu.82. Quæ quidem eſſe reuerà, hac Stoicorum ratione concluditur, ſi ſint dij, &c.

¶ *Terminor, circumſcribor, claudor, finior*. Orat.200. Quorum deſcriptus ordo aliàs alia terminatione concluditur. 5.Fa.12. Si alicuius ancipites variíque caſus exitu notabili concluduntur, expletur animus iucundiſſimæ lectionis voluptate. pro Mur. 41. Prouincia in qua laus æquitatis, integritatis, facilitatis, ad extremum ludorum voluptate concluditur. 1.de Leg.17. Vt hoc ciuile ius quod dicimus, in paruum quendam & anguſtum concludatur locum naturæ. 7.V.95. Vrbe portus cingitur & concluditur. 1.de Orat.260. Orator autem concludatur in ea, quæ ſunt in vſu ciuitatum vulgari & forenſi. pro Quin.67. In hoc ſingulare iudicium cauſa omnis concluditur.

† Adverb. Acriter, malè, in Part. Acutè, 1.Tuſc. Ad extremum, pro Mur. Aliquando, de Amic. Anguſtiùs, breuiùs, 2.de Nat. Apertè, diſſimulanter numeros, variè diſſimulantérque, de Clar. Breuiter, 2.de Legib. Commodiùs, 2.de Finib. Contortiùs, 3.Tuſc. Inconſideratè, probabiliter, de Fat. Malè, Orat. Rectiſſimè, vitioſè, 4.Acad.

Concluse, *definitè, circumſcriptè*. Orat. 177. Aptè, & concluſè aliquid dicere.

Conclusio, *clauſula, peroratio, epilogus, complexio, & argumentatio ipſa*. 1.de Inu.98. Concluſio, eſt exitus & determinatio totius orationis. 2.de Orat.80. Tum alij concluſionem orationis, & quaſi perorationem collocant. 2.de Diu.103. Concluſio autem rationis ea probatur, in qua ex rebus non dubiis, id quod dubitatur, efficitur. 4.Aca.67. Hæc concluſio quam habeat vim, conſidera, *id eſt, argumentatio, vel ratio*. 1. Qu. Fr.1. In extrema parte & concluſione muneris ac negotij tui diligentiſſimus ſis. Orat. 195. Concluſio ſententiarum. 3.de Ora. 179. Concluſio verborum. *id eſt, clauſula*. de Cl.33. Concluſio ad numerum. 2. ad Her. 47. Concluſiones, quæ apud Græcos ἐπίλογοι nominantur, tripartitæ ſunt. 3.de Orat.201. Orationis apta concluſio. 4. ad Her. 41. Concluſio eſt, quæ breui argumentatione, ex iis quæ antè dicta ſunt aut facta conficit id quod neceſſariò conſequatur. 1. de Fin.30. Intereſſe inter argumẽtum, concluſionémq; rationis. 3.de Nat.18. Acutulæ & breues concluſiones. 1.de Inu.45. Concluſio ſimplex ex neceſſaria conſecutione. 2. ad Her. 38. Concluſionis reprehenſio duplex. 3. 15. Concluſionibus breuibus vtemur, *in demonſtratiuo genere*. enumeratione ad exitum cauſæ.

† Adiunc. Acuta, vetus & breuis, 2.de Nat. Apta rationis, 3.de Orat. Artificioſa, 2.de Orat. Communis, innumerabiles, ratæ, Top. Breues & acutæ, 3.de Nat. Extrema, non ſolùm vera, ſed perſpicua, facilis, 5.Tuſc. fortuita, 1.Acad. Neceſſaria, poſtrema, ſimplex, 1.de Inuent. Tota vera, 2.de Diu.

¶ *Concluſio, exornatio eſt, quæ breui argumentatione, ex iis quæ antedicta ſunt, aut facta, conficit id quod neceſſariè conſequatur*, &c. 4. ad Herenn.41.

Conclusiuncula. 4. Acad. 75. Fallaces concluſiunculæ. *Lege*, Contortulus.

† Adiunct. Contortulæ & minutæ, 2.Tuſc. Fallaces, 4.Acad.

Conclusus, *clauſus*. 2.de Nat.20. Concluſa aqua facilè corrumpitur. Ibidem Anguſtia concluſæ orationis. Orat.20. Oratio non concluſa.)( *Oratio terminata*. 1. de Orat. 187. Omnia quæ ſunt concluſa nunc artibus, diſperſa & diſſipata quondam fuerunt. pro Q.R.15. In hanc formulam omnia iudicia concluſa & comprehenſa ſunt. Orat.170. Sententia aptè verbis comprehenſa & concluſa.

¶ *Patratus, decretus*. 4. V. 82. Facinus crudelitate perfectum & concluſum.

¶ *Collectus, determinatus, definitus*. 2.de Fin.85. Perfecto enim & concluſo, nec virtutibus nec amicitiis vſquã locũ eſſe, ſi ad voluptatem omnia referãtur, nihil prætereà magnoperè dicendum.

* ¶ *Illatus*. 1.de Fin.39. Concluſum eſt contra Cyrenaicos ſatis acutè: nihil ad Epicurum.

† Adverb. Similiter, Orat.ad Brua. Subtiliter, 1.Tuſc.

☞ Syntaxis. *Concludere perorationem, argumentationes, ſententiam. Argumentum concludit. Comprehendo & concludo. Definio & concludo. Expleo & concludo. Vrbs portu cingitur & concluditur. Orator in ea concluſus, quæ. Facinus crudelitate perfectum & concluſum.*

Concoenatio, *ſympoſion*. de Senect. 45. Græci conuiuium, tum compotationem, tum concœnationem vocant.

Concoquendum, *meditandum agitandum, expendendum*. pro Qu.R.45. Tibi diu deliberandũ & concoquendũ eſt, vtrum, &c.

¶ *Modificãdum*. 2.de Fin.64. Cibus facillimus ad concoquendũ.

Concoquens, *immutans*. 2.de Nat.124. Platalea conchas ſtomachi calore concoquens, & poſteà euomens.

Concoquo, *tranſlatione, vinco, ſtrenuè fero*. 3.Qu.Fr.9. Hæc odia non ſorbeo ſolùm, ſed etiam concoquo. ‖ 9. Fam.4. Nunc vtrate πέλος magis delectet χρυσοπτεῖα ne, an hæc quam noſter Diodorus non concoquebat.

Concoquor, *digeror, exteror, mutor*. 2.de Nat.24. Cleanthes negat vllum eſſe cibum tam grauem, quin is die ac nocte concoquatur. Ibid.136. Aluus arcet & continet illud quod recipit, vt id mutari facilè & concoqui poſſit.

☞ Syntaxis. *Delibera & concoque. Concoquere ſtomachi calore. Odia ſorbere, & concoquere. Mutat & concoquit calor.*

Concordia, *conſenſus, conſpiratio*. pro Clu.152. Equites ordini Senatorio concordia coniunctiſſimos eſſe cupio. Antequàm. 9. Pax & concordia extraneis gignetur, cùm iam domeſticis non inſideat. 12.Fa. 15. Hæc conſpiratio & concordia omnium ordinum ad defendendam libertatem. 8.At.24. Aliquos perfidia hominum diſtractos rurſus in priſtinam concordiam reducere. 3.C.25. Reconciliatio concordiæ. pro Clu. 100. Num Marius interpres pacis & concordiæ non probatur. 13.A.2. Si Cinna concordiam cum Octauio confirmare voluiſſet. 7.Attic.3. Si ad concordiam res adduci poteſt. 9. 11. Demetrij liber de con-

cordia. * Oecon. 1. Ex eiuſmodi vocum concordia non ſolùm ipſis canentibus amicum quiddã & dulce reſonat, verùm etiam ſpectantes audientéſque lætiſſima voluptate permulcentur. 1. de Fin. 47. Quia pacem animis afferat *temperantia*: & eos quaſi ♣ concordia quadam placet ac leniat. ‖ 1. Att. 14. Multa à me de ordinum dignitate, & concordia dicta ſunt Calend. Decemb. & poſtride. ibidem. Sic ego conſeruans rationem, inſtitutionémq; noſtram, tueor, vt poſſum, illam à me conglutinatam concordiam. Ibid. 15. Senatus autoritatem abiecit, & ordinum concordiam diſiunxit. 8. 15. Vt in Italia poſſemus aut concordiam conſtituere, qua nihil vtilius videbatur, aut Remp. ſumma cum dignitate defendere. 5. V. 23. Tantámque habebat morum coniunctionem, atque concordiam, vt Apronius, qui aliis inhumanus ac barbarus, iſti vni commodus, & diſertus videretur. 3. de Finib. 21. Viditque rerum agendarum ordinem, & vt ita dicam concordiam. 2. Offic. 82. Vt omnes conſtituta concordia ſine quærela diſcederent.

† ADIVNC. Communis, 1. Fam. Equeſtris, 1. Att. Gratiſſima, 11. Famil. Incredibilis, 8. Phil. Magna, 2. Catil. Priſtina, 8. Attic. Singularis, 3. Phil.

☞ Syntaxis. *Gigni concordiam. In concordiam reducere. Ad concordiam adducere.*

**CONCORDISSIME.** pro Rab. 14. Mors illi acerba eius fratris, quicum concordiſſimè vixerat.

**CONCORDO,** *conſto, congruo, conſentio, cum aliquo ſentio, idem ſentio, concino, concentum ſeruo.* )( *Diſſentio.* 4. Tuſc. 30. Sic animi ſanitas dicitur, cùm eius iudicia opinionéſque concordant.

☞ Syntaxis. *Illi concordant. Concordant cum illis nulli.*

**CONCORS, & CONCORDISSIMVS,** *conſentiens, conueniens, coniunctus. Concordes ſunt, quorum ſenſus in aliqua re congruunt.* pro Lig. 5. An ille cum P. Actio, quàm cum concordiſſimis fratribus eſſe maluiſſet. 3. de L. 28. Moderatus & concors ciuitatis ſtatus. de Vn. 13. Mundus ipſe ſe concordi quadam amicitia & charitate cõplectitur. de Ar. 45. Quod anno antè frater Metellus concors etiam tum Senatus principi Cn. Pompeio ſententiam dicenti excluſerat.

☞ Syntaxis. *Concors frater, ſtatus, amicitia, charitas, Senatus.*

**CONCREDITVS.** pro S. R. 113. Cui fortunæ viui commendatæ ſunt atque concreditæ.

**CONCREDO,** *credo, commendo.* pro Quin. 62. Alphenus, cui tu rem tuam commendare proficiſcens, & concredere ſolebas.

**CONCREPO,** *perſtrepo.* 3. Offic. 75. Si vir bonus hanc habeat vim, vt ſi digitis concrepuerit, poſſit in locupletium teſtamenta nomen eius irrepere, hac vi non vtatur. 2. contra Rull. 81. Qui ſimul ac decemuiri concrepuerint expediti ad cædem poſſint eſſe. pro Cæl. 55. Deinde ſcabella concrepant, aulæum tollitur.

☞ Syntaxis. *Concrepere digitis. Decemuiri concrepant, ſcabella.*

**CONCRESCO.** 2. de Nat. 26. Aqua neque conglaciaret frigoribus, neque niue pruináque concreſceret, niſi eadem ſe admiſto calore liquefacta & dilapſa diffunderet.

**CONCRETIO,** *compoſitio.* de Vn. 42. Cauſæ, quæ vim habeant caloris & frigoris, concretionis & liquoris. 1. de N. 71. Epicurus corporum concretionem fugit, ne interitus & diſſipatio conſequatur. 1. Tuſc. 66. Deum eſſe mentem ſolutam quandam & liberam, ſegregatam ab omni concretione mortali, &c.

**CONCRETVS,** *mixtus, conflatus, quaſi conglutinatus, coagmentatus, fictus.* ♣ ‖ *Phyſicorum vulgus pro hoc vocabulo, compoſitus, introduxit. Nunquàm tamen Cicero Conflata ex varijs Naturis & in vnum corpus commixta, Compoſita dixit, vt corpora ex elementis concreta non compoſita dicuntur.* 1. Tuſcul. 66. Nihil eſt in animis mixtum atque concretum, aut quod ex terra natum atq; fictum eſſe videatur. Ibid. 71. Quoniam nihil ſit animis admixtum, nihil cõcretum, nihil copulatũ, nihil coagmentatum, nihil duplex. Ibid. 60. Quid enim obſecro te, terráne tibi, aut hoc nebuloſo & caliginoſo cœlo, aut ſata, aut concreta videtur tanta vis memoriæ? ibid. 61. Quid illa vis? quæ, &c. ex hácne tibi terrena mortalíque natura, & caduca concreta videtur? Ibid. 47. Nam nunc quidem foramina illa, quæ patent ad animum à corpore, terrenis concretíſque corporibus ſunt interſepta quodam modo. Ibid. 42. Neceſſe eſt, vt animi ferantur ad cœlũ, & ab his perrumpatur & diuidatur craſſus hic & concretus aër, qui eſt terræ proximus. 2. de N. 42. Aër purus ac tenuis. )( *Cœlum craſſum: atque concretum.* 1. de Diu. 130. Pingue & concretum eſſe cœlum. 1. de N. 75. Species deorum, quæ nihil habeat concreti, nihil ſolidi, nihil expreſſi, nihil eminentis. de Vn. 23. Deus omne quod erat concretum & corporeum, ſubſternebat animo. 2. de N. 101. Aër fuſus & extenuatus in ſublime fertur: concretus autem in nubem cogitur. 5. Tuſ. 69. Initia vnde omnia orta, generata, concreta ſunt. Ibid. 56. Nam ſanguinem, bilem, pituitam &c. videor poſſe dicere, vnde concreta & quomodo facta ſint. 3. de N. 30. Corpus concretũ ex elementis. Ibid. 34. Etenim aut ſimplex eſt natura animãtis, &c. aut concretũ ex pluribus naturis. 1. de D. 18.

*Cùm claram ſpeciem concreto lumine luna.*

*Abdidit.*—— I. P. 21. Animal ex nefariis ſtupris, ex ciuili cruore, ex flagitiorum impunitate concretum.

☞ Syntaxis. *Concretum corpus, natura, vis memoriæ, aër, cœlum, initia, animal. Mixtum & concretum. Craſſum & concretum. Pingue & concretum. Aër in nubem concretus cogitur. Concretum, &c.*

**CONCVBINA.** 1. de Orat. 83. Cùm quæreretur, &c. & de eius matre: quæ ſi iudicaretur certis quibuſdã verbis, non nouis nuptiis fieri cum ſuperiore diuortiũ, in cõcubinæ locũ duceretur.

**CONCVBITVS,** *coniunctio, complexus venereus.* 1. de Nat. 42. Concubitus deorum cum humano genere.

**CONCVBIVS,** *cùm omnes cubant, intẽpeſtus.* 1. de D. 57. Qui cùm cœnati quieſcerent, concúbia nocte viſum eſt in ſomnis ei, &c.

**CONCVLCO,** *protero, obtero.* I. P. 61. Piſo ad Portam Æſquilinam, Macedonicam lauream conculcauit. pro Flac. 53. & pro Dom. 110. Proterere & conculcare aliquem.

**CONCVLCOR.** 8. Atti. 11. Conculcari miſeram Italiam videbis proxima æſtate, ab vtriuſque mancipiis, &c.

**CONCVMBO,** vel **CONCVBO.** de Fat. 30. Quia ita fatum ſit, & concubiturum cum vxore Laium, & ex ea Oedipum procreaturum. 1. de In. 44. Si peperit, cum viro concubuit.

**CONCVPISCO,** *cupio.* 1. de Nat. 22. Quid autem erat, quòd concupiſceret Deus mundum ſignis ornare. 1. de Finib. 53. Quæ autem cupiditates inanes ſunt, his parendum nõ eſt: nihil enim deſiderabile concupiſcunt. 1. de Diu. 51. Cuius mors ita glorioſa fuit, vt eam concupiſceret filius. 3. A. 33. Quid concupiſcas, tu videris: quod concupiueris, certè habebis. 10. Fam. 8. Concupiſcere aliquid pernicioſum. pro Clu. 26. Is Saſſiam in matrimonium ducere concupiuit. pro Quin. 69. Sicut tu ſemper ſummè concupiſti. 9. Att. 6. Cn. noſter Syllani regni ſimilitudinem concupiuit. 7. 13. Cæſar omnia omnium concupiuit. Ora. 4. Qui res magnas, & maximè expetendas concupiuerunt. pro S. R. 105. Prædia alterius concupiſcere. Parad. 6. Diuitias infinitè concupiſcere. 1. A. 29. Credo vos non opes violentas, &c. ſed charitatem ♣ ciuium & gloriam concupiſcere. ‖ 10. Fam. 9. Concupiſco nihil mihi.

† ADVER. Infinitè, Parad. Sũmè, pro Quin. Vehementer, pro Q. Roſc.

**CONCVPITVS.** 4. Tuſcu. 24. Nam cùm eſt concupita pecunia, nec adhibita continuò ratio, &c. permanat in venas illud malum, &c.

**CONCVRRENDVM.** pro R. P. 18. Si vobis nunciaretur hanc legem ferri, concurrendum ad curiam putaretis. ibid. Conuolaretis ad roſtra.

**CONCVRRO,** *conuenio, conuolo, fugio.* 1. Q. Fr. 2. Si diem nobis Clodius dixerit, tota Italia concurret. pro Qu. 79. Vt ſtatim de iure aliquis concurrerit, non toto triduo DCC. millia paſſuum conficiuntur. 6. V. 146. Concurrit ad me maxima multitudo. pro Mil. 40. Ipſe cunctæ Italiæ cupienti ſignum dedit, vt ad me reſtituendum Romam concurrerent. 16. At. 3. Ad Balbum ſcripſi, vt ſi quid tale accidiſſet, vt non concurrerent nomina, ſubueniret, &c. 1. Offic. 45. Quæ vt concurrant omnia, optabile. pro Pla. 78. Sæpe concurrit, vt eodem tempore multa mihi agenda ſint. 2. de Diuin. 141. Nemo ſomniis crederet, niſi iſta caſu nonnunquàm fortè temerè concurrerent. 2. ad Her. 11. Si quæ ſuprà dicta ſunt, ſigna concurrunt. 5. de Finib. 28. Res enim contrariæ concurrunt. 2. contra Rul. 14. Concurrunt plures vno tempore librarij, deſcriptam orationem ad me afferunt. 1. Atti. 17. Et raptim in eam ſententiam pedarij concurrerunt. 10. Famil. 30. In aciem copias de vico produxit, & ſine mora concurrit. 8. Atti. 3. Nulla eſt ſedes, quò concurrant, qui remp. defenſam volunt. ad Brut. 2. Ne darem perditis hominem parùm ſanum, quò concurrerent. Or. 154. Cùm autem nobis non dicitur, quia obſcœniùs concurrerent literæ.

¶ *Confligo, contendo, pugno.* 13. A. 38. Vtrùm ſit æquius, concurrere an conſentire, &c. ex epiſtola M. Antonij. 3. de Or. 170. Verba ne aſperè concurrant, néue vaſtiùs diducantur.

† ADVERB. Aſperè verba, 3. de Ora. Confeſtim, obſcœniùs literas, Or. Statim, pro Qu. Temerè, 2. de Diu. Vndique, 4. Ver.

**CONCVRRITVR,** *concurſus fit.* 10. A. 21. Concurritur vndique ad commune incendiũ extinguẽdum. 2. cont. Rul. 13. Concionẽ aduocari iubet, ſumma cũ expectatione cõcurritur. 4. V. 133.

**CONCVRSATIO.** ‖ de Clar. 333. Si operoſa magis eſt concur♣ſatio opportunorum. 1. Famil. 1. Libonis & Hipſei non obſcura concurſatio & contentio. de Cla. 242. Multa concurſatione, multóque clamore. pro Dom. 14. Quid puerorum illa concurſatio nocturna. 2. de D. 146. Cedò tãdem, quid ſit ordo, aut concurſatio ſomniorum. 11. A. 27. In tanta cõcurſatione perturbationum. *aliàs*, conuerſione. *Lege*, CONCVRSVS.

**CONCVRSIO,** *concurſus.* Orat. 151. In ea eſt crebra iſta vocum concurſio, quam magna ex parte vt vitioſam fugit Demoſthenes. 4. ad Her. 19. Crebræ vocalium concurſiones. 1. Acad. 6. Corpuſculorum concurſio fortuita. 1. de Fin. 17. Corpora indiuidua in infinito inani ita ferri, vt concurſionibus inter ſe cohæreſcant. Top. 76. Concurſio rerum fortuitarum.

¶ *Exornatio oratoria.* 3. de Orat. 204. Concurſio, quæ verborum exornatio eſt.

† ADIVNC. Crebra, vitioſa, Ora. Fortuita, 4. Aca. Spirabilis, 1. Tuſcul. Turbulenta, 1. de Fin.



UNED

CONCVRSANS. 2. de Natur. 115. Corpora huc & illuc temerè concurſantia.

CONCVRSO. 1. Fa. 1. Vt noſtras villas obire, & mecum ſimul lecticula concurſare poſsis. pro S.R. 81. Qui armati noctes dieſq; concurſabant. pro Mur, 44. Præſertim cùm iam hoc nouo more omnes ferè domos omnium concurſent. 2. de D. 129. Deos immortales concurſare omnium mortalium non modò lectos, verùm etiam grabatos, &c. 1. At. 13. Concurſabant barbatuli iuuenes. 7. V. 29. Tum, inquam, concurſant cæteri prætores. Ibid. 79. Obire prouinciam, & concurſare.

Syntax. *Concurſare, Villas, lectoſq; concurſare. Obire & concurſare.*

CONCVRSVS, *conflictio, conuentio, motus, effuſio, concurſio.* 5. At. 16. Concurſus fiunt ex agris & vicis, & ex domibus omnibus. de Clar. 288. Cùm Demoſthenes dicturus erat, concurſus audiendi cauſa ex tota Græcia fiebant. ad Brut. 3. Nam tantæ multitudinis, quantam capit vrbs noſtra, concurſus eſt ad me factus. 6. V. 52. Quem concurſum factum in oppido putatis? & 7. V. 65. Et concurſus vndique fiebant. 1. Atti. 13. Clamor concurſúſque fit. pro Deiot. 28. Quos concurſus facere ſolebat, quàm ſe iactare? 2. de D. 50. Cùm Bubulcus clamorem edidiſſet, concurſum eſſe factum, totámq; in eum locum Hetruriam conueniſſe. 5. At. 13. De concurſu legationum priuatarum, & de incredibili multitudine, quæ mihi mirabilem in modum Epheſi præſtò fuit, audiſſe te puto. I.P. 51. Quid dicam effuſiones hominum ex oppidis, quid concurſum ex agris? pro Dom. 142. Italiæ magnificentiſſimus ille motus, municipiorúmq; concurſus. ad Br. 10. Omnis omnium concurſus ad te futurus eſt. 4. Acad. 70. Mihi autem magis videtur non potuiſſe ſuſtinere concurſum omnium Philoſophorum. 5. Fa. 13. Quæ cogitatio vi tempeſtatum & concurſu calamitatum labefactata atque conuulſa. de Clar. 25. Concurſus quinque artium maximarum, &c. 2. de Fin. 110. Magnus cõcurſus honeſtiſſimorum ſtudiorum. * Frag. ep. Ad quem cùm fieret concurſus.

¶ *Conflictus.* Part. 104. Ex rationis, & ex firmamenti conflictione, & quaſi concurſu quæſtio exoritur. 1. de N. 66. Mundum eſſe factum concurſu atomorum fortuito. Part. 21. Concurſus aſper literarum. 3. de Or. 169. Collocationis eſt, componere & ſtruere verba ſic, vt néve aſper eorum concurſus ſit, néve hiulcus. Orat. 150. Extremorum verborum cum inſequentibus primis concurſus, aut hiulcas voces efficit aut aſperas.

† ADIVNCT. Admirabilis, quotidianus, 1. Phil. Aſper, diſiuncti, hiantes, Part. Aſper, hiulcus, ſed quodammodò coagmentatus, & leuis, 3. de Or. Facilis, felix, fortuitus, 1. de Nat. Grauis, 1. de Diu. Incredibilis, 4. Attic. Magnificentiſſimus, pro Dom. Magnus, 7. Ver. Maximus omnium 4. Ver.

CONCVSSVS. pro Mil. 79. Concuſſa hominum licentia, & cupiditatibus fractis.

* CONCVTIENS. 4. Tuſ. 19. Terrorem *definiunt* metum concutientem. Ex quo fit vt pudorem rubor, terrorem pallor & tremor, & dentium crepitus conſequatur.

CONCVTIO, *vehementer commoueo.* 2. A. 109. Is leges Cæſaris, vt rempub. concutere poſſet, euertit.

CONCEDENTIA, *concinnitas, decorum, ornatus.* 3. de Orat. 198. Orator verbis quidem ad aptam compoſitionem & condecentiam, ſententiis verò ad grauitatem orationis vtatur.

† ADIVNC. Apta, 3. de Orat.

CONDEMNATVS. de Senec. 42. & pro Dom. 78. Rerum capitalium condemnati. pro Clu. 116. Scæuola condemnatus eſt aliis criminibus. 2. A. 56 Antonius Licinium Léticulam de alea condemnatum reſtituit. pro Flac. 43. Poles item pecuniæ publicæ eſt condemnatus. I.P. 39. Tuum factum eſt condemnatum iudicio amicorum. 2. A. 4. Cuius etiam familiares de vi condemnati ſunt. 6. Fa. 6. Ea ciuitas, in quam tot nefariorum ſcelerum condemnati reuerterunt.

CONDEMNO, *damno, accuſo.* )( *Abſoluo, libero.* 2. 1. Quare ſi iniquus es in me iudex, condemnabo eodem ego te crimine. 1. V. 30. Ego hoc vno crimine illum condemnem neceſſe eſt. de Pro. 25. Qui Gabinij literas inſigni quadam nota & ignominia noua condemnaſtis. 1. de Ora. 172. Cæteros non dubitabo primùm inertiæ condemnare ſententia mea, pòſt etiam impudentiæ. 14. Fa. 14. Piſo ſceleris condemnat generum ſuum. 2. de N. 73. Condemnare aliquem cauſa incognita. 4. V. 22. Hunc hominem Veneri abſoluit, ſibi condemnat. ad Br. 1. Ego fidem conſulum non condemnabam, quæ ſuſpecta vehementer erat. I.P. 39. Amici tui ſilentio temeritatem tuam condemnauerunt. Ibid. 14. Crudelitatis tu furcifer, Senatum Conſul in concione condemnas. 1. de Or. 233. Cuius reſponſo ſic iudices exarſerunt, vt capitis hominem innocentiſſimum condemnarent.

CONDEMNOR, pro Cec. 91. Condemnari ſponſionis. )( *Vincere ſponſionem.* pro Qu. 13. Arbitrium pro ſocio condemnari. pro S.R. 113. Turpiſſimo iudicio condemnari. 4. V. 22. Condemnari iniuriarum.

† ADVERB. Gratis, honeſtè, poſteriùs, pro Cluent.

Syntaxis. *Condemnatus rei capitalis, furto, de alea.*

CONDICO, *dicto conuenio, ſignifico.* 1. Fa. 9. Craſſus penè à meis laribus in prouinciam profectus eſt, nam cùm mihi condixiſſet, cœnauit apud me in mei generi Craſſipedis hortis.

CONDIMENTVM, *conditio, ſapor qui cibo ſcommendat.* 2. de Fin. 90. Socrates dicebat cibi condimentum eſſe famem, potionis ſitim. 3. Off. 120. Nam vt tribuamus aliquid voluptati, condimenti fortaſſe nonnihil, vtilitatis certè non habebit. de Amic. 68. Accedat huc ſuauitas oportet ſermonum atque morum, haud quaquam mediocre condimentum amicitiæ. 2. de Ora. 171. Hęc omnium ſermonum condimenta ſunt. 1. Qu. Fr. 1. Seueritatem acerbam multis condimentis humanitatis mitigare.

† ADIVNC. Mediocre, de Amic.

CONDIO, *præparo, comparo, tempero.* pro Clu. 72. Qui vitia quæ ab natura habet etiam ſtudio atq; artificio quodam malitiæ condiuit. Or. 185. Omninò duo ſunt quæ condiant orationem, verborum numerorúmque iucunditas. 7. Fa. 26. Iſti herbas omnes ita condiunt, vt nihil poſſit eſſe iucundius. 1. Tuſc. 188. Perſæ mortuos cera circumlitos condiunt. 12. At. 39. Hilaritate triſtitiam temporum condiebamus.

CONDIOR, *ſapore ſuaui donor.* 5. Tuſc. 98. Labor in venatu ſudor, curſus ab Eurota, ſitis, fames: his enim rebus Lacedæmoniorum epulæ condiuntur. Ibid. 97. Quis hoc non videt, deſideriis iſta condiri omnia. 2. de Orat. 212. Oratio illa temperata eſt, in qua aſperitas contentionis oratoris ipſius humanitate conditur.

Syntaxis. *Condire epulas, mortuos, orationem, triſtitiam. Caſ. cõditus ſale, & facetijs.*

CONDISCIPVLVS. 1. Tuſ. 41. Dicæarchus cum Ariſtoxeno æquali & condiſcipulo ſuo. 1. de Nat. 34. Xenocrates Ariſtotelis condiſcipulus. pro Syl. 18. Et ſe meum condiſcipulum in pueritia commemorauit fuiſſe. 5. Att. 19. Tui condiſcipuli. * pro Qu. Gall. Multos etiam condiſcipulos habet in theatro, qui ſimul literas non didicerunt.

CONDISCO. pro Qu. 12. Vt in pecunia tua condiſceret, qui pecuniæ fructus eſſet. pro Plan. 13. Condiſcas, cenſeo mihi paulò diligentiùs ſupplicare.

CONDITIO, *condimentum.* 2. de N. 146. Perſpicuũ eſt enim, quò compoſitiones vnguentorum, quò ciborum conditiones, quò corporum lenocinia proceſſerint. 1. de Diu. 116. Natura fruges terræ, baccáſque arborum generi humano dedit, & earum cultus conditionéſque tradidit.

¶ *Modus, ratio, lex, pactum, pactio, conuentio, fortuna, ſtatus, ius.* 10. Fa. 31. Adde huc, quòd literæ perferri nulla conditione potuerunt. 11, 14. Legionem Martiam & quartam negant, qui illas norunt, vlla conditione ad te poſſe perduci. 5. de Fin. 55. Appetit animus aliquid agere ſemper, nec vlla conditione quietem ſempiternam poſſit pati. pro Mar. 8. Ea viciſti, quæ & naturam & concionem, vt vinci poſſent, habebant. Ibid. 12. A quo etiam ipſius victoriæ conditio, víſque deuicta eſt. pro Rab. 16. Harum rerum non ſolùm euentus atque perpeſſio, ſed etiam conditio, expectatio, mentio denique ipſa indigna homine libero eſt. 5. Fa. 16. Homines nos ea lege nati ſumus, vt omnibus telis fortunæ propoſita ſit vita noſtra: nec eſt recuſandum, quò minùs ea qua nati ſumus, conditione viuamus. pro Mur. 60. Iniquam legem & miſeram conditionem inſtituet periculis hominum, ſi exiſtimabit, &c. de Vniu. 36. Homines mortali conditione eſſe generatos. 3. Tuſ. 36. Alienum appetis, qui mortalis natus conditionem poſtules immortalium. 15. Att. 1. Ea conditione nati ſumus, vt nihil, quod homini accidere poſſit, recuſare debeamus. 1. Tuſ. 15. Et quid ergo intelligit, quantum mali ex humana conditione deieceris. 14. A. 33. Ita pro mortali conditione vitæ immortalitatem eſtis conſecuti. 12. Fa. 23. Omnem conditionem imperij tui ſtatúmque prouinciæ mihi demonſtrauit Stratorius. 2. de Diu. 93. Omnes eodem tempore ortos eadem conditione naſci. pro Cecin. 40. Alicui grauem legem & conditionem conſtitui. 5. Fa. 18. Et qua conditione omnes homines, & quibus temporibus nati ſumus, cogitet. pro Mur. 47. Sed non libenter duriorem fortunæ communi conditionem te autore conſtituit. pro Mil. 93. Conditio atq; fortuna hominum infimi generis. 1. Off. 41. Eſt autem infima conditio & fortuna ſeruorũ. pro Cæl. 57. Serui, quos intelligebat nõ cõmuni conditione ſeruitutis vti, ſed licentiùs cum domina viuere. pro Cor. 24; Serui, quorũ vis & fortunæ cõditio infima eſt. pro Mar. 12. Cùm ipſius victoriæ conditione, iure omnes victi occidiſſemus. ad Brut. 16. Niſi fortè non de ſeruitute, ſed de conditione ſeruiẽdi recuſandum eſt à nobis. Parad. 5. Qui cupiditate peculij nullam conditionem recuſant duriſſimæ ſeruitutis. 2. C. 14. O conditionem miſeram non modò adminiſtrandæ, ſed etiam conſeruãdæ reipub. pro R.P. 15. Prouidete ne duriorem vobis conditionem ſtatuatis. 4. C. 16. Seruus eſt nemo, qui modò tolerabili conditione ſit ſeruitutis, qui non, &c. pro Corn. 36. In ſuperiore conditione & cauſa poni. de Sen. 68. At ſenex eo meliore conditione eſt, quàm adoleſcens, cùm id quod ſperat ille, hic aſſecutus eſt. 6. Fa. 1. Nec debes dubitare, quin aut aliqua rep. ſis futurus qui eſſe debes, aut perdita nõ afflictiore cõditione quã cæteri. 3. con. Rul. 9. Libera meliore iure ſunt, quàm ſoluta, &c. ſoluta me-



UNED

liore in cauſa ſunt,quàm obligara:immunia commodiore conditione ſunt,quàm illa quæ penſitant.4.Famil.3.Quæ quia non vides, mihi non videris meliore eſſe conditione, quàm nos qui videmus. Ibid. 4. Atque hoc ipſo melior eſt tua quàm noſtra conditio,quòd tu quid doleas ſcribere audes,nos ne id quidem tutò poſſumus.4.C.21. Quamquam ineſt in vno loco conditio melior externæ victoriæ, quàm domeſticæ, quòd,&c.8.Fam.9. Non expetitur ſucceſſio,quando Galliæ,quę habent interceſſorem,in eandem conditionem, quam cæteræ prouinciæ,vocant. pro Dom.64.Ego pro patria mori dubitarem hoc meliore conditione quàm Decius, quòd ille,&c.ego,&c.3.C.27. Earum rerum quas geſſi, non eſt eadem fortuna atque conditio, & illorum qui, &c. quòd mihi, &c.illi,&c.4. C.1. Mihi hæc conditio Conſulatus data eſt, vt omnes acerbitates perferrem. de Prou. 16. Et in vtriuſque pari ſcelere diſparem conditionem facit. 5. Fam.18. Ea denique videtur conditio impendere legum, iudiciorum,temporum, vt optimè actum cum eo videatur eſſe,qui, &c.pro Clu.129. Hanc conditionem ſupplicij maiores in bello timiditati militis propoſitam eſſe voluerunt.pro Flac.24. Hæc etiam ſi in homine ipſo de quo agitur,negligenda ſunt: tamen, in conditione atque in exemplo pertimeſcenda videntur. pro Cluent. 150. Conuerte nunc ad cæteros ordines, eaſdem vitæ conditiones non perferent.2.cont.Rul.56. Qui ſe miſericordia Senatus,non agri conditione defendunt.pro Cæl.14.Quare iſta conditio,iudices,reſpuatur,nec Catilinæ familiaritatis crimen hæreat.3.C.2.Et quod ſalutis certa lætitia eſt, naſcendi incerta conditio.pro Qu.20. Quintius deteriore tẽpore abſens auctionatur,Scapulis difficiliore conditione diſſoluit.pro Cluent.94. Æqua conditione diſceptare,ibidem.Iniqua cõditione cauſam dicere.2.con.Rull.17. Paucas tribus non certa conditione iuris ſe ſortis beneficio fortuito ad vſurpandam libertatem vocare. pro Pl.11. Eſt enim conditio liberorum populorum, poſſe ſuffragiis vel dare,vel detrahere quid velint cuiq;.Ibid.6. Si illam accuſationis cõditionem ſequar:id eſt, vt neceſſe habeam hunc illi anteponere.pro Cor.25.Hanc tu igitur conditionem ſtatuis tuis ciuibus,vt quod iis,quos Gaditanis adiutoribus armis ſubegimus,liceat,id ne liceat ipſis,&c.pro Cæl.22. Et contra perculoſiſſimas hominum potentias, conditioni omnium ciuium prouidere. pro R. P.35. Quid ergo iſta conditio eſt teſtium, vt quibus creditum non ſit negantibus, iiſdem credatur dicentibus.Ibid.16.Qui ſuo iudicio eſſent illam conditionem vitæ ſecuti.2.Fam.7.Eáque mihi conditio maneat,qua profectus ſum. 10.A.11.Certi fines Macedoniæ,certa conditio,certiſſimo modo etiam erat illius exercitus.7.21.Scilicet ad eum legatos miſimus, non vt paréret, ſed vt conditiones ferret, leges imponeret.6,3.Quæ vobis poteſt cũ hoc gladiatore conditionis,æquitatis,legationis eſſe communitas?4.P.11.Hoſtis,cum quo nulla pacis conditio eſſe poſſit.de Pro.46. Præſertim cùm ab illis aliquotiens conditio C.Cæſari lata ſit,vt eaſdem leges alio modo ferret,qua cõditione auſpicia requirebant, leges comprobabãt. pro Cæl. 36. Hinc licèt conditiones quotidie legas:id eſt, tibi ab amatoribus latas. 8. Fam.8. Alterutram ad conditionem deſcendere vult Cæſar,vt aut,&c.aut,&c.Ibid.14.Cæſar fert illam conditionem,vt ambo exercitus tradant.16.12.Feruntur omninò conditiones ab illo,vt Pompeius eat in Hiſpaniam,&c.ibid. Accepimus conditiones:ſed ita,vt remoueat prędia ex iis locis, quæ occupauit. ibid. Sin ille ſuis conditionibus ſtare noluerit, bellum paratum eſt: eiuſmodi tamen quod ille ſuſtinere non poſſit, præſertim cùm à ſuis conditionibus ipſe fugerit. 1. Tuſc. 93. Quid eſt igitur quod querâre, ſi repetit, cùm vult? ea enim ✠ conditione acceperas. ‖ 12.Att.13. Conditio Regia delegandi. pro Quin.85,Quo in loco conditionem tuli,ſi vellet pecuniam petere, Quintium iudicatum ſolui ſatiſdaturum, dum ipſe ſi quid peteret,pari conditione vteretur.pro S.R.30.Hanc conditionem miſero ferunt, vt optet, vtrùm malit, &c.vt 8.Fam.23. Nec Pompeium ad vllam conditionem acceſſurum putabam. Orat. 235. Aut reperiam ipſa eadem conditione, qui vti velit, vt,&c. pro Qu.R.36. Eſt hoc & ex conditione iuris, & ex conſuetudine cautionis firmiſſimum argumẽtum.2.Q.Fr.2.Si conditio valdè bona fuerit,fortaſſe non omittã.pro Qu.97.Tranſigere cum aliquo qualibet, dummodò tolerabili, conditione.8. At.24. Qui vt adduci tali tempore ad vllam cõditionem poſſit, magis opto quàm ſpero. pro Quint. 30. Hunc conditionibus quoad poteſt,producit. Ibid.46. Conditionem æquiſſimam repudiare.Ibid.27. Aliquem iniquis rationibus ad ſuas conditiones perducere.Ibid.19. Aliquem ſuis conditionibus in ipſo articulo temporis adſtringere. 1.de Orat.100.De iis credo,rebus, inquit Craſſus,vt in cõditionibus ſcribi ſolet,quibus ſciam poteróque.3.de Leg. Nihil porrò tam aptum eſt ad ius conditionémque naturæ.Top.81.A naturáne ius profectum ſit,an ab aliqua quaſi conditione hominum & pactione.pro Ar.25. Iuſſit ei præmium dari ſub ea conditione, ne quid poſteà ſcriberet. pro Mil.79.Fingite cogitatione imaginem huius conditionis meæ, ſi poſſim efficere, vt Milonem abſoluatis: ſed ita,ſi Clodius reuixerit.6.Fam.7. Aut ea conditione daret, ſi reciperes te correctũrum. 5.V.146. Ad tuam veniam conditionem.In Fra.de leg. Agrar.Myſia & Phrygia item conditioni legíque parebunt.

† Adivnc. Aequa,4.Ver. Aequiſſima,difficilior,par,pro Quint. Afflictior,perdita,7.Fam.Valdè bona,2.de Orat.Certa iuris,commodior,2. cont.Rull. Quàm commodiſſima,13.Famil. Communis,durior,miſera, pro Mur.Deterior,2.de Nat.Diſpar,7.Ver.Duriores legum,iniqua,pro Cluent.Grauis,infima,ſuperior,pro Corn.Balbo. Hoſtiles & bellicæ,3. Offic. Humana, miſerrima, 6.Famil. Non ignota,12. Attic. Incerta,3. Catil. Iniqua pacis,1.Phil. Iniquiſſima vitæ,2.Famil. Inuidioſa pacis, 13.Phil. Iuſtior, pro Rab. Melior, tolerabilis,4. Catil. Melior & honeſtior, 1.Ver. Miſera & indigna, 5. Ver. & pro Flac. Mortalis vitæ, 14. Philip. Optima,3.cont.Rull.& 3. Ver. Præclara,1.de Legib.Regia,pro Deiot. Tota, 2. Ver. Tuta,valentior, 5.Famil. Verecundæ ac Aequæ, 2. Philip.

☞ Syntaxis. *Conditio miſera, humana, mortalis, commodior, diſpar, difficilis, æqua, dura, infima, tolerabilis, afflicta, iniqua, certa, par. Conditiones facere, proponere, ferre, accipere. Vti conditione, producere aliquem. Ad conditiones perducere, accedere. Sub conditione. Meliori eſſe conditione, mala. Adduci conditione.*

Condîtor, *quicibos condit & parat, cocus.* pro Clu.71. Atque etiam ipſe condîtor totius negotij guttam adſpergit huic Bulbo.Poſtq.in Senat.14.Condîtor,inſtructórque conuiuij.

Condîtvs, *à condiendo, gratus, ſalſus, temperatus.* de Sen. 57. Tum conditiora facit hæc ſuperuacanei operis aucupium & venatio. 13.At.50.Nec id ſolùm,ſed bene cocto & condìto ſermone bono.3.de Or.97.Vnguentum ſumma & acerrima ſuauitate condîtum de Cla.110. Niſi id quod dicitur, ſit voce,vultu motúque conditior. Ibid.177. Nemo vnquàm vrbanitate, nemo lepôre,nemo ſuauitate conditior.de Sen.10. Comitate condîta grauitas.2.de Ora.227. Nulla oratio vnquàm fuit lepôre & feſtiuitate conditior.pro Mur.66. Quare non erunt illa quidem meliora,ſed certè condìta iucundiùs.1.Offic.133.Sale condîtus & facetiis Cæſar.2.de N.151.Mãdare aliquid condîtũ vetuſtati.

Conditvs, a, um. *abſconditus, repoſitus.* 2.de Legib.56.In eo ſepulchro regem noſtrum Numam cõditum accepimus. ibid.57. Nam ſiti dicuntur ij qui conditi ſunt. 1.de Diu.128. Sic in cauſis conditæ ſunt res futuræ.2.112. Quamobrem Sibyllam quidem ſepoſitam & conditam habeamus.

¶ *Conſtitutus, editus, ædificatus.* 1.Tuſc.3.Homerus fuit ante Romam conditam. pro Mur.49. Sic vt ei iam exploratus & domi conditus conſulatus videretur.6.V.115. Ab hoc qui cœpit conditas ab illo qui conſtitutas accepit,captas dicetis Syracuſas. 2. de Diu.86.Ex illa olea arcã eſſe factã,& conditas ſortes.6.V.72. ✠ Segeſtam ab Ænea conditam eſſe demonſtrant. 2. de Leg. 11. Conditę leges.Incer.Romam conditã Olympiadis ſextè ann.3.

Condo, *abſcondo, repono, recondo.* 2. de Nat.157. Neque homines murium ac formicarum cauſa frumentum condunt. 5.Tuſc.27. Metrodorus omne bonum in viſceribus medullíſque condidit. pro Cl.72. Qui illi pecuniæ, quam condiderat, ſpe iam atque animo incubaret.2.con.Rul.68.Vt liceat illi inuidiam deponere,pecuniam condere.

¶ *Conſtituo, inſtituo, conſtruo.* 1.de D.84.Qui reſpublicas conſtituerunt,qui vrbes cõdiderunt.3.C.2.Romulus,qui hanc vrbem condidit.3.V.49.Tenes,qui vrbem illam condidiſſe dicitur.

¶ *Facio, edo, compono.* 2.de Leg.11. Condere leges.1.At.13.Condere poëma,condere carmen. *Lege*, Occentare.2.de Ora. 268.Condere luſtrum.

¶ *Confirmo*, pro Dom.96. Rempublicam condere meo diſceſſu, quàm omnium interitu occidere malui.

Condor, *reponor, abſcondor.* 6.V.140. Literas in ærario ſanctiori condi imperauit.3.C.26.In animis ego veſtris omnes triũphos meos condi & collocari volo.7.V.75.Cõdi in carcerem.in Ara. Et Cepheus conditur ante lumborum tenus.

† Adverb. Auſpicatò,2.de Diu.Obſcurè,Arat.Optimè,2.de Rep.

Condocefacio, *doceo, commoneo.* 5.Tuſc.87.Nemo eſt enim, qui eorum bonorum animum putet eſſe iudicem, eúmque condocefaciat, vt ea quæ bona maláue videantur, poſſit contemnere.

Condocefactvs, *doctus.* 2. de Nat.161. Belluæ domitæ & condocefactæ.

Condoleo, *doleo.* 3.de Orat.6. Námque latus ei dicenti condoluiſſe, ſudorémque multum conſecutum eſſe audiebamus.2. Tuſc.52.Nos ſi pes cõdoluit,ſi dens,ſed fac totũ dolere corpus, ferre non poſſumus. 1.41. Dicæarchus ne condoluiſſe quidem vnquàm videtur,qui animum ſe habere non ſentiat.

Condolesco, *condoleo.* 1. Acad. 37. Cùm perturbationem animi illi ex homine non tolleret, naturáque condoleſcere, & concupiſcere,& extimeſcere,& efferri lætitia dicerent.

Condonandvs. 2.Offic.78.Qui pecunias creditas debitoribus condonandas putant.

Condonatio. 2. V. 11. Bonorum poſſeſſionúmque contra omnium inſtituta addictio & condonatio.

Condonatvs, *conceſſus.* ‖ 5.Fam.18.Potentię alicuius condo- ✠ natum exiſtimetur.pro Clu.109. Qui illud acerbè tulit,non ſibi ac defenſioni ſuæ condonatum eſſe Oppianicum.pro Pla.75. Datus eſt tibi illę,condonatus illę.



UNED

CONDONO, *dono,concedo,do,omitto* pro Qu.R. 56. Suam partem Roſcius ſuo nomine condonare potuit Flauio.13.Fa.73.A te peto,vt eius filios, qui in tua poteſtate ſunt, mihi condones. Anteq.22. Non enim illis victus cedo, ſed incolumibus vobis me condono.5.Fa.10.Meam animaduerſionem & ſupplicium, quo vſurus eram in eum quem cepiſſem,remitto tibi & condono.3. V.113. Vt literis eius bona eriperes, & cui tibi commodum eſſet,condonares.

¶ *Ignoſco,indulgeo.*pro Mil.6.Nec deprecaturi ſumus, vt crimen hoc nobis propter multa eius in rempub.merita condonetis.

CONDONOR.1.A.67. Apothecæ totæ nequiſſimis hominibus condonabantur.2.Offic. 78. Cùm aliis adimuntur, aliis condonantur pecuniæ.* pro M.Scau. Vt M. Æmilius cum ſua dignitate omni,cum patris memoria, cum aui gloria, ſordidiſſimæ genti ac propè dicam,pellitis teſtibus,condonetur.

☞ Syntaxis.*Datus,& condonatus.Cōdonare alicui ſuam partem,captiuos.Remittere alicui,& condonare ſupplicium:id eſt, eius cauſa nō ſumere de quopiam ſupplicium. Crimen alicui condonare : id eſt,alicuius cauſa ignoſcere,delere,omittere,non animaduertere.*

CONDVBILIS,*vtilis.*2.ad Her.35. Amicum caſtigare ob meritam noxam, immane eſt facinus, verùm in ætate vtile & conducibile.

CONDVCIT,*vtile eſt,conuenit.*de Prou. 1. Hoc maximè reipub. conducit,Syriam Macedoniámque decerni.Antequàm. 2. Fidei conducit,in loco debitum retribuere.*id eſt,conuenit.*1.At. 1. Rationibus noſtris conducere videtur,Thermum fieri cum Cæſare.1.Offi.9.Tum autem conſultant,conducat id nécne, de quo deliberant,ad vitæ commoditatem,ad facultates rerum, &c.1. Fa.9.Facilè patior ea me de repub.ſentire ac dicere, quæ maximè cùm mihi,tum etiam reipub. rationibus putem conducere. ad Brut.18.Quæſiuit,quidnam mihi videretur, accerſeremúſne te,atque tibi id conducere putaremus,an tardare & commorari te melius eſſet.4.Fa.7.Scripſi ad te,quæ & ſaluti tuæ conducere arbitratus ſum,& non aliena eſſe duxi à dignitate.5.19. Ea maximè conducunt,quæ ſunt rectiſſima.1.de Fin. 52. Nec homini infanti atque impotenti iniuſtè facta conducunt,qui,&c.

CONDVCENDVS,*congregandus.cogendus.*2.de Inu.24.Verùm id breui faciendum eſt,& in vnū multa ſunt conducenda,vt.&c.

CONDVCO,*ſimul duco,cōgrego,cogo.*Ibid.3.Crotoniatæ publico de conſilio virgines vnum in locum conduxerunt.1.73. Nam ita complectemur, vt in vnum conducamus propoſitionem & aſſumptionem hoc modo.4.A.3. Cæſar exercitum inuictum ex Hiſpanis militibus conduxit.

¶ *Adtempus redimo,operam alicuius emo.*)(*.loco.*1.de Inuen.47.Si Rhodiis turpe non eſt portorium locare, nec Hermacreonti quidem turpe eſt conducere.pro Cæl. 18. Cælius conduxit domum in Palatio.2.Qu. Fr. 3. Tuam domum in Cariſis mundi habitatores Camiæ conduxerunt.16.Fam.21.Nam quid ego de Bruto dicam?&c.huic ego locum in proximo conduxi. de Diu. 47.Redemptor, qui columnam illam de Cotta & de Torquato conduxerat faciendum.de Pro.9.Conducere aliquem ad cędem faciendam.1.At.14.Aſiatici de cenſoribus nimiùm magno conduxerunt.

† ADVERB.Breuiter,1.de Inuent.Magno domum, pro M. Cæl. Maximè rationibus Reipub.

CONDVCTIO,*redemptio.collectio.*pro Cec.94. Cùm idem in eadem conductione fuerit in fundo.1.de In.74. Quare in longis argumentationibus ex conductionibus, aut ex contrario complecti oportet.*Conductionibus,id eſt,colligendis ijs quæ in argumentatione fuerant diſperſa.*

CONDVCTOR,*redemptor.*3.Qu.Fr.1. Is reſpondit ſe eius operis H-S.CCCVI.conductorem fuiſſe.

CONDVCTVS, *adductus,allatus,admotus.*8. A.17. Res geritur, conductæ vineæ ſunt,pugnatur acerrimè.

¶ *Redemptus ad tempus.*pro Cec. 94. Qui conductum habuit de Ceſennia fundum.pro Clu.175.Solebat enim extra portam aliquid habere conducti.5. V. 53. Cùm is arationes magnas conductas haberet à publicanis. pro Mur. 67. Si mercede conducti obuiam candidatis iſſent.pro Seſt.38.Erat mihi contentio cum operis conductis.2.de Inu. 1. Itaque Heracleontem Zeuxim magno precio conductum adhibuerunt.1.A.22.Quis enim aut accuſator tam amens reperietur, qui reo condemnato obiici ſe multitudini conductæ velit?aut iudex, qui reum damnare audeat,vt ipſe ad operas mercenarias ſtatim protrahatur?pro Seſt. 38.Cum operis conductis.

CONDVPLICATIO,*exornatio quædam rhetorica.* 4. ad Her. 38. Conduplicatio eſt,eiuſdem vnius,aut plurium verborum iteratio,&c.

CONDVPLICOR.1.de Diu.24.& 3.de Orat.155. Tenebræ conduplicantur,noctíſque & nimbum obcæcat nigror.

CONFATALIS.de Fat.30. Copulata enim res eſt & confatalis: ſic enim ille appellat. ibidem. Hæc, vt dixi, confatalia ille appellat.

CONFECTIO,*abſolutio,perfectio,compoſitio,comminutio.*14. A. 1. Confectio huius belli eſt D.Bruti ſalus.de Senect.2. Confectio huius libri mihi iucunda fuit. 2. de Orat. 52. Annalium confectio:& conficere annales.* Hortenſ.Quæ confectio eſt valetudinis,quæ deformatio coloris, quæ non euocetur atque eliciatur voluptate?

¶ *Collectio.* pro Flac. 20. Confectio tributi, & conficere tributum:*id eſt,colligere.*

¶ *Præparatio.*2.de Na.134.Intimi dentes,qui genuini vocantur, conficiunt eſcas:quæ cōfectio etiam à lingua adiuuari videtur.

CONFECTOR,*qui conficit & abſoluit.*10. Fa. 20. Qui reliquias huius belli oppreſſerit, hic totius belli confector futurus eſt. 4. V.108.Confector negotiorum.

¶ *Vorator,corruptor.*2.de Nat.41.Hic noſter ignis confector eſt, & conſumptor omnium.

*CONFECTRIX.Incer. Nihil eſſe quod non aliquando ad interitum redigatur,vel ipſa confectrice omnium vetuſtate.

CONFECTVS,*perfectus.*3.Fa. 11. Orationes tuas confectas omnes expecto.de Prou. 19. Bellum affectum videmus, & verè vt dicam,penè confectum.8.Fam.16. Dum hæc decernuntur,quæ iam erunt confecta.pro Pomp.26. Partem militum qui iam ſtipendiis confectis erant,dimiſit.8. At.4. Confecta res eſt.16.4. Confecti ludi.14.A.1.Reditum ad veſtitum confecta victoria reſeruati.Frag.ep. Bellum ex conſenſu ciuitatis confectum iam haberemus.Hortenſ.Si æra ſingula probaſti, ſummam, quæ ex his confecta ſit,non probare ſoles? ibid. Confectis Senatuſconſultis.2.A.6.Vino luſtríſque confectus.

¶ *Tranſactus.*pro Qu.40. Biennio iam confecto ferè appellas.

¶ *Conſumptus,affectus,perditus,æger,infirmus,languidus.* 7.V.133. & 1.C.26.Confectus ac perditus fame.2.C.20.Homo ætate cōfectus,exercitatione robuſtus.Ibid.24.Gladiator ille confectus & ſaucius. ad Oct. Gladiator vulnerib. & ætate confectus. pro Mur.86.Homo miſer,& cùm corporis morbo, tum animi dolore confectus.14.Fa.4. Mulier ægra,& corpore & animo confecta.pro Dom.59. Nemo eum niſi lacrymantem confectúmq; vidit.pro Mur. 86. Confectus morbo,lacrymis,ac mœrore perditus.1.de Fin. 41. Confectus animi corporíſque doloribus.pro Rab.21.Confectus ſenectute.2.C.10.Qui vino languidi,confecti cibo,eructant ſermonibus ſuis cædem bonorum.6.At.7. Vt confectas rationes lege Iulia apud duas ciuitates poſſim relinquere.pro Mil. 20. Tota ciuitas confecta ſenio eſt.de Aruſp.2. Haud poteſt grauiorib. à me verbis vulnerari, quàm eſt ſtatim in facto ipſo à P.Seruilio confectus & trucidatus.1.de Orat.27. Eo autem omni ſermone confecto,&c.1.Fa. 2. Idibus Ianuariis in Senatu nihil eſt confectum,propterea quòd, &c. pro Qu.R. 13.Iam duæ partes cauſæ ſunt confectæ.Topic.29.Nondum ſatis eſt,adde,nec ea,&c.confectum eſt. *id eſt, perfecta eſt definitio.* Poſtquàm ad Quir.15.Confectus vulneribus.1.de Diu.68.Reliqua diuinationis breui confecta ſunt:*id eſt,venerunt.*2.Fa.15.Et mehercule confecta res ex mea eſt ſententia.pro Pomp.28.Bella non ſolûm geſta ab hoc,ſed etiam cōfecta.I.P.84. Quem necaſti verberibus ſumma ſenectute confectum.1.de Leg.18. Eadem ratio cùm eſt in hominis mente confirmata & confecta lex eſt.11.At.11.Confectus cruciatu ſummorum dolorum.

CONFERENDVS,*comparandus,exæquandus.*1.Offic. 76. Tamen ne minima ex parte Lycurgi legi conferendi ſunt. 1.Tuſc.2.Geſta Romanorum neque cum Græcis,neque vlla cum gente ſunt conferenda.

CONFERO,*comparo,collationem facio,exæquo.*|| *hoc primum hîc obſeruandum,nullibi hoc verbum,pro Secum ferre,aut vnà adferre,ſeu quod Gallicè,*apporter auec ſoy,*dicitur,apud Ciceronem inueniri:in qua ſententia nunc plerumque ab imperitis vſurpatur*, I. P. 33. Si meum turbulentiſſimum tempus tuo tranquilliſſimo præſtat, quid conferam reliqua.2.de Diu.151. Conferre cauſas, & quid in vtramque partem dici poſſit,expromere.de Cl.213. Vt conferamus parua magnis. de Opt. 17. Vt cum maximis minima conferam.2.Fa.6.Qui ſi ex omnibus vnus exoptandus eſſet, quē tecum conferre poſſemus,non haberemus. Ibid. 12. Cùm vna mehercule ambulatiuncula atque vno ſermone noſtro omneis fructus prouinciæ non confero.4.Acad.73.Quid loquar de Democrito? quem cum eo conferre poſſumus, non modò ingenij magnitudine,ſed etiam animi?||2.de In.24.Veſtra præſidia cum illius latronis inopià atque egeſtate debeo conferre. de Clar. 271.Conferre cum aliquo.2.de Na.9. Si conferre volumus noſtra cum externis.6.V.115. Conferte hanc pacem cum illo bello.3.191.Cum vtris tandem iſtius factum collaturus es?pro Syl. 72.Agedum,conferte nunc cum illius,vitam P.Syllæ.pro Q.R. 20.Vitam inter ſe vtriuſq; conferre.6.V.115.Conferte hanc pacem cum illo bello:huius prætoris aduentum cum illius Imperatoris victoria:huius cohortem impuram cum illius exercitu inuicto:huius libidines cum illius continentia.Ibid.121.Cōferte Verrem,non vt,&c.ſed vt pacem cum bello, leges cum vi,forum & iuriſdictionem cum ferro & armis,aductum & comitatum cum exercitu & victoria cōferatis. de ſuis conſil. Vt aliqua ſimilitudine adductus maximis minima conferam.

¶ *Aggrego,aduno,comporto.*4.V.131. Siculi ex cenſu quotannis in tributa conferunt.Ibid.145.Iidem pro parte in cōmune Sici-

liæ contulerunt.pro Qu.12. Conferre aliquid in commune.

¶ *Adhibeo,impendo.* 10.Fam.12. Atque in his curis, quas contulit ad dignitatem tuam, cepi magnam voluptatem, quòd, &c. 4.3. Omnem meam curam atque operam ad Philoſophiam contuli. 16.4.Quantam diligentiam in valetudinem tuam contuleris,tanti me fieri à te iudicabo. 10.1.Vt omne noſtrum conſilium,ſtudium,officium,operam,laborem, diligentiam ad amplitudinem tuam conferamus. Ibidem. Quicquid in eum iudicij officiíque contuleris, id ita accipiam, vt in meipſum te putem contuliſſe. Ibid.5. Itaq; commemoratio tua beneuolentiæ eius, quam erga me à pueritia contuliſſes, magnam mihi lætitiam attulit.pro Arch.19.Omne ſtudium atque ingenium contulit Archias ad populi Romani gloriam laudémque celebrandam.4.Att.1.Conferre plurimum laboris ad conficiendum aliquid.1.Fa.9. Quantum literis, quantum ſtudiis veteribus, noſtris delectationibus cōſequi poterimus, id omne ad arbitrium tuum, qui hæc ſemper amaſti, libentiſſimè conferemus. 13.17. Magnoperè à te quæſo,vt ad eam voluntatem,ſi quam in illum ante has meas literas contuliſti, quàm maximus commendatione poſteà cumulus accedat.13.At.13.Academiam ex duobus libris contuli in quatuor. pro Pom.9. Is omne reliquum tempus non ad obliuionem veteris belli,ſed ad cōparationem noui contulit.7.1. Per fortunas confer te ad eam curam, vt de omni ſtatu meo cogites.2.Offic.2.Omnes meas curas & cogitationes in rempublicam conferebam. 4.Attic.1. Eundem te plurimum operę,ſtudij,diligentię,laboris,ad conficiēdum reditum meum contuliſſe.* de Orat.Quicquid vocis ac linguæ,omne in iſtum turpiſſimum calumniæ quæſtum contuliſti.

¶ *Communico.* 5.At.21. Quid opus eſt,inquam,potiùs,quam rationes conferatis? aſſident, ſubducunt ad nummum conuenit. 1.17. Cùm erimus congreſſi, tum ſi quid res feret, coràm inter nos conferemus.2.25. Coràm breui conferre,quæ volumus, licebit.16.13. Coràm igitur hoc quidem conferemus.2.de Diu. 28.An hæc inter ſe aruſpices omnes contulerunt.Ibidem.Quomodo iſta obſeruatio eſt collata inter ipſos?2.Offic.39.Habere quibuſcum poſſis familiares conferre ſermones.6.Famil.21.Intérque nos conferre ſolitudines noſtras.1. de Finib.16. Quotidiéque inter nos ea quæ audiebamus,conferebamus:neque erat vnquàm controuerſia, quid ego intelligerem, ſed quid probarem.4.de Fini. Conferam tecum quam cuique verbo rem ſubiicias:nulla erit controuerſia. 2.Att.5. Si quid Θεοφάνης tecum forte contulerit,ne omninò repudiaris.

¶ *Promiſcua poteſtates & precipuè horum verborum, pono, repono, tribuo, iaceo, congero, conflo, miſceo, admoueo, appropinquo, conijcio, transfero, inſinuo.* de Ar.35. Nec confero nunc in te vnum omnia. 12.At.30.Cùm in filium cauſam conferret.3. de Orat.226. Scitum eſt enim cauſam conferre in tempus. pro Qui.11. Næuius vocem in quæſtum contulit.9.Attic.2. In me conferte omnem temporum illorum culpam.I.P.64.Plebs in cuius tu infamiam, ea quæ per latrones de me egeras contuliſti. 1. Offic. 48. Conferre officia in aliquem.Ibidem.49.Conferre beneficium in aliquem. pro Flac.41. Conferre inuidiam mortis alicuius in aliquem.2.de Or.182. Conferre crimen in aduerſarium.pro Font. 2. Galli cum M. Fonteio ferrum ac manus contulerunt.I.P.49. Conferre ſigna cum hoſtibus.pro Planc.48.Conferre pedem,vt aiunt,aut propiùs accedere.Conferre capita.5.V.31.Conferent boni capita:*i.capita inter ſe appropinquabunt,vt ſecretò inter ſe colloquantur.* pro Cec.22.Omnes eodem tempore ſe in fugam cònferunt.3.de Or.211.Cùm Æſchines ceſſiſſet Athenis,& ſe Rhodum contuliſſet.12.Fam.14. Excluſus ab Antiochia Dolabella, Laodiceam ſe cōtulit.de Cla.280. Craſſus initio ætatis ad amicitiam meam ſe contulit.3.Atti.3.Illò cùm peruenire non liceret,ſtatim iter Brunduſium versùs contulit,ante diem rogationis,11.Fam.13.Meúmque iter eò contuli.2.con. Rull.60. Si eſt æquum, prædas ac manubias ſuas Imperatores non in monumenta deorùm immortalium, neque in vrbis ornamēta conferre:ſed ad Decemuiros reportare.Oec.1. Metus plurimum confert ad diligentiam cuſtodiendi.

CONFEROR, *comparor.* Or.14.Parua enim magnis ſæpe rectiſſimè conferuntur.2.de Inuen.151. Similitudo infirmatur,ſi demonſtres illud quod conferatur, ab eo cui conferatur, diuerſum eſſe genere,natura,&c.

¶ *Conijcior.* pro Planc.35.Multa in Plancium quæ nunquàm ab eo dicta ſunt,conferuntur.1.de Inue.41.Imprudentia in purgationem confertur. 7.Fam.32. Ais enim,vt ego diſceſſerim, omnia omnium dicta, in his etiam Seſtiana in me conferri. 5.5. Nam comperiſſe me non audeo dicere, ne fortè id ipſum verbum ponam,quod abs te aiunt falsò in me ſolere conferri.

COLLATVS, pro Q.R.17. Falſum crimen in puriſſimam vitam collatum.

¶ *Propinquus,oppoſitus,obiectus.* 2.de Diu.114. Caſtra caſtris collata audiebamus.

¶ *Redactus.* 13.At.13.Res ad me ſine controuerſia collata eſt.

¶ *Adhibitus.* pro Flac. 59. Pecuniam filio auferre licuit ad patris honores collatam.

† ADVERB. Expeditiſſimè ex loco, facillimè, 6.Famil. Falsò quid in aliquem,pro Mil.Facillimè cauſam,nunc primùm ſuſpicionem,pro S. R.Falsò cauſam criminis,7.Ver.Falsò verbum in,&c.5.Famil. Maturè ſe in ſocietatem, neceſſariò ſe influctus, Propè, neceſſariò, de Petit. Conſul. Propriè crimina in aliquem, publicè lucri tritici modium.5. Ver. Rectiſſimè parua magnis.

☞ Syntax. *Conferre curam,operam,diligentiam,conſilium, ſtudium, iudicium,ingenium,in,& ad. Conferre aliqua inter ſe. In tempus,in hoſtem,cauſam,& culpam conferre.Conferre officia,inuidiam in aliquem.Signa,caſtra caſtris,iter aliquò.In aliquem conferre crimen.*

CONFERTVS, *refertus,plenus.* 2.de Finib.64. Vita denique conferta voluptatum omnium varietate.3.Tuſc.43. Vel totus liber potiùs abiiciēdus eſt:eſt enim confertus voluptatibus.pro Seſt. 23. Ocioſa vita & conferta & plena voluptatibus. 4. Acad.125. Túne inane quicquam putes eſſe? cùm ita completa & conferta ſint omnia,vt,&c.

☞ Syntaxis. *Vita conferta & plena voluptatibus. Completum & confertum.*

CONFESSIO, *confitentis actio.* 1.de Diuin.33. Gracchus auſpiciorum autoritatem confeſſione errati ſui comprobauit. 13.A.48. Vt cōfeſſionibus ipſius omnia patefacta eius parricidia videretis.pro Seſt.145. Cùm ad vos indicia,literas,confeſſiones communis exitij detuli.3.C.15.Lentulus patefactus indiciis & confeſſionibus ſuis ad Oct.Liceat ſemel impunè peccare, ſit erranti medicina confeſſio. 8.Fam.8. Quid ſi nefarias de patre confeſſiones audiſſes? 1.Acad.43. Rerum obſcuritas ad confeſſionem ignorationis adduxit Socratem.6.V.104.Conuincitur à teſtibus, vrgetur confeſſione ſua, manifeſtis maleficiis tenetur. pro Mil. 15. In confeſſione facti defenſio iuris ſuſcipi poteſt. pro Clu.148.Neque hęc tua recuſatio,confeſſio ſit captæ pecuniæ,ſed,&c.Poſtq.ad Quir.1.Confeſſione inimicorum eſſe conuictum.1.de Inu.53. Taciturnitas imitatur confeſſionem.7.V. 165.Sua confeſſione induatur ac iuguletur neceſſe eſt.

† ADIVNC. Firma animi,4. Tuſcul. Grauior,pro Rab. Improbiſſima, turpis & pericloſa, 5. Verr.Inuſitata, pro Marcel. Nefariæ,pro Cœl. 8. Famil.

CONFESTIM, *ſine vlla mora,illicò,ſtatim,actutùm.)( .ex interuallo* 7.At.23. Ecce Caſſij literæ, Vibullium è Piceno currere ad Cn. confeſtim inſequi Cæſarem.pro Cluen.192.Mulier confeſtim huc aduolauit.5.A.31. Rem adminiſtrandam arbitror ſine vlla mora,& confeſtim gerendam cenſeo.3.Fam.7. Confeſtim Iconium veni. 1. Acad.1. Confeſtim ad eum ire perreximus. 1. de Inu.43. Et cætera quæ factum aliquod ſimiliter confeſtim, aut ex interuallo ſolent conſequi.2.de Inu.42. Quæ geſtum negotium confeſtim,aut ex interuallo conſequuntur.

☞ Syntaxis. *Res adminiſtranda ſine mora,& confeſtim gerenda.*

CONFICIENDVS, *abſumendus.* pro Flac.20.Duæ rationes conficiendæ pecuniæ,aut verſura,aut tributo:nec tabulæ creditoris perferuntur,nec tributi confectio vlla recitatur.

¶ *Cogendus,conflandus.* 2.con.Rul.33. Primùm permittitur infinita poteſtas innumerabilis pecuniæ conficiendæ de veſtris vectigalibus alienandis.

¶ *Curandus.* 4.At.1. Idémq; tu plurimum operæ,ſtudij,diligentiæ,laboris,ad conficiendum reditum meū contuliſti.* Oecon. 1.Quæ ad cibum conficiendum vaſa conſtituebantur.Ibid.Quæ ad cibària conficienda & coquenda pertinent.

CONFICIENS, *efficiens.* 5.de Fin.81. Sed hæc cùm corporis bona ſint,eorum conficientia certè in bonis numerabis.Partit.94. Conficiens autem cauſa alia eſt abſoluta & perfecta per ſe, alia aliquid adiuuans,& efficiendi ſocia quædam.

¶ *Vberior* pro Flac.44.Ciuitas conficientiſſima literarum.

CONFICIO, *facio,curo,efficio,abſoluo, procuro,præſto,exequor,compleo,expedio,tranſigo.* 7.Fa.2. Quòd ſi mihi permiſiſſes, qui meus amor in te eſt, confeciſſem cum cohæredibus. 12.Attic.20. Tu cum Apelle Chio confice de columnis. 1.4. De Acutiliano negotio, quod mihi mandâras, confeci. 13.45. Spero cum Publio confeciſſe.2.de Orat.11. Conficere munus ſuſceptum. 2.Famil. 12. Cùm tu hæc leges, ego iam annuum munus confecero. 5. 10. Nam ſi hoc expectandum ſit,tum totum bellum conficiam, viginti oppida ſunt. 9. A. 6. Exequi & conficere mandata. 2. Q. Fr. 13. Facies, vt mea mandata digeras, perſequare, conficias. Ibidem. 4. De Tullia noſtra ſpero nos cum Craſſipede confeciſſe. pro Cornel. 47. Marius plurima bella & geſſit & confecit. 5. Famil. 11. De Dionyſio, ſi me amas, confice. pro Pomp. 61. Pompeius difficili reipub. tempore exercitum confecit. 8. Attic. 11. Conficere exercitus maximos. 1. 5. Quemadmodum bibliothecam nobis conficere poſſis. 2. de Orat. 121. Quare illam partem, &c. perpoliam atque conficiam. de Clar. 324. Hortenſius tamen hunc curſum confecit.2.de Orat. 324. Conficere motus animorum. de Senect. 6. Confeci longam viam. 2. Attic.4. Valdè hoc velim amanter diligentérque conficias. de Somn.3. Scipio bellum maximum confecit, Numantiam exſcindens. pro S. R. 76. Per quos homines tantum facinus conficere potuit. 9. Famil. 13. Reditum, ſi me tantum amas,quantum certè amas,hominibus confice.de Cla.259.

Sed tamen lenis appellatio literarum, bene loquendi famam confecerat.9.At.16. Cùm in ſpem venero de compoſitione aliquid me conficere, ſtatim te certiorem faciam. Par. 93. Nam ſunt aliæ cauſæ quæ ipſæ conficiunt, aliæ quæ vim aliquam ad conficiendum afferunt. 6. V. 59. Mulier iſti ſtragulam veſtem confecit.3.de Or.125.Hippias gloriatus eſt,&c.annulum quem haberet, pallium quo amictus, ſoccos quibus indutus eſſet, ſe ſua manu confeciſſe. 4. ad Her. 23. Exclamatio conficit ſignificationem doloris.1. Att. 13. Biduo per vnum ſeruum confeci totum negotium. 16.17. Te oro vt hoc negotium ita agas, ita tractes, ita conficias, vt,&c.7.5.Conficere aut deponere negotium.pro Panc.28.Conficere legationem & mandata.Orat.176. Iſocrates propè centum confecit annos. pro Cæl.39. Qui omnem vitæ ſuæ curſum in labore corporis conficeret.de Vniu. 38. Qui rectè curriculum vitæ à natura datum confecerit. 1. Tuſc.92.Vt cùm LX. annos confecerit, reliquos dormiat.1.de Nat.88.Sol curſus annuos conficit,cuius luſtrationẽ menſtruo ſpatio luna complet.Ibidem Eadem ſpatia conficiunt.pro Flac. 91.Vt pecuniam quam confecerat,non conſumpſiſſe,ſed Flacco dediſſe videatur. * Oecon.1. Cætera conficeret opera.

¶ *Paro,immuto,attero,mollio*.2.de Nat.134.Dentes aduerſi acuti diuidunt eſcas,intimi autem conficiunt.

¶ *Abſumo,abligurio,perdo, peſſundo,vinco,vexo*. pro Flac. 90. Patrimonium quod conficere potuit,diſſipauit.5. Fa.20 Conficere rationes. 10. 17. Sed ego eum hortatus ſum iſtò proficiſci, quòd illa valetudine magis cõficere ſe,quàm me tueri poſſet in caſtris.3.At.8.Meus me mœror quotidianus lacerat & conficit. pro Mar.11.Vetuſtas omnia cõficit ac conſumit.1.de Nat.102. Ibes maximam vim ſerpentum conficiunt. 1. de Orat. 79. Nos amicorum negotiis res ipſa antè confecit, quàm poſſemus aliquid de rebus tantis ſuſpicari.11.Att.4.Me conficit ſolicitudo. 2. de Diu. 117. Quæ vetuſtas eſt, quæ vim diuinam conficere poſſit? pro Sext.110. Cuius ille ordinis nomen retinet, ornamenta confecit.2.de Inu.111. Licinius hoſtes conſecutus eſt & cõfecit.pro Milo.38.Hæc ſica nuper,vt ſcitis,me ad regiam penè confecit.Poſtquàm in Sen. 10. Qui cùm ſuam rem non minùs ſtrenuè, quàm poſteà publicam confeciſſet, egeſtatem & luxuriam domeſtico lenocinio ſuſtentauit.pro Marc.11. Nihil eſt opere aut manu factum, quod aliquando non conficiat & conſumat vetuſtas.1.de Finib.59.Mœrores qui animos exedũt conficiúntque curis.

† ADVERB. Accurratè,bene,13. Att. Amanter, diligenter, 2. Attic. Bene curſum,6.Fam. Breui,Parad. Conſtantiſſimè,2.de Nat. Diligenter,diligentiſſimè, pro Q.R.& 3.Fam.Dilucidè argumentationem, in Part.Glorioſiſſimè, magnificentiſſimè, 14. Attic. Iucundè,5.Att. Nihilominùs legationem, 2. de Inu. Optimè curſum, 1. de Inuent. Penè aliquem, pro Milo. Planè animum, 3. Tuſcul. Quàm commodiſſimè negotia,12. Fam. Quàm maximè orationes, de Seneċt. Rectè curriculum,de Vniuerſ.Strenuè rem ſuam,poſtquàm in Senat.

**Conficior**, *celebror*. 3.de Na.58.Dionyſios multos habemus: primum, &c. quartum Ioue & Luna natum, cui ſacra Orphica putantur confici.1.de Fin.60. Conficiuntur & angore & metu: maximéque cruciantur,cùm.

¶ *Perdor, excrucior, vexor*. Orat.33. Deſiderium quo conficior, requirens,&c.4.Fam.13.Conficior curis.10.17.Curis confectus. de Aruſp.39.Corpus noſtrum tenuiſſima ſæpe de cauſa conficitur.3. Offic.29.Fame & frigore confici.3.At.5.Maximo dolore conficior.7.V.150.In quibus te ab eodem me ſuperiore ex loco confici & concidi neceſſe eſt.14.Fa.3.Conficior enim mœrore, mea Terentia,nec me meę miſeriæ magis excruciant quàm tuę veſtræque.Ibid.Quare cùm dolore conficior,tum etiam pudore. 10.At.20. Non loquor plura,ne te quoque excruciem : ipſe conficior veniſſe tempus,cùm,&c.

¶ *Comparor,colligor*. 3.V.138. Permagnam is dicit ex ea re pecuniam confici poſſe. * Acad.Ex quo poteſt probabiliter confici, eum rectè primùm eſſe.

¶ *Abſoluor*. 15.At.15.Sic enim annuum tempus conficitur.

¶ *Perficior,fio*.3.23. Vno capite quo reuocabor, modò res conficiatur,ero contentus.pro Clu.74.Sententiis decem & ſex abſolutio confici poterat. pro Quin. 79. Triduo DCC. millia paſſuum conficiuntur

**Conficitur**, *colligitur,conſequitur, ſequitur, concluditur*. 1.de Inu.73.Aut ita,vt id ſolum quod conficitur,inferatur.1.de Inu. 72.Ex quo conficitur,vt ſi,&c.

† ADVERB. Accommodatè genus dictionis,in Part.Aliquando opere aut,&c.pro Marc. Diligentiſſimè, 7.Verr.quamprimùm negotium,13. Fam.Tardiùs rem,pro Pub.Seſt.

☞ Syntaxis. *Pecuniam conficere.Reditum conficere:id eſt, procurare. Negotium,bellum,munus,annum,exercitum.De pace cõficias.Perpoliam,& conficiam.Amanter conficere.Cibum conficiunt dentes.Confici curis,dolore.Conficere,& abſumere. Hoſtes conſequi, & conficere. Sacra conficiuntur.Id conficitur,i.concluditur.Conficitur iter & ſpatium temporis.*

**Confictio**, *machinatio*. pro S.R.35.Criminis confictionem Erucius ſuſcepit.

**Confictus**, *fictus*. 2.ad Her.12.pro S.R.47. Hæc conficta à Poëtis arbitror eſſe,vt,&c.

**Confidens**, *temerarius,audax*. pro Cecinna.27.Phormio nec minùs niger,nec minùs confidens,quàm ille Terẽtianus Phormio.7.A.4.& 11.16. Nequam eſt homo ille atque confidens.3. Tuſcul.14. Qui fortis eſt, idem eſt fidens: nam confidens mala conſuetudine loquendi,in vitio ponitur.

**Confidenter**, *animoſè,audacter*.2.de Orat.28.Et eo quidem loquor confidentiùs,quòd Catulus auditor acceſſit, cui, &c.2. ad Heren.8 Confidentiſſimè reſiſtere.pro Cæl.44.Dicam enim iam confidentiùs de ſtudiis eius honeſtis. ad Herennium. Aliquid confidenter,malitioſè,flagitioſè factum.

¶ *Aliquando in vitio ponitur dictio*,Confidenter:*id eſt,temerè*.

**Confido**, *audeo,non timeo.)(.deſpero,diffido*.1. Offic.73. In quo ipſo conſiderandum eſt, ne aut temerè deſperet propter ignauiam,aut nimis confidat propter cupiditatem. 3. Tuſc. 14. Diſcrepat enim à timendo confidere.4. Fa.7. Ij autem qui eſſent, auderem ſcribere,niſi te intelligere confiderem.2. Qu.Fr.Hæc me,vt confidam, faciunt.1.Tuſc.78. Nihil nimis oportet confidere.6.At.7.Confido rem,vt volumus eſſe.8.Fa.13.Quam rem tibi confido magnæ laudi fore.6. Att.9. Spero,quæ tua temperantia eſt,& herculè,vt me iubet Acaſtus,confido te iam,vt volumus, valere.7. V.176. Ego mei officio rationem confido eſſe omnibus notam. pro Cluen. 156. Sicuti veſtra æquitate nixi confidimus. 13. Fam. 6. Tibíque vt confido, gratias agam. 1. Tuſc. Quem te & opto eſſe, & confido futurum.12.Fam.18.Id ego & ſperâram, prudentia tua fretus:& vt confiderem, fecerunt tuæ grauiſſimæ literæ.8.At.19.Non magnoperè his legionibus confido.1.de Finib. 31. Non exiſtimat oportere nimiùm nos cauſæ confidere.de Amic.17.Ego verò non grauarer,ſi mihi ipſe confiderem. pro Fl.5. Cur ſibi confidat, qui,&c.9.Att.4. Optimatibus verò tuis nihil confido,nihil iam ne inſeruio quidem. 16. 16. Itaque accuſabar ab eo, quòd parum conſtantiæ ſuæ confiderem.5. A.1. Niſi veſtræ virtuti conſtantiæque confiderem.1.At.7. Ne dubites mittere, & arcæ noſtræ confidito. 8.9. Quantò autem ferociùs ille cauſæ ſuæ confidet, cum vos viderit?&c.5. Tuſ.40.Qui enim poterit,aut corporis firmitate, aut fortunę ſtabilitate confidere? pro Q.R.2.Ego facultate cauſæ confiſus, vide quò progrediar. pro Cluent. 1. Niti & magnoperè confidere aliqua re.8.Att. 21. Illum, quo anteà confidebant,metuunt.12.Fam.14. Excluſus ab Antiocha Dolabella, nulla alia confiſus vrbe Laodicéam ſe contulit.8.At.19. Exercitum firmum habere oportet, quo confidamus perrumpere nos poſſe.1. Qu. Fr.2. Confidere animo.de Ar. 35. Hoc & tu confides magis,& nos propè iure diffidimus.‖pro Sext.135. Confidere cauſæ.

† ADVER. ferociùs, magnoperè, 8.Attic. Magnoperè & niti inuidia, magnoperè cauſę,pro Cluent.Planè,4.Acad.Plurimùm,de Amic.Valdè literis,13.Fam.Valdè malitiæ ſuæ,5.Verr.Vehementer,1.Fam.

☞ Syntaxis. *Confido.Nimis confidis.Sibi confidere,cauſa.Animo confidere,corporis firmitate.*

**Confidentia**, *imprudentia,audacia*.2. de Orat. 257. Tanta confidentia eſtis,auferte iſtam enim ſuperbiam, &c. pro Fl.10. Videte quo vultu,qua confidentia dicant.2.A.104.Confidentia & temeritas tua.2.ad Here.8.Quæ ſigna confidentiæ ſunt,non innocentiæ.

† ADIVNCT. Tanta,2.de Orat.

**Confit**, *fit,conficitur*. 9.Att.10.Quo facilius & cum maiore dignitate per te, qui vtrique es coniunctus, res tota confieret.8. 24. Commodiùs cadere non potuit, quàm vt res ſine ſanguine confieret.

**Configo**, *figo,vulnero*.5.de Fin.32.Configebat tardus celeres, ſtans volantes.4. Acad.89. Hercules vt Euryſthei filios,ita ſuos configebat ſagittis.pro Mur.25. Inuẽtus eſt ſcriba quidam Cn. Flauius,qui cornicum oculos confixerit. *Prouerbium.*

¶ *Pono,figo*. 7.A.5.Cõfigere omnes curas & cogitationes in reipublicæ ſalute.

**Confixus**, *transfixus, notatus*. 2. de Nat. 126. Capræ in Creta feræ,cùm ſunt confixæ venenatis ſagittis, dictamum quærunt. 12.A.18.Diffidebant etiam Seruio, meminerant eius ſententiis confixum Antonium.de Aruſp.8. Clodius ducentis,vt ipſe gloriari ſolet,confixus Senatuſconſultis.

**Confingo**, *fingo*.pro S.R.30. Crimen incredibile confingunt. pro Deiot.16. Id vos facinus optimo viro cogitatum eſſe confingitis.4.V.90.Confingere aliquid criminis.2.ad Her.10.Confingere & comminiſci aliquem rumorem.

† ADVER. Credibiliter,ſuſpicioſè,pro Deiot.

**Confinis**, *vicinus,finitimus*.4. ad Her.17.Qui perueniunt ad confine genus eius generis,quod appellamus fluctuans.

**Confinium**, *finis*.2.Off.63.Conuenit autem in omni re contrahenda, in vicinitatibus & confiniis æquum & facilem eſſe, multa multis de iure ſuo concedentem.

**Confirmatio**, *fides*. 1. de Inu. 48. Signum eſt, quod ſub ſenſum aliquem cadit, &c.& tamen indiget teſtimonij & gra-

uioris confirmationis, vt cruor, &c. 1. de Inu. 34. Confirmatio eſt per quam argumentando noſtræ cauſæ ſidem & autoritatem & firmamentum adiungit oratio.

¶ *Conſolatio*. 6. Fa. 3. Superioribus literis beneuolentia magis adductus, quàm quòd res ita poſtularet, fui longior: neque enim confirmatione egebat virtus tua.

† ADIVNC. Grauior, 1. de Inuent.

CONFIRMANDVS. 10. A. 17. De quibus confirmãdis & ſanciẽdis legem comitiis cẽturiatis laturus eſt. 1. de Di. 71. Satis eſt ad confirmandam diuinationem, ſemel ita eſſe aliquid diuinatum.

CONFIRMATOR. pro Cl. 72. Res parum certa videbatur: ſequeſter & confirmator pecuniæ deſideratur.

CONFIRMATVS, *fortis*. pro Qu. 77. Diffido ſatis animo certo & confirmato me poſſe in hac cauſa conſiſtere. 1. Fa. 8. Difficile eſt ſenſum in republica, præſertim rectum & confirmatum deponere. pro Cl. 28. Saſſia lætanti iam animo & ſpe optima confirmata, nubit Oppianico. de Am. 76. Omninò amicitiæ corroboratis iam confirmatíſque & ingeniis, & ætatibus, iudicandæ ſunt. 5. Fa. 5. Et reuerà confirmata amicitia commemoratio officiorum ſuperuacanea eſt. 5. V. 3. Quam ſibi nondum confirmato conſilio, ſed ineunte ætate ſuſceperat. Anteq. 16. Hoc incõmodũ in vno confirmatum, multorum infirmabit incolumitatem.

CONFIRMATVR, *certum eſt*. 4. V. 23. Quorum omnium teſtimoniis de hac pecunia confirmatum eſt.

CONFIRMO, *affirmo, aſſeuero, promitto*. 16. At. 5. Hoc mihi non modò confirmauit, ſed etiam perſuaſit. de Am. 10. Qualis, vt arbitror, nemo vnquàm erit, & vt confirmare poſſum, certè nunquàm fuit. 2. de Orat. 6. Hoc verò fieri planè non potuiſſe confirmo. pro Pomp. 71. Ego tibi confirmo, eam, &c. de Clar. 25. Hoc ſine vlla dubitatione confirmauerim. 6. Fa. 6. Memini me ex multis audire, te de glorioſo & celeri reditu meo confirmare. 2. cont. Rull. 14. Omni hoc vobis ratione confirmare poſſum, me, &c. 6. Fa. 3. Ego tibi hoc confirmo, nihilo te, &c. pro Ar. 15. Difficile eſt hoc de omnibus confirmare. 3. Fa. 10. De me tibi ſic promitto atque confirmo, me, &c. 1. 8. Veruntamen ipſe me confirmo ad eius voluntatem, à quo honeſtè diſſentire non poſſum. *aliàs*, conformo.

¶ *Conſolor*. 1. At. 13. Confirmare & excitare afflictos animos bonorum. 6. Fa. 3. Neque enim confirmatione noſtra egebat virtus tua, neque erat ea mea cauſa atque fortuna, vt cui ipſi omnia deeſſent, alterum confirmarem. 1. Q. Fr. 7. Nunc erige te & confirma, ſi qua ſubeunda dimicatio erit.

¶ *Corroboro, ſtabilio, firmum reddo, probo comprobo*. 1. de Ora. 90. Vt id quod intenderemus, confirmare, & id quod contrà diceretur, refellere poſſemus. 2. de Ora. 80. Noſtra confirmare rationibus & argumentis, deinde contraria refutare. 1. de Inu. 49. Exẽplum eſt, quod rem confirmat aut infirmat, &c. 2. de Diu. 38. Quanquàm tu quidem non hoſtiarum caſum confirmas fortium ſimilitudine, ſed infirmas fortes collatione hoſtiarum. 2. de Ora. 214. Argumentum ratio ipſa confirmat, quæ, &c. 16. At. 18. Decretúmque COSS. quòd ij ſecundum Buthrotios fecerunt, des operam, vt Plancus noſter quàm primùm confirmet. 1. de Fin. 30. Confirmare aliquid exquiſitis rationibus.

¶ *Vires aſſumo*. 16. Fa. 5. Mihi placebat, ſi firmior eſſes, vt te Leucadem deportares, vt ibi te planè confirmares.

† ADVER. Bene, planè, 16. Fa. Fidenter, 1. de Or. Liquidò, 6. Ver. Magnoperè, 13. At. Moleſtiùs, 3. de Natura. Præclarè, pro Q. Roſc. Temerè pro Font.

CONFIRMOR, *roboror, comprobor* pro Dom. 47. Hoc verbis illis, ſanciri, aut ſuffragiis confirmari poteſt?

† ADVER. Impudentiſſimè, 3. cont. Rul. Mediocriter, 4. Fam. Neceſſariò, 1. de Inu. Vehementiùs, 15. Fam.

☞ Syntaxis. *Hoc ego confirmo, & tibi, & de hac re. Ad voluntatem alicuius confirmare ſe. Confirmo & promitto. Excito, & cõfirmo. Erigere, ſe, & confirmare. Sancire, & confirmare.*

CONFISIO. *Lege*, FIDENTIA.

CONFITENDVM. 1. de Na. 44. Eſſe igitur deos confitendũ eſt.

CONFITENS. 2. de Fin. 21. Quòd mihi quidem viſus eſt, cùm ſciret, velle tamen confitentem audire Torquatum.

CONFITEOR, *præ me fero, agnoſco*. )(. *inficior*. 2. Att. 24. Vectius quòd confeſſus eſſet ſe cum telo fuiſſe, in carcerem coniectus eſt. 2. de N. 11. Vir ſapiens peccatum ſuum, quod celari poſſet, confiteri maluit. 2. A. 17. Cùm homines nefarij de patriæ parricidio confiterentur. in Sall. 15. Salluſtius confeſſus eſt vobis audientibus adulterium. 3. C. 11. Cùm id poſſet inficiari, repentè confeſſus eſt. pro Seſt. 40. Tacendo loqui, non inficiando confiteri videris. pro Ar. Poët. Quod tu nunc de tuo patruo prædicas, nemo vnquàm adhuc de ſeſe eſt confeſſus. pro Dom. 93. De criminibus obiectis non confiteri. 3. con. Rul. 4. Concordiæ patronum me in hunc annum confeſſus ſum. pro Cl. 183. Stratonem aliquid de veneno eſſe confeſſum. 5. Fa. 2. Me abs te cupiſſe laudari, apertè atque ingenuè confitebar. pro S. R. 119. Confiteri de maleficio. 2. de Leg. 29. Confiteri religiones. 6. A. 16. Quo etiam, vt confitear vobis. Quirites, minùs hodierno



die contendi. 1. Fa. 9. Nemo eſt cuius officiis me tam eſſe deuinctum non ſolùm confitear, ſed etiam gaudeam.

† ADVERB. Apertè, 5. Fam. Ingenuè, ibidem. Impunè, pro Cluent. Liberè, pro M. Cœl. Neceſſariò, 2. de Di. Palàm, in Salluſt. Planè, pro Rab. poſt. Verè, ibid. Tandem aliquando, pro Syll. Timidè, pro Planc.

☞ Syntaxis. *Confiteri peccatum de adulterio.*

CONFIXVS. 2. de Or. 253. Nuculam an confixum vis facere? *id eſt, verbis configere, & exagitare.*

CONFLAGRATVS. 4. ad Here. 13. Quomodo vrbs acerbiſſimo concidat incendio conflagrata.

CONFLAGRO, *ardeo*. Anteq. 1. Ne omnes concideretis, ardoréque flammæ conflagraretis. 3. V. 41. Ille miſer furtorum iſtius inuidia conflagrauit. 2. de Nat. 92. Conflagrare terras neceſſe eſt. 1. C. 29. Inuidiæ incendio conflagrare.

☞ Syntaxis. *Conflagrare ardore flammæ, inuidia. Inuidiæ incendio. & abſolutè, Conflagrare.*

CONFLATVS, *compoſitus, coagmentatus*. pro Cæl. 12. Monſtrum ex contrariis diuerſiſque atque inter ſe repugnantibus naturæ ſtudiis cõflatum. pro Lig. 35. Aliquorum conſenſus conſpirans, & penè conflatus. pro S. R. 1. Iniuriam nouo ſcelere conflatam. pro Clu. 18.

☞ Syntaxis. *Conflatum monſtrum, conſenſus, iniuria.*

CONFLICTIO, *conflictus, contentio, quaſi concurſus*. Part. 104. Ex rationis autẽ, & ex firmamenti conflictione, & quaſi concurſu, quæſtio exoritur. ibidem. Rationum & firmamentorum contentio. Ibid. 55. Rerum inter ſe pugnãtium conflictio. Ibid. 102. Ille ſtatus & quaſi conflictio cum aduerſario. 1. de Inu. 18.

CONFLICTOR. pro Quin. 44. An vt honeſtiore iudicio conflictere? at ſine ſummo ſcelere propinquum tuum iugulare non potes. 9. Famil. 25. Noli pati litigare fratres & iudiciis turpibus conflictari. 10. At. 4. Fortuna, qua illi florentiſſima, nos duriore conflictati videmur. 6. Fam. 13. Cæſar diutiùs velle videtur eos habere ſollicitos, à quibus ſe putat diuturnioribus eſſe moleſtiis cõflictatum: *aliàs*, conflictum. 2. ad Her. 37. Homines multis & magnis incommodis conflictantur, propter immenſam pecuniæ cupiditatem. 1. de Leg. 32. Qui canem & felem vt deos colunt, non eâdem ſuperſtitione, qua cæteræ gentes conflictantur. de Ar. 42. Cum his conflictari, & pro ſalute patriæ quotidiè dimicare, erat omninò moleſtum.

☞ Syntaxis. *Fortuna conflictatus, & ab hoſte. Superſtitione conflictari. Cum aliquo conflictari.*

CONFLICTVS, *conflictio*. 2. de Natu. 25. Lapidum conflictu atque tritu ignẽ elici videmus. pro Cec. 43. Impulſu ſcutorum & conflictu corporũ magnas ſæpe copias pulſas eſſe. 2. de Diu. 44. Si nubium conflictu ardor expreſſus ſe emiſerit, id eſſe fulmen.

CONFLIGENDI. 14. A. 26. Panſa princeps prælij faciendi, & cum Antonio confligendi fuit.

CONFLIGENDVM. Poſtq. in Sen. 31. Cùm mihi priuato confligendum viderem cum exercitu, qui, &c. pro Cec. 46. Vt confligendum ſibi & armis decertandum putent. 2. de Inu. 126. Sæpe id quod ſcriptum eſt recitando, ſæpe cum ſcripto factum aduerſarij confligendo. 1. ad Heren. 16. De his rebus cautè confligendum eſt, in quibus tabulæ aut alicuius firma auctoritas videbitur interfuiſſe.

CONFLIGO, *contendo, concurro, dimico, prælior, prælio decerto, prælium facio, prælium committo, ſigna cõfero, manum conſero*. pro Cec. 8. Potuiſti leuiore actione confligere. pro Domo. 66. Sperauit iiſdem ſe copiis cum illo poſſe confligere, quibuſcum ego noluiſſem dimicare. pro Corn. 62. Cum ducibus ipſis, non cum comitatu aſſectatoribúſque confligant. I. P. 20. Conffligere armis. 1. Offic. 81. Et manu cum hoſte confligere. Ibid. Temerè autem in acie verſari, & manu cum hoſte cõfligere, immane quiddam & belluarum ſimile eſt. Ibid. 84. Cleombrotus inuidiam timẽs, temerè cum Epaminonda conflixit. 2. C. 25. Cauſæ, quæ inter ſe confligunt. 11. Famil. 13. Reliquíſque rebus pro noſtra ſalute contra ſceleratiſſimam hoſtium conſpirationem confligamus. 1. de Fin. 23. Torquatus cum Latinis conflixit apud Veſerim. 4. Tuſc. 49. Iratúmne cenſes Herculem conflixiſſe cum Erymanthio apro? pro Pomp. 28. Qui ſæpius cum hoſte conflixit, quàm quiſquam cum inimico concertauit.

† ADVERB. Temerè cum aliquo, 1. Offic. Sæpiùs, pro Pomp.

☞ Syntaxis. *Cum aliquo confligere, & contra aliquem. Actione confligere, manu, armis, copijs.*

CONFLANDVS. pro Seſt. 66. Quæ ratio aut auferendæ, aut conflandæ pecuniæ non reperiebatur.

CONFLATVS, *paratus, comparatus, acquiſitus, factus*. pro Clu. 18. Hoc totum à matre cõflatum eſt, & perfectum. 2. A. 70. Bellum quod natum, conflatum, ſuſceptum opera tua eſt. pro Q. R. 48. Vnde hoc totum ductum & conflatum mendacium. pro Cl. 79. Summam alicui inuidiam atque infamiam eſſe conflatam. 2. de N. 100. Mare terram littoribus ſic cludit, vt vna ex duabus naturis conflata videatur. pro Syll. 33. Exercitus perditorum clandeſtino ſcelere conflatus. 1. C. 25. Ex perditis conflata improborũ manus. 2. de In. 8. Ex his duabus diuerſis ſicuti familiis

vnum

vnum quoddam eſt conflatum genus à poſterioribus. pro Syl. 39. Et ea domi eius pleraq; conflata ſunt. Pro Cl. 99. Cùm quæſtor eſſet in exercitu, ſeditionem eſſe conflatam. Par. 121. A reo querela conflati criminis proferetur. pro Syll. 15. Conflato gladiatorum tumultu. pro S.R. 1. Iniuria nouo ſcelere conflata.

CONFLO, *cogo, conficio.* || *Latini hoc verbo ſignificarunt ea, quæ ex* ☩ *pluribus quaſi vnum efficiebantur.* 4. A. 15. Ille cùm exercitum nullum haberet, magnũ repentè conflauit. pro S.R. 132. Eius rei quæ conflauit hoc iudicium, mentio facta non eſt. 4. V. 116. Venus quæ totam illam accuſationem iudiciúmque conflârat. pro Clu. 9. Faciámque vt intelligatis in tota illa cauſa, quid res ipſa tulerit, quid error affinxerit, quid inuidia conflârit. de Ar. 42. Clodius nefarias cum multis ſcelerum pactiones ſocietatéſq; conflauit. 2. ad Heren. 8. Nam quiuis horum ſenſus poteſt conflare ſuſpicionem. 1. C. 23. Si mihi conflare vis inuidiã. pro Cæl. 29. Conflare inuidiam alicui iuueni ex communi infamia iuuentutis.

CONFLOR. 4. V. 135. Quod cuique negotij conflari volebat, nullo labore faciebat. pro Syl. 13. Quibus ipſis tum conflari periculum putabatur. 1. Offi. 14. Quibus ex rebus conflatur & efficitur id quod quærimus honeſtum.

☞ Syntaxis. *Negotium conflare, bellum, mendacium, inuidiam, infamiam, ſeditionem, tumultum, crimen, iniuriam, pactiones, ſocietates, ſuſpiciones. Periculum alicui conflare.*

CONFLVENS. 10. Fa. 35. A confluente Rhodano caſtra moui.

CONFLVO, *concurro, conuenio, peruenio, fluo.* de Cl. 258. Confluxerunt enim & Athenas, & in hanc vrbem multi inquinatè loquentes, ex diuerſis locis. 2. Tuſ. 6. Quod accideret etiã noſtris, ſi ad hæc ſtudia plures confluxerint. 1. de In. 5. Hinc ad ipſos qui eam adepti ſunt, laus, honor, dignitas confluit. in Sall. 16. Niſi fortè te in ea caſtra conieciſti, quò omnis ſentina reipublicæ confluxerat. 2. de Leg. 6. Fibrenus rapidè dilapſus citò in vnum confluit. pro Planc. 84. Cauſæ pleræque ad nos confluunt. 6. V. 117. Aliqua diuerſa in exitu coniungi & confluere.

☞ Syntaxis. *Confluere homines, laudes, dignitatem, Reip. ſentinam, in caſtra.*

CONFORMANDVS. 1. de Or. 17. Oratio conformanda eſt non ſolùm electione, ſed etiam conſtructione verborum. 3. 98. Orator ita conformandus eſt, vt, &c.

CONFORMATIO, *forma, compoſitio, exornatio.* Topic. 27. Non eſſe rurſus ea dico, quæ tangi demonſtrariúe non poſſunt, cerni tamen animo atque intelligi poſſunt: vt ſi vſucapionem, ſi agnationem definias. quarum rerum nullum ſubeſt quaſi corpus, eſt tamen quædam conformatio inſignita & impreſſa in intelligentia, quam notionem voco, ea ſæpè argumentando definitione explicanda eſt. 2. de Or. 357. Facillimè animo teneri poſſunt ea quę percipiuntur auribus aut cogitatione, ſi etiam oculorum commendatione animis tradantur: vt res cæcas & ab adſpectus iudicio remotas conformatio quædam & imago & figura ita notet, vt ea quæ cogitando complecti vix poſſemus, intuendo quaſi teneamus. 1. de Nat. 47. Compoſitio membrorum, & conformatio lineamentorum. 1. Tuſc. 50. Quaſi verò intelligant, animus qualis ſit in ipſo corpore, quæ conformatio, quæ magnitudo, qui locus. 1. de Or. 151. Ipſa collocatio conformatióque verborum perficitur in ſcribendo. 2. de N. 85. Animantis figura cõformatióque membrorum. 1. de Or. 114. Conformatio quædam & figura totius oris & corporis. 3. 199. Inter conformationem verborum & ſentẽtiarum hoc intereſt, quòd, &c. de Cla. 140. Sententiarum ornamenta & conformationes. 1. de Orar. 18. Vocis conformatio atque varietas. 1. de Natur. 106. Omnem talem conformationem animi Philoſophi motum inanem vocant: id eſt, cùm de Hippocentauro cogitamus. 3. Offi. 96. Altera pars honeſtatis cernitur in conformatione & moderatione continuentiæ & temperantiæ. 4. ad Her. 66. Conformatio eſt, cùm aliqua quæ non adeſt perſona confingitur, quaſi adſit, &c.

☞ Syntaxis. *Conformatio inſignita & impreſſa in intelligentia. Lineamentorum conformatio. Corporis, verborum, membrorum, ſententiarum, vocis.*

CONFORMATVS, *inſtitutus, conceptus.* pro Arch. 1. Quòd ſi hæc vox huius hortatu præceptíſque conformata, nonnullis aliquando ſaluti fuit, &c. 3. de Nat. 26. Mundũ non ædificatum, ſed à natura conformatum puto.

CONFORMO, *compono, fingo, effingo, figuro, formo, informo.* pro Arch. 14. Quas imagines ego mihi proponens, animum & mentem meam ipſa cogitatione hominum excellentium cõformabam. 1. de Fin. 23. Ad maiora quædam nos natura genuit & conformauit. 3. ad Her. 33. In primo loco rei totius imaginem conformabimus. pro Mur. 60. Conſilium tuum vituperare non audeo, nonnulla in re forſitan conformare, & leuiter emendare poſſim.

CONFORM|OR, *fingor.* 4. de Fin. 5. Vna pars Philoſophiæ, qua mores conformari putantur.

☞ Syntaxis. *Mundus conformatus, non ædificatus, Animum & mentem cogitatione conformare, Rei imaginem conformare. Conformare conſilium, & emendare, & mores.*

CONFOSSVS. *transfixus, traiectus, confectus, necatus.* pro Syl. 33. Quinque hominibus cõprehenſis ac confoſſis, interitu rempub. liberaui.

CONFRACTVS. 2. de L. 55. Quæq; in porca confracta iura ſunt.

CONFRINGO, *frango, infringo.* pro Fl. 73. Membra vxoris fuſtibus debilitauit, manus contudit, digitos confregit, neruos concidit. pro Mil. 35. Niſi eſſet is Conſul, qui eam Præturam auderet poſsétque confringere.

CONFVGIENDVM. 1. de Orat. 61. Illuſtrare oratione, ſi qui iſtas ipſas artes velit, ad Oratoris ei confugiendum eſt facultatem.

CONFVGIO, *concurro, infugio, profugio, perfugio, præſidium vel auxilium ab aliquo peto.* )( *Excipio.* 1. Tuſc. 85. Priamum, cùm in aram confugiſſet, hoſtilis manus interemit. 4. Fam. 6. Non enim vt tum me à republica mœſtum domus excipiebat, quæ leuaret, ſic nunc domo mœrens ad rempublicam confugere poſſum, vt in eius bonis acquieſcam. 5. Tuſc. 5. Ad te confugimus à te opem petimus. pro Qu. 10. Quintius tot tantíſque difficultatibus affectus atque afflictus, in tuam fidem, veritatem, miſericordiam confugit. pro Fon. 23. Confugere ad opem alicuius. 2. Offi. 41. Confugere ad aliquem virtute præſtantem. pro Clu. 63. Ille diffidens rebus ſuis, ad Stalenum & ad pecuniam confugit. Poſtq. in Sen. 10. Qui niſi in aram tribunatus confugiſſet, profectò, &c. pro S.R. 27. Roſcius de amicorum ſententia Romam confugit. 3. Att. 15. Ex quibus ſtatim in tuos agros confugiam. 2. Her. 5. Confugiet ad imprudentiam, ſtultitiam, adoleſcentiam, vim, perſuaſionem.

† ADVER. Leuiſſimè, 8. Fam. Priuatim, 6. Ver.

CONFVNDO, *perturbo, miſceo, conturbo.* pro Dom. 127. An tu hæc ita confundis & perturbas? de Vn. 41. Cùm ignis oculorum cum eo igne, qui eſt ob os offuſus, ſe confundit & contulit. 4. Ac. 61. Ea Philoſophia quæ confundit vera cum falſis.

CONFVSE, *permixtè.* )( *diſcretè, electè.* 3. de Nat. 19. Quare, ſi videtur, noli agere confusè, vt hoc explicemus hac diſputatione, quod quæritur. 2. de Fin. 27. Epicurus contemnit diſſerendi elegantiam, confusè loquitur. 1. de Inu. 49. In præſentia tantummodò partes argumentandi confusè & permixtè diſperſimus, pòſt diſcretè & electè in genus quoque cauſæ digeremus. 4. Ac. 47. Non confusè. 8. A. 1. Confuſiùs acta res eſt, quàm, &c.

CONFVSIO, *perturbatio.* 2. de Leg. 25. Suos deos aut nouos coli, confuſionem habet religionum. 5. de Fin. 67. Atq; hæc coniunctio confuſióq; virtutum, tamen à Philoſophis ratione quadam diſtinguitur. 1. de Nat. 3. Quibus ſublatis perturbatio vitę ſequitur, & magna confuſio. pro Mur. 47. Cõfuſionem ſuffragiorum flagitaſti. 2. Offi. 65. Hæc confuſio temporum.

CONFVSVS, *perturbatus, turbulentus, varius, permixtus, habens confuſionem.* 1 de Inu. 34. Veruntamen non incommodum videtur, quãdam ſyluam atq; materiam vniuerſam antè permixtam & confuſam exponere omnium argumentationum. pro Seſt. 5. Sed quoniam ſingulis criminibus cæteri reſponderunt, dicam ego de omni ſtatu P. Seſtij, de genere vitæ, &c. Contendámque in hac confuſa atque vniuerſa diſputatione, vt nihil &c. 1. Offi. 95. Si hoc de quo loquimur, decorum eſt, id totum quidem cũ virtute confuſum, ſed mente & cogitatione diſtinguitur. 2. de D. 35. Vis quædam diuina, quæ confuſa toto mundo eſt. Ibid. 60. Nunc onuſti cibo & vino, perturbata, & confuſa cernimus. de Cl. 100. Sed nec illa oratio eiuſmodi eſt, vt à pluribus confuſa videatur. 3. de Or. 47. Ita confuſa eſt oratio, ita perturbata, nihil vt ſit primum, nihil vt ſecundum. Orat. 195. Omnes in oratione eſſe quaſi permixtos & cõfuſos pedes. 1. de Di. 118. Vis quędam ſentiens, quæ eſt toto confuſa mundo. 2. de Orat. 177. Vt re diſtinguantur, verbis confuſa eſſe videantur. 4. Acad. 118. Anaxagoras dixit materiam infinitam eſſe, ſed ex ea particulas ſimiles inter ſe minutas, eas primùm cõfuſas. poſteà in ordinem adductas mente diuina. *11. de Leg. in frag. Omnes homines inter ſe natura confuſi prauitate diſſentiunt.

☞ Syntaxis. *Confundo & perturbo. Se confundere, & conferre cum. Temporum confuſio. Confuſa & permixta diſputatio. Vis diuina toto mundo confuſa.*

CONFVTATIO, *diſſolutio, reprehenſio.* 1. ad Her. 4. Confutatio eſt contrariorum locorum diſſolutio.

☩ CONFVTATVS. 2. de Nat. 45. Cuius opinionis leuitas confutata eſt.

CONFVTO, *refello, refuto, reprehendo, diluo, coarguo, infirmo, diſſoluo, redarguo, explodo, conuinco, frango, eijcio, abijcio, aduerſaria euerto, falſum eſſe doceo, tollo.* 1. de Di. 8. Cotta hic diſputat, vt Stoicorum magis argumenta confutet, quàm hominum deleat religionem. 5. Tuſc. 88. Maximíſq; doloribus affectus eos ipſos inuentorum ſuorum memoria & recordatione confutat. Par. 134. Confutare audaciam alicuius.

CONGELO, *conglacio.* 2. Fa. 13. Erat in eadem epiſtola veternus ciuitatis: gaudebam ſanè, & congelaſſe amicum noſtrum lætabar otio.

CONGEMO, *ſimul gemo.* pro Mu. 51, Senatus congemuit frequẽs.

CONGERO,

CONGERO, *congrego, accumulo, comporto* pro Pomp. 22. Res omnes pulcherrimas Mithridates ex tota Aſia direptas in ſuum regnum congeſſerat. 1. de D. 78. Midæ dormienti formicæ tritici grana in os congeſſerunt. de Cla. 297. Illud minùs curo, quòd congeſſiſti operarios omneis. 3. A. 15. Antonius in Cæſarem maledicta congeſſit. de Cl. 332. Vt te eripias ex ea, quam ego congeſſi in hunc ſermonem, turba patronorum. pro Deiot. 12. In quem dij atque homines omnia ornamenta congeſſerunt. pro Pl. 26. Minturnenſes C. Mario viaticum cõgeſſerunt, nauigium dederunt, pro Planc. 83. Sed hoc neſcio quo modo frequenter in me congeſſiſti, ſanéque in eo creber fuiſti, te idcirco, &c. pro Mil. 65. Congerere crimina in aliquem. ad Brut. 16. Si omnia ſimul congeſſeris.

CONGEROR, *congregor.* 5. Tuſc. 117. Congerantur in vnum omnia. de Amic. 58. Neque verẽdum eſt ne plus æquo quid in amicitia congeratur.

CONGESTVS, *collectus.* 2. de Diuin. 66. Tritici grana in os pueri Midæ congeſta. 5. A. 12. Innumerabilis pecunia congeſta in illam domum eſt. * Oecon. 1. Cùm verò paratæ res ſub tectum eſſent congeſtæ.

CONGESTVS, *comportatio.* 1. de Diuin. 68. Herbam autem aſperam credo extitiſſe auium congeſtu, non humano ſatu.

CONGIARIVM, *imperatoris donum: à congio menſuræ genere vini, & ſimilium.* 16. At. 8. Legiones congiarium ab Antonio accipere noluerunt. 10. 6. Vehementem auaritiam video fuiſſe, ſpem magni congiarij. 2. A. 116. Cæſar muneribus, monumentis, congiariis, epulis multitudinem imperitam lenierat. 8. Fa. 1. Plancus magno congiario donatus eſt à Cæſare.

† ADIVNCT. Magnum, 10. Attic & 8. Fam.

CONGLACIO, *congelo, dureſco.* 2. de Nat. 26. Aqua neque conglaciaret frigoribus, neque niue pruináq; concreſceret, niſi eadem ſe admiſto calore liquefacta diffunderet. 8. Fa. 6. Curioni noſtro tribunatus conglaciat.

CONGLOBATVS, *cohærens, congregatus.* 2. de Na. 98. Terra vndique in ſeſe nutibus ſuis conglobata. 4. Ac. 118. Figura conglobata. Par. 55. Definitiones conglobatæ.

CONGLOBOR, *cogor, colligor.* 2. de Nat. 116. Mare cùm ſupra terram ſit, medium tamen terræ locum expetens, conglobatur vndique æqualiter, neque redundat vſquàm.

† ADVERB. Aequaliter, 2. de Nat.

☞ Syntaxis. *Terra ſuis nutibus conglobata.*

CONGLVTINATIO, *coniunctio.* de Sene. 72. Omnis conglutinatio recens ægrè, inueterata facilè diuellitur. Or. 78. Circuitus conglutinatióque verborum.

† ADIVNC. Recens. )( . veterata, de Senect.

CONGLVTINATVS. 3. A. 28. Antonius ex his tot vitiis conglutinatus eſt. 1. At. 14. Sic tueor, vt poſſum, illam à me conglutinatam concordiam.

CONGLVTINO, *coniungo, copulo, conflo, compono.* de Sene. 72. Sic hominem eadem optimè quæ conglutinauit, natura diſſoluit. 2. ad Her. 4. Ita poteris animi vitium cum cauſa peccati conglutinare. 7. At. 8. Tu ſoles conglutinare amicitias teſtimoniis tuis. ♧ ‖de Ami. 2. Vtilitas amicitias conglutinaret. 11. Fam. 27. Vitæ diſſimilitudo non eſt paſſa voluntates noſtras conſuetudine conglutinari.

☞ Syntaxis. *Conglutinatus homo vitijs. Conglutinare concordiam, amicitias, volũtates. Cõſuetudine animos conglutinare, ac volũtates.*

CONGRATVLATIO, ad Brut. 3. Sed tamen omnium ordinum conſenſus gratiarum actio, congratulatióque me commouet, propterea quòd, &c. *aliàs* gratulatio.

CONGRATVLOR, *ſignis lætitiam oſtendo, cum aliquo gaudeo.* pro Pl. 66. Sed ea res haud ſcio an plus mihi profuerit, quàm ſi mihi eſſent omnes congratulati. pro Seſt. 20. Mihi denique homines præcipuè congratulabantur, quòd habiturus eſſem, &c.

CONGREDIENDI. 15. At. 26. Illud præclarè, quòd te conſolata eſt ſpes breui tempore congrediendi.

CONGREDIENS, *coiens.* 2. de Nat. 103. Luna tum congrediens cum ſole, tum digrediens, &c. * 2. de Glor. Aiax cum Hectore congrediens.

CONGREDIOR, *conuenio, pugno.* 8. Att. 23. Sed ego cùm hæc ſcribebam, nec illos congreſſuros, nec ſi congreſſi eſſent, Pompeium ad vllam conditionem acceſſurum putabam. ad Br. 6. Filius tuus à me abeſt, in Macedonia cõgrediemur. 2. At. 24. Cum eo, vt res indicat, ſæpe congreſſus eſt. 6. 8. Sed explora rem totam, vt quo die congreſſi erimus, conſilium capere poſſimus. pro Cæl. 53. Vbi congreſſus cum ſeruis Luceij Cælius? pro Pl. 12. Venio nunc ad populi partes qui ſi tecum congrediatur, &c. 2. de Natur. 1. Ne ego incautus, qui tecum congredi conatus ſum. pro Lig. 9. Tubero contra Cæſarem congreſſus eſt armatus. pro Mur. 67. Quare remoue autoritatem, & congredere mecum criminib. ipſis. pro Syl. 47. Nondum ſtatuo te virium ſatis habere, vt ego tecum luctari & congredi debeam. I. P. 59. Si ipſi coràm congredi poteris. ad Brut. 11. Antiſtius congreſſus, P. Dolabella milites habente maluit, &c. Top. 93. Status, in quo primùm inſiſtit, quaſi ad repugnãdum congreſſa defenſio. * conc. Quint. Met. Congredi non licet cum reſiſtente.

† ADVER. Coràm, in Piſo.

☞ Syntaxis. *Luna cum ſole congrediens.)( . digrediens. Congredi, abſolutè: id eſt, coire, colloqui. Congredi cum aliquo: id eſt, contendere. Congredi, etiam abſolutè: id eſt, pugnare.*

CONGREGABILIS, *congregatus, quod facilè congregatur, & amãs ſocium.* 1. Off. 157. Apũ examina cõgregabilia natura ſunt.

CONGREGATIO. 4. de Fin. 4. Homines natos eſſe ad congregationem hominum. 3. 65. Nos ad coniunctionem congregationémq; hominum, & ad naturalem cõmunitatem eſſe natos.

CONGREGATVS. pro Do. 67. Ex quo indicare poteſtis, quanta vis illa fuerit oriens & congregata, cum hæc Cn. Pompeium terruerit, iam diſtracta & extincta. *Lege*, SOLIVAGVS. 2. de N. 123. In quo admirandum eſt, congreſsúne aliquo, an iam inde ab ortu naturę congregatæ ſint. pro Dom. 89. Multitudo hominum congregata ex ſeruis conductis. 4. Ac. 1[?]0. Niuem ex aqua eſſe congregatam. *aliàs*, concretam. Par. 4. Latronum multitudo vnum in locum congregata. pro Cec. 59. Coacti ſunt ij, qui ab aliquo ſunt vnum in locum congregati.

CONGREGO, *colligo, contraho, conuoco, coaceruo, aggrego, cogo, frequento, coniungo, in vnum locum compello.* pro Qu. 52. Is, qui cùm te aut voluntas congregauit, aut fortuna coniunxit. 1. de Nat. 39. Chryſippus magnam turbam congregat ignotorum deorum: *id eſt, colligit.* 1. de Orat. 33. Homines diſperſos & diſſipatos vnum in locum congregare. 1. Tuſ. 62. Qui diſſipatos homines congregauit. 5. de Fin. 42. Homines æqualibus delectantur, libentérque ſe cum his congregant. in Vat. 25. L. Paullum in eundem hunc numerum congregaſti. pro Rab. 21. Atque ibi ſe cum tuo patruo & cæteris congregare. 14. A. 15. Ciues vnum ſe in locum ad curiam congregabant.

† ADVERB. Facillimè pares cum paribus, de Senect. Libẽter, 5. de Fin.

☞ Syntaxis. *Congregare in vnum locum, ex ſeruis, ſecum, in numerum. Congregare ſe.*

CONGRESSIO, *congreſſus, colloquium, ſermo.* )( . *Digreſſio.* Top. 59. Amori congreſſio cauſam attulit, amor flagitio. 1. Qu. Fr. 3. His de cauſis hoc malum, quòd te non vidi, minùs acerbum fuit, quàm fuiſſet tum congreſſio, tum verò digreſſio noſtra. pro Cluen. 41. Nemo illum aditu, nemo congreſſione, nemo ſermone dignum putabat. 2. A. 46. Perſuaſíque vt eum à tua non modò familiaritate, ſed etiam congreſſione prohiberet. 1. Offi. 132. Congreſſiones familiarium. 1. de Ora. 192. In congreſſionibus hominum.

† ADIVNC. Acerba & miſera, 1. Q. Frat. Bellicoſa, ſeuera, 7. Fam.

CONGRESSVS, *pugna.* 2. de Orat. 317. Ante congreſſum multa fiunt, quæ non ad vulnus, ſed ad ſpeciem valere videantur.

¶ *Colloquium, congreſſio.* 1. A. 26. Nempe in Antonij congreſſum colloquiúmque veniendum eſt. pro Seſt. 110. Omnes aditum, ſermonem, congreſſum tuum fugiunt. 4. Aca. 6. Quaſi verò clarorum virorum aut tacitos congreſſus eſſe oporteat, aut ludicros ſermones, aut rerum colloquia leuiorum. pro Syll. 16. Cùm interim Sylla cum eiſdem ne mediocri quidem ſermone & congreſſu coniungeretur. pro Planc. 66. Eorum neminem à congreſſu meo ianitor abſterruit. Orat. 33. Congreſſus noſtros, conſuetudinem victus, ſermonéſque doctiſſimos requiro. 1. Att. 17. Mihi verò vt inuideant piſcinarij noſtri, aut ſcribam ad te aliàs, aut in congreſſum noſtrum reſeruabo. 11, 12. Si quis congreſſus fuerit mihi cum Cæſare. 1. 14. Ac mihi perſuaſeram fore vt omnia placarentur inter vos, non modò ſermone ac diſputatione, ſed conſpectu ipſo congreſſúque veſtro.

¶ *Societas.* 2. de Nat. 123. In quo admirandum, eſt, congreſſúne aliquo inter, ſe, an iam inde ab ortu natura congregatæ ſint.

† ADIVNC. Mediocris, pro Syll. Quotidianus, 7. Fam. Taciti, 4. Acad.

☞ Syntaxis. *Venire in colloquium, & congreſſum alicuius. In congreſſum reſeruare, Fugere & requirere congreſſus.*

CONGRVENS, *aptus, accommodatus, conueniens, conſentiens* )( . *Repugnans, diſcrepans.* 3. de Or. 220. Actio menti congruens eſſe debet. 5. de Fin. 58. Actiones virtutibus cõgruentes. 1. de Leg. 38. Siue Ariſtotelẽ & Theophraſtũ cum illis re congruentes, genere docendi paulùm differentes. de Cl. 117. Tubero vita ſeuerus, & congruens cum ea diſciplina quam colebat. Part. 54. Actio congruens & apta ad animos permouendos. 3. de Or. 50. Ii ſunt in eo genere laudandi laudis, quòd ego aptum & cõgruens nominem. 1. de Fin. 45. Eadem ratio fecit hominẽ appetẽtem, cúmq; his natura & ſermone & vſu congruentem. 9. Fa. 24. Initium ſuſpicionis mihi fuerunt literæ tuæ, quibus literis congruentes fuerunt aliæ poſteà multorum. 7. 27. Sed tamen erat aptum bibliothecæ, ſtudiíſque noſtris congruens. 4. Acad. 44. Maximè autem conuincuntur, cùm hæc duo pro congruentibus ſumunt, tam vehementer repugnantia. 1. de Leg. 30. Oratio verbis diſcrepans, ſententiis congruens. de Cl. 141. Geſtus cum ſententiis congruens. * 1. de Leg. in Frag. Mundus omnibus partibus inter ſe congruentibus cohæret ac nititur.

☞ Synt-

Syntaxis. *Actio congruens homo. Sumere aliqua pro congruẽtibus. Aptum,& congruens:& contrà. Cum aliquo congruens.*

CONGRVENTER, *conuenienter*.3. de Orat.34. Ad id quod agitur, aptè congruenterque dicere.3. de Finib. 46. Congruenter naturæ,conuenienterque viuere.

CONGRVO. ‖*Cum datiuo vel ablatiuo idem quod conuenio, aptus, ſum congruens:conueniens, vbi diligenter cauendũ ne congruus cum imperitis dicamus. Neque enim Cicero aut poſt eius tẽpora Latinorũ vllus hoc verbo vſus eſt. Nunc autem Grammaticorum plebs Orationẽ congruam cõclamat,dum Latinã aſſerit,cùm neq; Congruens in ea ſententia latinum ſit. Nam congruo,& congruens rem cum qua conferũtur adiunctã habent*.4.V.129.Siculi ſuos dies menſéſq; congruere volunt cum ſolis lunæq; ratione.7.At.13.Reliqua patebant,& cum Terentię ſumma congruebant.3.de Ora.208.Non omni cauſæ congruit orationis vnum genus.3.de Fin.19.Principiis congruere debent quę ſequuntur de Amic.27.Si aliquem nacti ſimus,cuius cum moribus & natura congruamus.2.At.9. Valdè eius ſermo de Publio cum tuis literis congruebat. 2. de Fin.100.Quamquàm ea epiſtola cum ſententia eius Philoſophi nullo modo congruebat.3.Offi.13.Etenim quod ſummum bonum à Stoicis dicitur,conuenienter naturę viuere,id habet hãc (vt opinor)ſententiam,cum virtute congruere ſemper.5. Tuſc. 82.Congruere naturę,& cum ea conuenienter viuere.1.de Diu. 97. In his omnibus reſponſa aruſpicum cum Sibyllæ verſibus congruebant.1.de Leg.54. Hi de re vna ſolùm diſſident,de cæteris mirificè congruunt.4.Tuſ.30. Corporis temperatio,cùm ea congruant inter ſe, è quibus conſtamus, ſanitas dicitur. pro S.R.62.Cùm multæ cauſę conueniſſe in vnum locum,atque inter ſe congruere videntur.de Ar.29.Ea pars legis tuæ quæ congruebat cum iudicio Senatus.pro Mar.16.Noſtri ſenſus in bello congruebant. 1. de Inu.19. Nam illa quæ prima dicuntur, ſi vehementer velis congruere & cohærere cum cauſa, ex eis ducas oportet,quæ pòſt dicenda ſunt.* Hortenſ. Cougruere cum cogitatione magna voluptas corporis non poteſt.

† ADVERB. Mirificè,1.de Leg.Valdè,2.Att.Vehementer,1.de Inuent.

Syntaxis. *Cum aliquo,& alicui congruere. De hoc non congruunt illi. Iſta inter ſe congruunt. Congruere,& cohærere in aliqua re.*

CONIECTIO, *coniectus*. pro Cec. 43. Ictu cominùs coniectione telorum magnas ſæpe copias pulſas eſſe.2.de Diuin.130.Idẽ ſomniorum coniectionem definit hoc modo,eſſe vim cernentem & explanantem , quæ à diis hominibus ſignificentur in ſomniis.

CONIECTOR, *interpres ſomniorum,portentorum,vates*.2.de Diu. 134. Defert ad coniectionem quidam, ſomniaſſe ſe ouum,&c. 1.de Diu. 45. Somnij interpretatio à coniectoribus facta. Ibid. 62.Coniector quidam & interpres portentorum.1.124.Coniector ſomniorum.Par.6.Vaticinationes,& reſponſa ſacerdotum, aruſpicum,coniectorum.1.de Diu.42.72.

CONIECTVRA, *opinio, ſuſpicio, diuinatio, prouiſio, auguratio, exiſtimatio, ſignum, ſenſus*.12.At.5.Quod autem ſino hanc rem ἔξαχον à te.2.de In.16.Omnis igitur ex cauſa,ex perſona,ex facto ipſo coniectura capienda eſt.7. Fam.1. Omninò ſi quæris , ludi apparatiſſimi,ſed nõ tui ſtomachi:coniecturã enim facio de meo. 2.de In.29.Hęc ad aliquam coniecturam faciendam pertinent. 4.V.183. De cæteris ex hoc coniecturam facere debebitis.2.de Diuin.147. Coniectura, quæ in varias partes duci poteſt, nonnunquàm etiam in contrarias, nihil incertius, &c.Ibid.145.An ea quæ dixi , quicquam aliud ſignificant , niſi acumen hominum , ex ſimilitudine aliqua coniecturam modò huc,modò illuc ducentium? 8. Att.11.Non ariolans vt illa,cui nemo credidit , ſed coniectura proſpiciens iam iámque maiora , &c.13.9. Quam tu coniecturam faciebas ex literis Meſſalæ. 2.de Diuin. 129.Etiamſi fieri poſſit coniectura vera ſomniorum,tamen iſti qui pofitentur,eam facere non poſſunt. Ibid.65. Cur autem de paſſerculis coniecturam facit ? pro Mur.44.Ex vultu coniecturam faciunt,quantum quiſque animi habeat.1.de Diu.73.Facta etiam coniectura in Dionyſio eſt,qui,&c. Ibid.78. Fiunt certæ diuinationum coniecturę à peritis.de Cl.56.Tãtummodò coniectura ducor ad ſuſpicandum. Ibid.97. Iam hæc diuinatio eſt: ſed vide ne mea coniectura multò ſit verior.14. Att.25.Cupio antequàm Romam venio , odorari diligentiùs , quid futurum ſit:quanquàm vereor, ne nihil coniectura aberrem.1.eon. Rul. 17.Hęc à mę ſuſpicionibus & coniectura coarguuntur.Or.126. Cùm de vero ambigitur,quid quæri coniectura ſolet.pro Flac. 7.Iudicare aliquid coniectura.pro S. R.62. Tamen non temerè creditur,neq; leui coniectura res penditur.Ibid.97. Etiámne in tam perſpicuis rebus argumentatio quærenda , aut coniectura capienda eſt?pro Q.R.20.Multam coniecturam affert hominibus tacita corporis figura.2.de Diu.121.Ex ebriorum viſi innumerabilia coniectura trahi poſſunt, quæ futura videantur. pro Dom.15.Nonnulli ad illam rem rationem coniecturámque reuocabant,qui, &c.de Ar.54.Ad quem metum ſi deorum monitis non duceremur , tamen ipſi noſtro ſenſu coniecturáque raperemur. pro Cæl.66.Hæc cauſa ab argumentis , à coniectura, ab iis ſignis quibus veritas illuſtrari ſolet, ad teſtes tota traducta eſt.1.de Diu.24.Artes quæ coniectura continentur, & ſunt opinabiles. Ibid. 72. Alia ſubitò ex tempore coniectura explicantur.9.At.3.Tranſiſſe enim eum iam putabat,coniectura dierum ac tempeſtatum.9 Fam.2. Quanquam quò me coniectura ducat,habeo.Ibid.Sed ea vos coniectura proſpicitis.1.At.1.Petitionis noſtræ huiuſmodi ratio eſt,quòd adhuc cõiectura prouideri poſſit.pro Pomp.26.Multa prætereo conſultò,ſed ea vos coniectura perſpicitis pro Dom.11. Neque id coniectura proſpiciebamus,ſed iam experti videbamus.1.Fa.5.Quæ autem poſita ſunt in coniectura,quæq; mihi videntur fore,ea puto tibi à me ſcribi oportere. 10. A. 17. Quis ſapientior ad coniecturam rerum futurarũ.1.de Na.39. Chryſippus magnam turbam congregat ignotorum deorum,atque ita ignotorum,vt eos ne coniectura quidem informare poſſimus.7.V.63.Quid eius ſit,coniectura vos aſſequi debetis.Ibidem.& 12.At.20.Coniectura aſſequere. 2. 10. Quantum coniectura auguramur. 3. V.125. Ex vno de cęteris coniecturam facere.pro Mur.9.Huius rei coniecturam de tuo ipſius ſtudio facillimè ceperis.2.de Or.299. Facere coniecturam de ſe.

† ADIVNT. Bona,7.Verr.Certæ,1.de Diuin.Credibilis,probabilis,vera,2.de Diuin.Difficilis,6.Fam. Domeſtica,5. Ver.Facilis,5.de Fin.Infinita, 2.de Fin. Leuis, multa,pro S.R. Perſpicua,1.de Inuent.Verior, pro Cluent.

Syntaxis. *Coniecturam capere,facere,ducere. Cõiectura proſpicere, duci,aberrare,coarguere,iudicare,pẽdere aliquid,explicare quippiam, contineri.*

CONIECTVRALIS, *inficialis*. Topic.92.Prima quæſtio aut inficialis,aut coniecturalis appellatur.Ibid.50.Sed locus hic magis ad coniecturales cauſas valet.2.ad Her.8.Coniecturalis ſtatus. 2. de In. 14. Nunc à coniecturali conſtitutione proficiſcemur, cuius exemplũ ſit hoc expoſitũ.In itinere quidam,&c.2.de Diu. 26.Omne genus coniecturale in hoc ferè genere ponebas.

CONIECTVS, *coniectio*.4.At.3. Qu.fratris domus fracta coniectu lapidum.3.de Or.220.Oculorum tum coniectu,tum hilarite pro Seſt.115.Oculorum coniectus.

CONIECTVS.1.C.15.Ego tuas petitiones ita cõiectas,vt vitari non poſſe viderentur,parua quadã declinatione effugi.ad Brut. 9.In te omnium coniecti oculi ſunt.2.de Orat. 225. Coniectis oculis,geſtu omni imminenti,inquit,&c.pro Mur.73.Hęc omnia crimina à multitudine in tuam nimiam diligentiam ſerui coniecta ſunt.pro Seſt.40. Inimici oratio vana improbè in clariſſimos viros coniecta.1.de Diu. 57. Tum ei dormienti viſum eſt, &c.ſe interfectum in plauſtrum à caupone eſſe cõiectum & ſuper ſtercus iniectum.4. V, 18.O præclarè coniectum à vulgo in illam prouinciam omen communis famæ atque ſermonis.

¶ *Coniectura notus*.3.Qu.Fr.1.Quòd epiſtolam diu in manibus habui,ideò multa coniecta ſunt,aliquid alio tempore.1.de Diu. 118. Ea quibus bene percepta ſunt,ij non ſæpe falluntur : malè coniecta,maléque interpretata,falſa ſunt,non rerum vitio , ſed interpretum inſcitia.2.66.Hęc non tam admirabilia ſunt,quàm coniecta bellè.

† ADVERB. Bellè,2.de Diuin.Malè,1.de Diuin.Pręclarè,4.Verr.Gregatim in latomias,7.Ver.Improbè oratio in viros,pro Seſt.

CONIICIO, *coniectura aſſequor vel conſequor, coniecturam facio, coniectura proſpicio vel perſpicio, agnoſco, auguror, interpretor, diuino, exiſtimo*.7.V.40. Quàm multos eſſe oporteret,ex ipſo nauigio coniiciebat.14. Att.24.Sed citò conieci Lanuuij te fuiſſe.3. de Orat. 48. De me enim coniicio.3. Qu.Fr.9. Quàm te velim cautum eſſe in ſcribendo,ex hoc coniicio, quòd, &c.de Cl.53. L.Brutus,qui de matre ſuauiãda ex oraculo Apollinis iam acutè coniecit.1.de Diu.12. Num igitur,quæ tempeſtas impẽdeat, vates meliùs cõiiciet quàm gubernator?ibid.12.Bene qui coniiciet,vatem hunc perhibeto optimum.

¶ *Confero, iacio, trudo, emitto*. 8.Fa.4. Nam diſputando coniecit illam vocem Cn.Pompeius,omnes oportere Senatus dicto audientes eſſe.2.A.21.Negotiúmq; tranſegiſſes,ni ſe ſub ſcalas tabernæ librariæ conieciſſet.2.de Diui.46.Sed te mirificam in latebram conieciſti.2.Offic.60.Demetrius Periclem vituperabat, quòd tantam pecuniam in præclara illa propylea coniecit.7.V. 17.Coniicere aliquẽ in vincula,vel in carcerem.12. Fa.1.Reſp. iacet in iis perturbationibus , in quas eam ille coniecit.2. C.1. Cùm illum ex occultis inſidiis in apertum latrociniũ coniecimus.pro Do.67. Clodius Põpeium foro priuauit, domũ coniecit.5.At.16.Appius in vltimam prouinciam ſe coniecit Tarſum vſq;.pro Cæl.63.Licinius in fugam ſe cõiecit.pro Cæl.62.Sin ſe in intimum coniicere vellent, non ſatis commodè calceati & veſtiti id facere poſſent.3. de Orat. 192. Cùm quis ſe mente ac volũtate coniicit in verſum, verba ſequũtur.pro Pla.30.Coniicere maledicta in aliquem.pro Q.52.Ergo in eũ qui,&c.omnia tela conieciſti.pro Pla.83.Coniicere cauſam in locos: *id eſt diuidere*.Parad.1.Ego verò illa ipſa ludens conieci in locos communes. 2.de Leg. 64. Quam legem eiſdem propè verbis noſtri viri in decimam tabulam coniecerunt. 16. Attic. 6, Itaque id procemium conieci in eum librum quem ad te miſi.9.Fam.20.

In Epicuri nos aduerſarij noſtri caſtra cõiecimus. de Ar. 2. Coniicere telum,& emittere telum.

CONIICIOR,*agor,impellor,emittor*, 7 V.142. In Latumias ſtatim coniiciebantur.I.P. 94. Nulli coniicientur in hunc ordinem, nulli eximentur. 1.Tuſc.96.Coniici in carcerem. 5. 12. Coniici in eculeum.4. V. 127. Nunquid igitur oportet niſi tres ſortes coniici?vnam educi?nihil,coniici iubet tres,&c.de Ar. 45. Cùm in me flamma illorum temporum coniiciebatur, excepi, & pro patria ſolus exarſi. in Vat. 13. Omnia tela in te coniicientur.

† ADVERB. Acutè,de Clar. Acutiùs, bellè, 2.de Diu. Citò,14.Attic. Meliùs,1.de Diu.

☞ Syntaxis. *Coniicere ex,& de ſe. Conijcere ſe in fugam. Conijcere maledictum,telum in aliquem.Coniicere ſortes,aliquem in carcerem, vincula.*

*CONISCANS.in L.Piſ.Caput opponis,cum eo coniſcans.

CONIVGATIO.de Sen.53.Capitum coniugatio, & religatio, & propagatio vitium.Top.38. Locus ex coniugatione, id eſt, ex coniugatis.

CONIVGATA,*coniuncta*. Ibidem 12. Coniugata dicuntur,quæ ſunt ex verbis generis eiuſdem:vt ſapiens,ſapienter,ſapientia.

CONIVGIVM,*connubium,matrimonium* 1.Offic.54.Prima ſocietas in ipſo eſt coniugio.pro Clu.188. Præterea quid eam ſibi domum coniugij delegit,in qua,&c.6.Att.8. Etiam mehercule lætatus ſum ſermone Pyliæ de coniugio Tulliæ meæ.*Oecon. 1.Maritale coniugium ſic comparatum eſt à natura.

CONIVGO,*coniũgo*.1.Off.58.Eſt ea iucundiſſima amicitia,quam morum ſimilitudo coniugauit.2.de Fin. 45. Quæ *mens* diſiuncta coniugat.*meliùs*,coniungat.

CONIVNCTA,*coniugata*.2.de Ora.167.Ex coniunctis ſic argumenta ducuntur,&c.

CONIVNCTA,*adiuncta, locus dialecticus*. Part. 7. Alia ex coniunctis.

CONIVNCTE,*ſimul,coniunctim.* )(.*ſimpliciter, ſeparatim.* 2. de Orat.248.Si quando riſus coniunctè re verbóque moueatur. de Am.2.Coniunctiſſimè & amantiſſimè viuere cum aliquo. 2. de Orat.158.& 3.11.Simpliciter dici.)(.*Coniunctè efferri*.5.Fam.12. Coniuncténe malles cum cæteris rebus noſtra contexere,an ſeparare,&c.

CONIVNCTIM,*coniunctè*.8.Fa.8.Neque quid coniunctim de ea re referretur à Coſſ.1.de Inu. 9. Ac mihi videtur coniunctim agendumde materia & partibus.

CONIVNCTIO,*copulatio, neceſſitudo, affinitas, cognatio, ſocietas, conſociatio,congregatio,conuenientia,continuatio,quaſi concentus atque conſenſio*.1 Fa.7.Quòd mihi de filia & Craſſipede gratularis, agnoſco humanitatem tuam, & ſpero nobis hanc coniunctionem voluptati fore.4.8. Sin minùs, me certè in omnibus rebus ſatis noſtræ coniunctioni amoríque facturum.6.At.2. Dixerim me vel plurima vincula tecum ſummæ coniunctionis optare,& ſunt amoris arctiſſima : tantùm abeſt, vt ex quo aſtricti ſumus, laxari aliquid velim.13.A.11. Sed hanc mihi diſſipationem pro paterna neceſſitudine & coniunctione depoſco.16.At. 16. Hoc pro coniunctione & beneuolentia noſtra mihi ſumpſi,vt id à te peterem,quod,&c.13.Fam.10.Quæſturæ coniunctio liberorum neceſſitudini proxima eſt.3.de Fin.65. Nos ad coniunctionem congregationémque hominum, & ad naturalem communitatem eſſe natos. 13. Fam. 10. In omnibus nouis coniunctionibus intereſt, qualis primus aditus ſit, & qua commendatione quaſi amicitiæ fores aperiantur. Ibid.26.Idq; ipſe pro familiari conſuetudine ſæpe ex me audierat, quàm ſuauis eſſet inter nos & quanta coniunctio.pro Dom.28. Hanc noſtram coniunctionem certi homines fictis ſermonibus diremerunt.Ibid.118.Eius autoritas propter tantam coniunctionem affinitatis minor eſt putanda,pro Plan.22. Iam municipia coniunctione etiam vicinitatis vehementer mouentur.pro Cæl.55.Rationem tantæ familiaritatis & tantę conſuetudinis,tantæ coniunctionis reddas neceſſe eſt.8.A 20. Quorum eſt nemo,qui non mecum habeat aliquam coniunctionem gratiæ.de Ami.23.Si exemeris ex rerũ natura beneuolentiæ coniunctionem:*id eſt,amicitiam*.1.Off.11. Commune animantium omnium eſt, coniunctionis appetitus procreandi cauſa.2.de Diu.119.Hac igitur mentis cõiunctione cum externis mentibus cerni quæ ſint futura,continuatio coniunctióque naturæ. Ibid. 142. Coniectores ex quadam conuenientia & coniunctione naturæ,quam vocant *συμπάθειαν*,quod cuique rei conueniat ex ſomniis,& quid quamq; rem ſequatur, intelligunt.

¶ *Coniunctio, pro ea quam partem orationis faciunt Grammatici.* Orat. 135. Cum demptis coniunctionibus, diſſolutè plura dicuntur.

¶ *Enunciationis genus, in qua & adhibetur.* de Fat. 12. Ergo hæc quoque coniunctio eſt ex repugnantibus, & eſt Fabius, & in mari Fabius morietur. Ibidem. Non & natus eſt quis oriente canicula,& is mari non morietur. Ibid. 16. Ex connexo transferri ad coniunctionum negationem, hoc modo : Si cui venæ ſic mouentur,is habet febrem;non & alicui venę ſic mouentur, & febrem is non habet.Top.57.Coniunctionum negantia.

¶ *Verborum quadam exornatio eſt,cùm interpoſitione verbi,& ſuperiores orationis partes comprehenduntur,& inferiores,hoc modo*:Formæ dignitas aut morbo deflorеſcit,aut vetuſtate.4. ad Her.38.

† ADIVNCTA. Aeterna, perdiuturna,ſempiterna,2.de Nat. Contraria, vera, 4. Acad. Humana, 5. de Finib. Incolumis,3. Offic.Infinitæ, 2.de Diuin. Inuidioſa,8. Fam.Iucundiſſima,16. Fam.Magna,proxima neceſſitudini liberorum, ſuauis inter aliquos, veræ,13. Fam. Maxima gratiæ,7. Ver.Mediocris gratiæ,9. Phil.Noua,ſuauiſſima,4.Att.Paterna,10. Phil.Perpetua,4. Catil.Repentina affinitatis,2.Att.Summa,14. Phil.Tanta,pro Dom.Vetus,6.Fam.

☞ Syntaxis *Coniunctio quæſturæ,affinitatis,vicinitatis,beneuolẽtiæ naturæ,mentis. Conuenientia, & coniunctio. Hominum coniunctio congregatio,communitas.*

CONIVNCTVS, *iunctus,copulatus,continens,adiunctus,cohærens, conſentiens, implicatus cum aliquo, communis, ſociatus, connexus, habens ſocietatem,coniunctionem gratiæ,quaſi deuinctus,neceſſarius.* )(.*diſiunctus,ſolitarius*.1.Att.13. Multa conſuetudine coniuncti inter nos ſumus.de Am.39. Tum etiam cum iis & inter ſe coniunctiſſimos fuiſſe M.Curium & T.Coruncanum.14.At.15. Vt noſmetipſi inter nos coniunctiores ſimus.6. V. 72. Non ſolùm amicitia, ſed etiam cognatione cum aliquo coniunctum eſſe. pro Cl. 152. Equites ordini Senatorio concordia coniunctiſſimos eſſe cupio.16. Attic.17. Me paterna neceſſitudine coniunctum ſemper habuiſti. pro Plan. 27. Qui eſt cum illo maximis vinculis & propinquitatis & affinitatis coniunctus.1.A.7.Vrbs mihi coniunctiſſima. pro Syl.57. Homo mihi coniunctiſſimus officiis, vſu, conſuetudine.de Amic. 84. Homines beneuolentia coniuncti. 6. V. 81. Quæ cognatio ſtudiorum & artium propemodum non minùs eſt coniuncta, quàm illa generis & nominis.pro Syl.6.Non enim iam ſe vllo officio cum illo coniunctum putat,qui,&c.de Clar.2.Vir egregius coniunctiſſimúſque mecum conſiliorum omnium ſocietate.pro Do.27. Quod par amicitiæ fuit vnquàm coniunctius, quàm,&c.13.Famil.70. Nihil poteſt eſſe coniunctius, quàm nos inter nos ſumus. 1.de Orat. 24. Antonius ſumma cum Craſſo familiaritate coniunctus.9.At.10. Vt per te qui vtrique es coniunctus,res tota conficeret.Ibid. Cùm vtrique ſis maximè neceſſarius.16.21. Homo familiariſſimus, & mihi omnibus rebus coniunctus.2.de N.78. Deos inter ſe quaſi ciuili conciliatione & ſocietate eſſe cõiunctos.12.Famil.26. Lucius magna mecum neceſſitudine coniunctus eſt.2.de Orat.331.Hæc & natura & vtilitate,& tractatione coniuncta ſunt. 3. de Orat.61. philoſophia Oratori coniuncta maximè.2.de Diuin.33.Primum exta ſunt coniuncta mundo.2. Offi.34.Iuſtitia coniuncta intelligentiæ.ad Oct.Mea ſalus coniuncta publicæ ſaluti. pro Seſt. 4. Dolor coniunctus officio. 1. Offic.6. præcepta naturæ coniuncta, *i.naturalia*. de Sen.59.Virtuti tuæ fortuna coniuncta eſt.1.de N.26.Motus ſenſui coniunctus & continens. 1.C.33. Latrones ſcelerum fœdere inter ſe ac nefaria ſocietate coniuncti.pro Cæl.13.Quis turpioribus viris coniunctior? 1.Offi.44.Talis autem ſimulatio vanitati coniunctior eſt, quàm liberalitati.4.Famil.9. Cùm omnium noſtrûm periculum eſſet coniunctum ſuo.2.de Diuin.82. Conueniens & coniuncta inter augures conſtantia.3.de Ora.147.Verba continuata & coniuncta.pro Seſt.29. Scelera quætibi cum illo coniuncta atque communia ſunt.de Amic.85.Vt quoniam ſolitaria non poſſet virtus ad ea quæ ſumma ſunt peruenire, coniuncta & ſociata cum altera perueniret.pro S.R.39. Quæ vita eſt maximè diſiuncta à cupiditate, & cum officio coniuncta. de Cl. 317.Et dicendi ardore eram propior,& ætate coniunctior.1.de Ora.17.Celeritas reſpondendi ſubtili venuſtate coniuncta.Ibid. 243. Dicendi vis egregia ſumma feſtiuitare & venuſtate coniuncta.5.Fam.13.Declarat enim ſummam beneuolentiam coniunctam pari prudentia.3. A.35. Ea ſumma miſeria eſt, ſummo dedecore coniuncta.3.de Or.221. Verba neminem mouent, niſi eum,qui eiuſdem linguæ ſocietate coniunctus eſt.2.V.10. Vita multis vitiis flagitiíſque coniuncta. 1. de Leg. 6. Fannij ætate coniunctus Antipater. de Clar. 264. Varro cum Sicinio ætate coniunctus. 6.V.145.Poſteà decernitur,ac non variè,ſed propè coniunctis ſententiis. I. P. 32. Qui diſceſſus cum gloria potius eſſe coniunctus quàm cum probo putaretur. de Amic.15. Quo cum mihi coniuncta cura de repub.fuit.4.Fam.2. Quòd exiſtimas meam cauſam coniunctam eſſe cum tua. * Oecon. 1. Propter hoc mas cum fœmina eſt coniunctus. Hortenſ.Ita noſtros animos cum corporibus copulatos, vt viuos cum mortuis eſſe coniunctos.

† ADVERB. Maximè habere,15. Famil. Maximè Oratori, officio,3.de Orat.& pro Plan.Propemodum,6.Ver.

☞ Syntaxis, *Coniunctus cum aliquo,alicui. Coniuncti inter ſe,amicitia, cognatione. Habere aliquem coniunctum officijs, vſu, conſuetudine. Familiaris, & omnibus rebus coniunctus. Coniunctum & continens.Coniunctum & commune.Coniunctum & ſociatum.Vita, vitiis coniuncta,Coniunctus alicuius ætate:id eſt,proximus.Conſtantia conueniens, & coniuncta inter amicos. Philoſophia Oratori coniuncta maximè.*



UNED

CONIVNGENDVS, pro Clu. 46. Similitudo morum multùm valet ad coniungendas amicitias.8.At.3. Vt mihi vel cōſilium ✝ meum cum illius conſilio,vel fortuna coniungenda.‖6.V. 145. Coniungendæ neceſſitudinis cauſam ſatis iuſtam putant.

CONIVNGO,*copulo,coniugo,conglutino,conſocio,congrego, coagmento,concilio,connecto*.16.At.Ego ad Prætores miſi,vt ſe nobis coniungerent.pro Deiot.39. Deiotarus, quocum mihi amicitiam reſp.conciliauit,hoſpitium voluntas vtriuſque coniunxit. 7. A. 6.Quanquàm nos ab ineunte ætate illius vſus,conſuetudo, ſtudiorum, etiam honeſtiſſimorum ſocietas ſimilitudóq; coniunxit.pro Pom. 26. Quantum illud bellum factum putetis, quod coniungant reges potentiſſimi.I.P. 20. Quem ego ciuem meo iudicio cum deorum immortalium laude coniungo.1.Qu.Fr.1. Difficile eſt ea,quæ commodis,vtilitate & propè natura diuerſa ſunt,voluntate coniungere.5.Fa.7.Nō dubito quin Reſp. nos inter nos conciliatura coniunctuáque ſit.pro Quin. 52. Is qui cùm te aut voluntas congregauit, aut fortuna coniunxit. Poſt-qu.in Senat. 4. Nunquàm dubitaſtis meam ſalutem cum ſalute communi coniungere.pro Qu.R.16.Falle ſocium,qui ſe in negotio coniunxit.10.At.10. Volare dicitur Petreius, cum Afranio coniunxiſſe.7.Fa. 30. Eámque epiſtolam cum hac coniunxi.

CONIVNGOR.pro Syl. 16. Cùm interim Sylla cum eiſdem ne mediocri quidem ſermone & congreſſu coniungeretur. de Cl. 120.In doctrina Academicorum veterum diſſerendi ratio coniungitur cum ſuauitate dicendi & copia.6.V. 117. Portus, qui cùm diuerſos inter ſe aditus habeant,in exitu coniunguntur,& confluunt.de Pro.42.Quòd me ſecum ne beneficiis quidem videbat poſſe coniungi.2.de Ora. 308. Neque tanti eſt illud quod videtur prodeſſe,vt cum aliquo malo coniungatur.1. Qu.Fr.1. Aliquem hoſpitio,& amicitia cum aliquo coniungi.Ibid. Cuius ſumma grauitas ab illo Philoſopho cum ſingulari comitate coniungitur.

✝ ADVERB.Maximè,13.Famil.Maximè lingua,1.Offit. Maximè ſocietate,pro Corn.Mirificè,12.Famil.Quàm maximè,5.Famil.

☞ Syntaxis. *Coniungere aliquem cum deorum immortalium laude, i.æquè laudare ac deos.Conciliare & coniungere inter ſe amicos.Coniungi,& confluere.*

CONIVNX,*particeps connubij*.8.At.2.Vagamur egentes cum coniugibus & liberis.3.de Nat.78.Qui non ſat habuit coniugem il-✝lexiſſe in ſtuprum.1.Qu.Fr.3.Fideliſſima coniunx.‖2.V.14.Cōiuges conſeruare non licitum.eſt.3.A.16.Pater coniugis tuæ. 4. C.18. De coniugum veſtrarum ac liberorum anima iudicandum eſt.

✝ ADIVNCT.Minimè auara,3.Phil.Fidiſſima,pro Seſt.Fidelis,2.Offic. Fideliſſima,9.Phil. Integra à petulantia,2.Ver.Miſera, pro Domo ſua ad Pont.

CONIVRATIO,*conſpiratio,conſenſio*.2.C.6.Vt omnes factam eſſe apertè coniurationem contra Remp.videretis.3. 17. Hæc in remp.coniuratio manifeſtè deprehenſa eſt.4.6. Tam exitioſam haberi coniurationem à ciuibus nunquàm putaui. 3. Offic. 44. Nam ſi omnia facienda ſunt quæ amici velint,non amicitiæ tales,ſed coniurationes putandæ ſunt.1.C.13.Iſta coniuratio perditorum hominum:*id eſt,Iſti coniurati.*

✝ ADIVNC.Ciuilis,occulta,5.Famil.Exitioſa,impia,4.Cat. Recens.)( vetus,pro Dom.Scelerata, Anteq. Sceleratiſſima,13. Famil. Superior, pro Syl.

CONIVRATOR,4. C. 20. Manus coniuratorum,quam videtis eſſe permagnam.

CONIVRATVS,pro Fon. 11. Teſtibus cupidis,iratis, coniuratis,non credendum eſſe,pro Mur.52. Homines iam tum coniuratos cum gladiis in campum deduci à Catilina ſciebam. pro Plan.100.Exules coniurati.

CONIVRO,*conſentio,conſpiro*.pro Syl. 70. Catilina contra remp. coniurauit.Ibid.71.Ij quos coniuraſſe cognitum eſt. de Ar. 36. Hi quibuſcum coniuraſti.pro Mil.66.Seruos Milonis ſibi confeſſos eſſe de interficiendo Pompeio coniuraſſe.5.Fa.6.Scito me tantum habere æris alieni,vt cupiam coniurare.

CONNECTO,*coniungo*.)( *ſeparo* de Nat.

*Æternum ex aſtris cupiens connectere nodum.*

CONNECTOR,*iungor*.3.de Ora. 164. Nam illud ex hoc genere profluit:non eſt in vno verbo tranſlato,ſed ex plurib. continuatis connectitur.14.At. 18. Iſta verò quæ tu connecti vis, aliud quoddam ſeparatū volumen expectant.2.de Di.111.Ἀκροστιχὶς cùm deinceps ex primis verſus literis aliquid connectitur. de Fat.12.Si verum eſt,quod ita connectitur: ſi quis oriente canicula natus eſt,is in mari non morietur.1.de Fin. 67. Amicitia cum voluptate connectitur.

✝ ADVERB.Verè,de Fato.

CONNEXIO.de Or. *

CONNEXVS,*nexus,aptus,coniunctus*.I.P.10.Perſequere his funerib.connexos dies.2.de Nat.97.Qui tam certos cœli motus,tam ratos aſtrorum ordines,támq; omnia inter ſe apta. & connexa viderit.4.de Fin.53. Eſt apud illos ordo rerum conſeruatus, & omnia inter ſe apta & connexa.2.de Orat. 325. Connexum ſit principium conſequenti orationi,ita vt,&c.de Som. 9. Nouem tibi orbibus connexa ſunt omnia.Part. 137. Sic inter ſe pleraq; ſunt connexa & apta,vt,&c.

✝ ADVERB.Leuiter,2.de Nat.deo.

☞ Syntaxis. *Apta,& inter ſe connexa. Connexa,& apta.*

CONNEXVM, *enunciati & concluſionis genus*.4. Acad. 96. Ratio connexi,cùm conceſſeris ſuperius,cogit inferius concedere. de Fat.14. Si quod primum in connexo eſt neceſſarium, fit etiam quod conſequitur neceſſarium.

CONNITOR,*nitor,operando conor*.3.Off.6.Quantum conniti animo potes,quantum labore contendere, tantum fac vt efficias. 5.de Fin. 42. Cùm autem paulùm firmitatis acceſſerit, connituntur vt ſe erigant,& manibus vtuntur.in Arat.

*Atq; genu flexo taurus connittitur ingens.* 1.de Diu.44.Deinde eius germanum cornibus connitier in me arietare.

CONNIVENDVM.pro Fl.25.In quo etiamſi quid erraſſet, omnes boni conniuendum eſſe arbitrarentur.

CONNIVENS,1.Tuſ.117. In mediis vitæ laborib. obdormiſcere,& ita conniuētem ſomno conſopiri ſempiterno.2.de N. 143. Oculi ſomno conniuentes, palpebris tanquàm inuoluti quieſcunt.de Ar.38.Conniuentes oculi abaui tui.

CONNIVEO,*palpebras oculorum moueo,modò claudens, modò aperiens:diſſimulo*.pro Cæl.41.Multa nobis blandimenta natura dedit,quibus ſopita virtus conniueret.1.A.18. Sed ea ipſa concedo,quibuſdam in rebus etiam conniueo.pro Cæl.59.Prò dij immortales, cur interdum in hominum ſceleribus maximis conniuetis?de Ar.52. Qui in tot tantíſque ſceleribus conniuebant.

CONNIXVS,*fultus,firmus*.2. Tuſc.47. Ratio connixa per ſe & progreſſa longiùs fit perfecta virtus.

CONNVBIVM,*coniugium*.Antequàm.24.Túque particeps connubij,ſocia regni regina Iuno.Topi.20. Mulier nupta cū eo cui connubij ius non eſt.1.Off.54.Sequuntur cōnubia & affinitates.

CONNVS.9.Fa.22.Socratem fidibus docuit nobiliſſimus fidicen, is Connus vocitatus eſt:num id obſcœnum putas?

CONOR,*tento,experior,molior,enitor,incumbo,id ago,vt,&c. id molior,id pugno,vt,&c.*2 de Ora.61. Poëtas omninò quaſi alia quadam lingua locutos non conor attingere. 1. de Orat. 25. Sed priuſquàm illa conor attingere,proponam.&c.Orat.105.Vidéſne profectò Demoſthenem multa perficere, nos multa conari: illum poſſe,nos velle.pro S.R.54. Non modò facere non poſſum,verùm ne conor quidem.pro Qu.77. Dixi mihi videri ore duriſſimo eſſe, qui præſente eo geſtum agere conaretur. pro S. R.135.Quæ efficeret,quæ conetur.Orat. 210. Id fortaſſe non perfecimus,conati quidem ſumus de Vniu.33.Hęc ſi verbis explicare conemur,fruſtra laboremus.2.C.19. Quibus hoc præcipiendum videtur, vt deſperent ſe id quod conantur, conſequi poſſe.pro Clu.182. Mater in filij caput quæſtionem habere conata eſt.Ibid.160.Hæc ſi T.Actius cogitaſſet,profectò ne conatus quidem eſſet dicere,id quod multis verbis egit, iudicem nō deuictum legibus eſſe oportere.pro Deiot.18. Quod & occultius conari & cautius efficere potuit.Orat. 33. Magnum opus omninò & arduum,Brute,conamur: ſed nihil difficile amanti. puto.4.Fa. 13. Et afferam rationes, quibus te à moleſtiis coner abducere.1.4.Qui nunc,&c.ſi qua conabuntur agere, ſatis prouiſum eſt,&c.Ibid.9.Ea eſt enim conatus,quibus patefactis,&c. 4.7.Aut enim bellum renouare conati ſunt, & hi ſe in Africam contulerunt.de Aruſpic. 7. Si impetum in me facere conabitur, reſiſtam,& eius conatus refutabo. * pro P. Oppio. Hoc veriſimile eſt,tantum ſcelus Oppium eſſe conatum?

✝ ADVERB.Occultiùs,pro Deiot.Omninò verbum facere,pro Quint. Rectè regere ſtudia,pro Pomp.

☞ Syntaxis. *Conor attingere.Conari multa.*

CONQVASSATIO,*concuſſio,commotio*.4.Tuſc.23.Morbus & ægrotatio ex totius valetudinis corporis conquaſſatione & perturbatione gignuntur.

CONQVASSATVS,*concuſſus, commotus*. pro Seſt. 56. & in Vat. 19.Exteras nationes illius anni furore conquaſſatas videbam.4. Fa.5.Omnes prouinciæ conquaſſatæ ſunt.1.de Diu.97. Apulia maximis terræ motibus conquaſſata eſt.

CONQVERENDVM.pro Seſt. 3. Nihil ab eo prætermiſſum eſt, quod aut pro republica conquerendum fuit, aut pro reo diſputandum.

CONQVEROR,*deploro*.5.Fa.2.Nihil tecum de tui fratris iniuria conqueror.8. 9. Contriſtauit hæc ſententia Cornelium,& ſcio eum conqueſtum eſſe cum Scipione.6.V.111.Non illi bonorum direptiones,non iniqua iudicia,non vim,non contumelias,quibus oppreſſi erant,conquerebantur,ſed,&c.7. 70. Si ad ſaxa hæc conqueri ac deplorare vellem. 5.45. Tanta vis erat iniuriarum, vt homines quiduis perpeti, quàm non de iſtius prauitate & iniuriis deplorare & conqueri mallent.pro S.R. 25. Conqueri de ſcelere & iniuriis alicuius.Ibidem 9.Grauiter conqueri. 2. Tuſ. 50.Conqueri fortunam aduerſam,non lamentari decet.

✝ ADVERB.Grauiter,pro S.R.Grauiſſimè, 2.cont. Rull. Mediocriter, pro Quint.Publicè de factis,4.Ver.Veriſſimè,1.cont.Rull.

Syntaxis. *Conqueri cum aliquo. Conqueri, ac deplorare aliquid: & contrà. Conqueri de aliqua re. Conqueri, non lamentari.*

Conqvestio, *querela*. 1. Q.Fr.1.3.ad Her.23.& 1.de Inu.106.

Conqviescendvs. 3.de Ora.189. Notatur autem maximè ſimilitudo in conquieſcendo.

Conqviesco, *quieſco, conſideo, deſino*. Orat.107. Ita poſtremò eiiciuntur, vt ne ad ſaxa quidem cōquieſcant. pro R.P.44. Hyeme omnia bella iure gentium conquieſcunt pro Mil.69. Si vrbs ab armis ſine Milonis clade nunquam eſſet conquietura. pro Corn. 3. Is à pueritia vſque ad hanc ætatem à continuis bellis nunquàm conquieuit. pro Dom.101. Nunquàm conquieſcet fluctus bonorū. 1. cont. Rul.21. Vectigal, quod intermiſſis aliis non conquieſcat. pro Mil.38. Itaque quando illius poſteà ſica conquieuit? 1. Famil.1. Quoniam tu niſi perfecta re de me non conquiêſti. 5. de Fin.55. Videmus igitur vt conquieſcere ne infantes quidem poſſint. 1. At.4. Ex omnibus moleſtiis ac laboribus vno illo in loco conquieſcimus. 9. Fam.6.1.At.17. Quod nos quoque imitamur, vt poſſumus, & in noſtris ſtudiis libentiſſimè conquieſcimus. 2. Fam.1. Vt ætas noſtra iam ingraueſcens in amore atque in adoleſcentia conquieſcat tua. de Am. 22. In amici mutua beneuolentia conquieſceret. 4. Fam. 6. Habebam, quò confugerem, vbi conquieſcerem, cuius in ſermone & ſuauitate omnes curas doloréſque deponerem. pro Pomp.15. Etiamſi irruptio nulla facta ſit, tamen agricultura deſeritur, mercatorum nauigatio conquieſcit. pro Arch.12. Hic homo ſuppeditat nobis, vbi & animus ex hoc forenſi ſtrepitu reficiatur, & aures conuitio defeſſæ conquieſcant. 12. At.38. Conquieſcent literæ, niſi quid noui extiterit.

† Adverb. Libentiſſimè, 9. Famil. Paulùm aduentu alicuius, pro Q. Lig. Nunquàm, pro Dom. pro Corn.

Syntaxis. *Conquieſcimus in aliqua re, dum quietè nobis eſt, atque tranquille. Quieſcit ſtudium: id eſt, intermittit, ceſſat.*

Conqviro, *inueſtigo, magna diligentia quæro*. 2. cont. Rull.96. Statim conquiſituri ſunt aliqui ſceleris. 3. Offic.117. Conquirere ſuauitates vndique. 1. ad Her.1. Græci ſcriptores ne parum multa ſcîſſe viderentur, ea conquiſiuerūt, quæ nihil attinebant, vt ars cognitu difficilior putaretur. 3. de Orat.26. Sed quid ego vetera conquiram. 6. V.40. Conquiri Diodorum iubet. 1. de Or. 202. Non enim hoc conquirimus, ſed, &c. *Hortenſ. Vt aliorum facta & euenta conquiram.

Conqviror, *indagor*. 5. Famil.9. Ego tamen terra maríque vt conquireretur, præmandaui: & profectò illum reperiam, niſi in Dalmatiam aufugerit. 2. de Finib.110. Sed ea nullam aliam ad rem, niſi ad voluptatem conquiruntur.

† Adverb. Curioſiùs, de Clar. Studioſè, 4. Acad. Vndique, 5. Ver. Vndique pecuniam, 12. Fam. Vndique ſuauitates, 3. Offic.

Conqvisite, *exquiſitè, diligenter, doctè*. 2. ad Her.50. Conquiſitè conſcribere aliquid.

Conqvisitio. de Pro. 5. Exercitus ſuperbiſſimo delectu & duriſſima conquiſitione collectus. de Vniu.5. Difficillimum eſt in omni conquiſitione rationis exordium.

† Adivnc. Duriſſima. de Prouin. Omnis, de Vniuer.

Conqvisitor, *cui aliquid conquirendum mandatum eſt*. 7. At. 20. Nullus vſquàm delectus: nec enim conquiſitores φαινοπροσωπεῖν audent, cùm ille adſit pro Mil.68.

Conqvisitvs, *exquiſitus, inſignis*. 5. Tuſc.62. Incendebantur odores, menſæ conquiſitiſſimis cibis extruebantur. de Ar.57. Si quis aliquem fictis cōquiſitíſq; vitiis deformatum vellet inducere. 2. con. Rul.96. Iſti ab Rullo conquiſiti atque electi coloni.

Consalvtatio. 2. At.18. Conſalutatio forenſis.

† Adivnc. Forenſis, perhonorifica, 2. ad Attic.

Consalvto, *ſaluto*. 2. de Ora.13. Qui cùm inter ſe, vt eorum vſus ferebat, amiciſſimè conſalutaſſent. 2. A.58.

† Adver. Amiciſſimè inter ſe, 2. de Orat.

Consanesco, *ſanor, ſanus fio*. 4. Famil.6. Nunc hoc tam graui vulnere, etiam illa quæ conſanuiſſe videbantur, recrudeſcunt.

Consangvinevs, *ſanguine coniunctus, propinquus*. 1. de Inu. 35. Cognatio, quibus maioribus quibus conſanguineis. * 1. de Leg. ‖ In fr. Nec ſe intelligunt eſſe conſanguineos.

Consavcio, *ſaucio, vulnero*. 4. ad Her.27. In hoc autem crebro & celeri vulnere corpus conſauciari videtur.

Consceleratvs, *ſceleratus*. pro S.R.67.3.V.90. & ad Oct. Quæ furiæ dies noctêſque parentum pœnas à conſceleratiſſimis filiis reputant.

Conscendens. 3. Fam.10. Tamen vt vidit tua intereſſe, conſcendens iam nauem, Epheſo Laodiceam reuertit.

Conscendo, *aſcendo*. 2. Q. Fr.2. Tu velim quàm primùm conſcendas, ad méque venias. 9. Attic.2. Si Cn. bene comitatus conſcendiſſet, & conſules tranſiſſent. 12. Fam.25. Quamobrem conſcende nobiſcum, & quidem ad puppim: vna nauis eſt iam bonorum omnium, &c.

Syntaxis. *Conſcendere nauem, ad puppim.*

Conscensio, *aſcenſus*. 1. de Diuin.68. Conſcenſio in naues.

Conscientia, *recordatio, animi quædam ratio, vis & lex, à qua & de rectè factis, & ſecus admonemur*. 3. de N.85. Et virtutis & vitiorum ſine vlla diuina ratione graue ipſius conſcientiæ pondus eſt: qua ſublata iacent omnia. 13. Attic.20. In omni vita ſua quenquam à recta conſcientia tranſuerſum vnguem non oportet diſcedere. pro Mil.63. Magna vis eſt conſcientiæ in vtramq; partem, vt neque timeant qui nihil commiſerunt, & pœnam ſemper, ante oculos verſari putent qui peccârint. 2. A.114. In ipſa conſcientia rectè factorum ſatis magnus laborum fructus eſt. 12. At.27. Mea mihi conſcientia pluris eſt quàm hominum ſermo. Parad.5. Timor ex conſcientia peccatorum exoritur. Antequàm.19. Illi ſcelerum ſuorum conſcientia cruciati, popul. Ro. pœnas dabunt. 1. C.1. Patére tua conſilia non ſentis? cōſtrictam iam omnium horum conſcientia teneri coniurationem tuam non vides? 3. C.10. Is recitatis literis conſcientia conuictus repentè conticuit. 2.13. Homo audaciſſimus conſcientia conuictus reticuit. pro Cæl.23. Qui non modò facto, ſed etiam à conſcientiæ ſuſpicione abeſt. de Cl.250. Qui in hoc communi malo conſoletur ſe, cùm conſcientiam optimæ mentis, tum etiam vſurpatione & renouatione doctrinæ. pro Mil.65. Conſcientia magnorum delictorum. 1. de Fin.51. Quòd ſi qui ſatis opibus hominum ſibi contra conſcientiam ſepti eſſe & muniti videntur, deos tamen horrent: eáſque ipſas ſollicitudines, quibus eorum animi noctes atque dies exeduntur, à diis immortalibus ſupplicij cauſa importari putant. Parad. 2. Te conſcientiæ ſtimulant maleficiorum tuorum. 3. Offic.85. Hunc tu quas conſcientiæ labes in animo cenſes habuiſſe? quæ vulnera? 1. de Leg. 40. Itaq; pœnas luunt, non tam iudiciis, quàm quòd eos agitant inſectantúrque furiæ: non ardentibus tædis, ſicut in fabulis, ſed angore conſcientiæ, fraudíſq; cruciatu. 3. Offi.44. Sceleris eſt pœna triſtis, & præter eos euentus qui ſequūtur, per ſe ipſa maxima eſt: cùm verò iurato dicēda ſentētia ſit, meminerit Deum ſe habere teſtem: id eſt, vt ego arbitror, mentem ſuam, &c. 3. Fa. 7. Hæc ad te ſcripſi liberiùs, fretus conſcientia officij mei. 10. At.4. Præclara igitur conſcientia ſuſtentor. 1. de Leg.40. Angor & ſollicitudo conſcientiæ vexat impios. pro Cluen.56. Conſilia conſcientiæq; facinorum ſupplicio dignæ ſunt. 7. V.182. Illi ad quos conſcientiæ contagio pertinebit. 2. ad Her.8. Accuſator dicet aduerſarium cùm ad eum ventum ſit, erubuiſſe, expalluiſſe, titubaſſe, inconſtanter locutum eſſe, &c. quæ ſigna conſcientiæ ſunt. 2. de Fin.28. Epicurus in magnis interdum verſatur anguſtiis, vt hominum conſcientia remota nihil tam turpe ſit, quod non voluptatis cauſa videatur eſſe facturus. I. P.39. Tu oppreſſus conſcientia ſcelerum tuorum. Ibid.43. Impedita & oppreſſa mens conſcientia. Ibid.44. Horum alter ſic fuit infirmatus conſcientia ſcelerum & fraudum ſuarum, vt non ſit auſus, &c.

† Adivnc. Comes, 10. Attic. Communis, 4. Ver. Iucundiſſima benè actæ vitæ, de Senec. Præclara, ſcelerata, 1. Attic. Recta, 13. Attic. Stabilis, 2. de Finib. Supplicio dignæ, pro Cluent.

Syntaxis. *Conſcientiæ pondus, angor, vis. Conſcientiæ te vexant malè facti. Officij conſcientia fretus. Conſcientia ſuſtentari præclara. Conſcientiæ ſigna: id eſt, læſæ, vel peccati. Conſcientia opprimi. Mens impeditur, & opprimitur conſcientia.*

Conscindo, *diſcindo, ſcindo, diſcerpo*. 7. Fa.18. Epiſtolam tuam conſcidi innocentem: nihil enim habebat, quod non vel in concione rectè legi poſſet. 5. V.56. Conſcindere aliquem pugnis & calcibus. 2. At.19. Conſcindere aliquem ſibilis.

Conscindor, *laceror*. 8. At.25. Is me ab optimatibus ait conſcindi.

Conscissvs. 7. Fam.25. Quòd epiſtolam conſciſſam doles, noli laborare, ſalua eſt domi.

Conscisco, *infero*. 5. V.129. Aratores mortem ſibi ipſi conſciuerunt. de Cl.43. Themiſtocles veneno ſibi mortem conſciuit. 7. Fam.3. Mortem mihi cur conſciſcerem cauſa non viſa eſt: cur optarem, multæ. Ibid. Aut capiendus tanquàm exilio locus, aut conſciſcenda mors voluntaria. 2. de Natu.8. Iunius necem ſibi ipſe conſciuit. pro Cluent.171. Is mortem ſibi ipſe conſciſcet. ad Brut.16. Nec incolumis fui Cæſare viuo, niſi poſtquàm illud conſciui facinus.

Syntaxis. *Conſciſcere ſibi mortem. Conſciſcenda mors voluntaria. Facinus conſciſcere.*

Conscivs, *particeps, ſocius, teſtis*. pro Cluent.59. Is conſcius illi facinori fuiſſe putabatur. 6. V.124. Nolo viros primarios eſſe temeritati & mendacio conſcios. 1. Atti.15. Ille mihi in priuatis rebus omnibus conſcius eſt. 11. Famil.28. Conſcius autem mihi eram nihil à me commiſſum eſſe, quòd, &c. 1. Tuſc.10. Etſi mihi conſcius ſum, nunquàm me cupidum fuiſſe vitæ. 3. Offic.73. Ego mihi nullius culpæ conſcius ſum. pro Cæl.52. Huic tanto facinori tua mens liberalis conſcia eſſe non debuit. Ibid. Serui conſcij multarum rerum. pro Deiot.21. Horum, inquit, eram conſcius. Ibid. Habere aliquem conſciū maximi ſceleris. 5. Fa.5. T. Pomponius homo omniū meorum in te ſtudiorum & officiorum maximè cōſcius. pro Font.6. Satíſne vobis multos ſatis idoneos

idoneos teſtes & conſcios videtur ipſa fortuna eſſe voluiſſe earum rerum,quæ,&c.2.de Finib.53. Facilè vt excogitet, quò occultè,ſine teſte,ſine vllo couſcio fallat.3.ad Her.33. Et eius rei multos dixerit teſtes & conſcios eſſe.

† ADVERB.Maximè ſtudiorum,5.Famil.

☞ Syntaxis. *Facinoris conſcius,& facinori.Teſtis & conſcius boni & mali. in hoc tibi ſum conſcius.*

CONSCRIBO,*ſcribo,compono*.de Sen.83. Sed illos etiam de quibus audiui & legi,& ipſe conſcripſi.13.At.48. Conſcripſi de his ipſis libris epiſtolam ad Cæſarem.1.ad Her.1.Vt de ratione dicendi conſcriberemus. 7. Fam. 19. Inſtitui Topica Ariſtotelica conſcribere,ab ipſa vrbe commonitus amantiſſima tui. 12. Att. 20.De Antonio Balbus ad me cum Oppio conſcripſit. pro S. R. 100. Volumen quod ei planum facere poſſum Erucium conſcripſiſſe.12.Fa. 15. Milites,quos Dolabella ex Aſia conſcripſerat,è Syria fugientes in Pamphyliam venerunt.

CONSCRIBOR. poſtquàm ad Quir. 13. Cùm homines in tribunal Aurelio palàm conſcribi centuriariq; vidiſſem. pro Seſt. 34.Cùm ſerui vicatim conſcriberentur,decuriarentur.

† ADVERB.Celeriter veteranos, 10.Famil. Communiter edictum, 3. Offic.Diligentiùs,perquiſitiùs,1.de Inu.Nominatim, Perſpicuè, * nominatim ſeruum,poſtquàm in Sen.Palàm, pro Domo, & poſtquam in Senat.Publicè,7.Ver.Separatim,2.de Leg.Subtiliùs,1.de Leg.Vicatim homines,pro Seſt.

CONSCRIPTIO,*ſcriptio*.pro Cl.191.Falſæ conſcriptiones quęſtionum.

CONSCRIPTVS,*ſcriptus*.de Cl.132.Liber, quem de conſulatu ſuo conſcriptum miſit ad Furium poëtam.pro Cl.186.Fortunas alterius literis conſcriptas in iudicium afferre.

¶ *Ad hæc* CONSCRIPTI *dicebantur, qui ex equeſtri ordine patribus adſcribebantur,vt numerus Senatorum expleretur:hinc poſteà Senatores omnes,Patres conſcripti appellati*.4.C.3.Quare P.C.conſulite vobis.4.ad Heren.31. Demus operam, Quirites, ne omninò Patres conſcripti circunſcripti putentur.

*CONSECRANDVS. de Conſolat. Si vllum vnquàm animal conſecrandum fuit.

CONSECRATIO,*dedicatio*.pro Dom.125. An conſecratio nullum habuit ius?dedicatio eſt religioſa?pro Dom. 106. Clodius ſuis ſe dicit manibus domum ciuis optimi conſecraſſe. quæ tua fuit conſecratio?Ibid.123. & 124. Conſecrationes fiebant aut à Pontificibus,aut à Tribunis pleb.pro Corn. 33. Obteſtatio & conſecratio legis.pro Dom. 127. In conſecratione ſtatuebantur aræ,quæ religionem afferrent.

CONSECRATVS,*ſacer*.)(.*Profanus*.6 4.Hũc Cupidinem, quòd conſecratus erat,non attigit.ibidem 128. Ariſteus cum Libero patre eodem in templo conſecratus.1.Qu.Fr.1.Vrbes in quibus tuas virtutes conſecratas vides.1.Tuſc.32.Vetera iam iſta & religione omnium conſecrata.2.5.Qui certis quibuſdam deſtinatiſque ſententiis quaſi addicti & conſecrati ſunt.4.C.2. Campus conſularibus auſpiciis conſecratus.6.V.106. Sicilia Cereri conſecrata eſt.4.51.Mutia honore hominis deorum religione conſecratus.2.14. Delubra ſanctiſſimis religionibus conſecrata. 3. Tuſc.1.Ars eius atque vtilitas deorum immortalium inuentioni conſecrata:*id eſt,medicina*.2.de Nat.61. Cupidinis & Veneris vocabula conſecrata.5.Tuſc.11.Ratio diſputandi Socratis, Platonis memoria & literis conſecrata.‖2.de Nat. 78. Mens, fides, virtus,concordia,conſecratæ,& publicè dedicatæ ſunt. pro Seſt. 143.Neque ſi hanc opinionem in illo ſanctiſſimo Hercule conſecratam videmus,minùs exiſtimemus,&c.pro Mur. 1. Illa ſolennis comitiorum precatio conſularibus auſpiciis conſecrata. 3.de Natu. 51. Certæ tempeſtates pop. Romani ritibus conſecratæ.Ibid.61. Quarum rerum vtilitate video etiam conſecrata ſimulachra.1.102. Belluas à barbaris propter beneficium conſecratas.2.de Leg.27. Ex hominum genere conſecrati, vt Hercules,&c.2.de Diui.69. Ex ea Aio loquenti ara in noua via conſecrata eſt.1.Qu.Fr.1. Virtutes tuas conſecratas, & in deorum numero collocatas vides.pro Clu.43.Martiales quidam Larini appellantur miniſtri publici Martis, eíque Deo veteribus inſtitutis conſecrati.3.de Nat.50. Virorum fortium memoriam honore deorum immortalium conſecratam.de Aruſp.7. Clodium eſſe conſecratum Miloni.Part.36. Locus conſecratus. )(. *Locus profanus*.3.de Natu.50. In pleriſque ciuitatibus intelligi poteſt, acuendæ virtutis gratia, aut quo libentiùs Reipub. cauſa periculum adiret optimus quiſque virorum fortium memoriam honore deorum immortalium conſecratam.

† ADVERB.Publicè,2.de Nat.Rectè,2.de Leg.

CONSECRO,*dico,dedico,ſacro,religioſum facio,monumentum facio, fanum alicui facio,mortuum in locum aliquem infero*. 2. de N. 61. Quamuis menti delubra, Virtuti & Fidei conſecremus, tamen, &c.1.Qu.Fr. 1. Ampliſſimis monumentis conſecrare memoriã nominis ſui.2.de Leg.5. Patria, cui nos totos dedere, & in qua noſtra omnia ponere & quaſi conſecrare debemus. pro Do. 51. Quid nunc apud pontifices agis? te meam domum conſecraſſe, te monumentum feciſſe,in ædibus meis te ſignum dedicaſſe. 2. de Legib.22. Ne quis agrum conſecrato, auri argenti ſacrandi modus eſt. pro Ar, 27. Fuluius Martis manubias Muſis conſecrauit.12.Atti.19. Ego illam conſecrabo omni genere monumentorum.6.V.67.Dare,donare,dicare,conſecrare aliquid Ioui Opt.Max.2.de Nat.62.Liber, quem maiores noſtri conſecrauerunt.pro Dom. 123. C. Attinus bona Qu. Metelli conſecrauit, foculo poſito in roſtris, adhibitóque tibicine. pro Dom. 140. conſecrare aram in littore.3.de Nat.39. Omne ferè beſtiarum genus Ægyptij conſecrauerũt.1.102. Ægyptij nullam belluam niſi ob aliquam vtilitatem conſecrauerunt.2.de Leg.28. Athenienſes Impudentię fanum fecerunt.ſed virtutes,non vitia conſecrare decet.1.de Diu. 46. Mater Phalaridis viſa eſt videre in ſomnis ſimulachra deorum, quæ ipſa Phalaridis domi conſecrauiſſet,&c.* de Conſolat.Te approbantibus Diis immortalibus ipſis in eorum cœtu locatam,ad opinionem omnium mortalium conſecrabo.2.de Leg.in frag. Græcia Cupidinũ & Amorum ſimulacra in gymnaſiis conſecrauit.

CONSECROR.4.V.158.Apud omnes Græcos hic mos eſt, vt honorem hominibus habitum in monumentis huiuſmodi nonnulla religione deorum conſecrari arbitremur. pro Corn. 35. Aut pœna, cùm caput eius qui contrà facit, conſecratur. pro Mil.81. Qui tyrannos necârunt, propè ad immortalitatem, & religionem,& memoriam conſecrantur.2.de Leg.28. Bene verò quòd mens,pietas,fides,conſecratur manu:quarũ omnium Romæ dedicata publicè tẽpla ſunt.6.V.69.Tui nominis ęterna memoria ſimul cũ templo illo cõſecratur.pro Dom.119.An putatis,ſi is poteſtatẽ tenuerit,& aliquid dixerit, domũ vniuſcuiuſq; conſecrari poſſe?2.de Na.66.Aër Iunonis nomine conſecratur.

† ADVERB.Auguſte,ſancte,2.de Nat.Nefariè aram,pro Dom.

☞ Syntaxis. *Addictus & conſecratus. Conſecrari deorum religione. Ars inuentioni deorum conſecrata. Literis conſecratum. Conſecrare domum,facere monumentum,ſignum dedicare.Conſecrare & dedicare aliquem. Conſecrare aliquem ad memoriam & religionem, Aër conſecratus nomine Iunonis.Caput alicuius conſecrari.*

CONSECTARIVS.4.de Finib.50. Illud verè minimè conſectarium,ſed in primis hebes, illorum ſcilicet nominum gloriatione dignam eſſe beatam vitam, quòd non poſſit ſine honeſtate contingere,vt iure quiſquam glorietur.Ibid 48. Nunc venio ad illa tua breuia, quæ conſectaria eſſe dicebas: & primum illud quo nihil poteſt eſſe breuius,bonum omne laudabile, laudabile autem omne honeſtum:omne igitur bonũ honeſtum: ô plumbeum pugionem.3.de Finib.26. Cõſectaria me Stoicorum breuia & acuta delectant.

† ADIVNCT.Breuia,4.de Finib.Breuia & acuta,3.de Finib.

CONSECTATIO,*captatio,aucupium* Ora.165.In huius concinnitatis conſectatione,Gorgiam fuiſſe principem accepimus.

CONSECTATRIX,*auceps*. 3. Offic. 118. Libidines ſunt conſectatrices voluptatis.

CONSECTIO,*ſectio*.2.de Nat.151.Conſectio arborum. 1. de Diuin.116.Niſi conſectionis materiæ fabricam haberemus, *aliàs*, conſectio.

CONSECTVS.in Arat.& de Nat.*

*Hic quantis terris conſectus pellitur orbis.*

CONSECTOR,*imitor,quæro,ſequor,aucupor,capto*.1.de Ora.34.Ac, ne omnia conſecter,comprehendam breui.I.P.57.Leuitatis eſt, inanem aucupari rumorem, & omnes vmbras etiam falſæ gloriæ conſectari.2.de Orat.117.Tardi ingenij eſt, riuulos conſectari,fontes rerum non videre. 1. de Leg.7. Siſenna in hiſtoria puerile quiddam conſectatur.5.Tuſc.11. Cicero genus diſputandi Socratis conſectatus eſt.2.Offi.53.Alexander beneuolentiam Macedonum largitione conſectabatur.3.de Orat. 38. Vitium quod nonnulli de induſtria conſectantur. 13.Atti.23. Ne exiſtimes,qui non debita conſectari ſoleant, quod debeatur remiſſuros.1.de Fin.32.Nemo eſt qui dolorem ipſum, quia dolor ſit,amet,conſectetur,adipiſci velit.pro Cec.54. Si tam verè homines verba conſectarentur quàm rem.1.Offic. 86. Bonus ciuis non opes aut potentiam conſectabitur.Orat.38.In Panathenaico Iſocrates ea ſe conſectatum fatetur.2.de Or.90.Vitioſa conſectari imitando.

¶ *Inſequor,vrgeo,vexo,premo*. 2.Att.18. Conſectari aliquem clamoribus,& conuiciis,& ſibilis. 2.de Inuen.111. Licinius hoſtes conſectatus eſt,& confecit.

† ADVERB.Pueriliter,4.Acad.Studioſè,Orat.Studioſiſſimè, 2.Tuſcu. Verè verba,pro Cæc.

☞ Syntax.*Conſectari beneuolentiam,hoſtes,aliquem, conuicijs,ſibilis.*

CONSECVTIO.*conſequentia,connexum*. 1. de Inu. 45. Simplex concluſio ex neceſſaria conſecutione conficitur. 1. de Fin. 37. Ipſa detractio moleſtiæ conſecutionem affert voluptatis.

¶ *Σύνθεσις,id eſt,apta verborum compoſitio,& conſtructio* Part. 18. numeris,temporibus,perſonis,caſibus perturbetur oratio: nam vt in ſimplicibus verbis, quod non eſt Latinum, ſic in coniunctis,quod non eſt conſequens,vituperandum eſt.2.* de Fin. 45. Quæ *mens* & cauſſas rerum & conſecutiones videat.

¶ *Quæſtio qualitatis, qualitas ipſa.* 3.de Or.111.Cognitionis tres modi, coniectura, definitio, &c. vt ita dicam, cõſecutio. ibid. 111. Conſecutio tractatur, cùm quid quanque rem ſequatur, inquiritur: vt illud, Sítne aliquando mentiri boni viri.

† ADIVNCT. Neceſſaria, 1.de Inuent.

CONSECVTVS. 1. A.32. Proximo, altero, tertio, denique reliquis conſecutis diebus non intermittebas, &c. * Frag. epiſt. In quo tua me prouocauit oratio, mea conſecuta eſt ſegnis. Hortenſ. Eius omne inſtitutum voluntatémque omnem ſucceſſio proſpera conſecuta eſt.

CONSENESCO, *ſenex fio, annis & ætate ingraueſco.* 2. At.13. Noſter amicus magnus, cuius cognomen vnà cum Craſſi diuitis cognomine conſeneſcit. pro Cluent.13. Soror in huius amantiſſimi ſui fratris manibus & gremio, mœrore & lacrymis conſeneſcebat. 2. Atti.23. Deinde omnes illius partis autores etiam nullo aduerſario conſeneſcere. 1.de Ora.247. Veteres leges aut ipſas ſua vetuſtate conſenuiſſe, aut nouis legibus eſſe ſublatas. de Sen.29. Quamuis conſenuerint vires, atque defecerint. pro Clu.5. Cauſa cognita conſeneſcat.

CONSENSIO, *conſenſus, conſpiratio.* 1. Tuſc.30. Omni in re conſenſio omniũ gentium lex naturæ putãda eſt. 1. Fa.9. Quo in diſcrimine mirifica Senatus, incredibilis Italiæ totius, & ſingularis bonorum omnium conſenſio in metuendo extitit. de Am. 15. Et id in quo eſt omnis vis amicitiæ, voluntatum, ſtudiorum & ſententiarum ſumma conſenſio. pro Font.6. Conſenſio Gallorum. ad Brut.7. Res omnium conſentione laudata. Poſtquàm in Sen.37. Nulla de illis magiſtratuum conſenſio. 10. Attic.4. Quorum ſocietas & ſceleratæ conſenſionis fides, quò eruperit, vides. *Obſerua, Ad bona, ad perniciem.* * in Clod. Manet illa in Republ. bonorum conſenſio.

† ADIVNC. Maior, 1. Attic. Maior & aptior, pro Seſt. Maxima, 8. Phil. Mira, 12. Famil. Mirifica Senatus, incredibilis, totius prouinciæ ſingularis, bonorum omnium, 1. Famil. Scelerata, 10. Attic.

CONSENSVS, us, *conſenſio, conſpiratio, quaſi concentus, conueniẽtia, cognatio.* 1. Tuſc.35. Omnium conſenſus naturæ vox eſt. 4. A.12. Nunquàm inter Senatum & vos conſenſus maior vlla in cauſa fuit. 3.de Nat.28. Illa mihi placebat oratio de conueniẽtia conſenſúque naturæ, quam quaſi cognatione continuatam conſpirare dicebas. Ibid. Iſte quaſi conſenſus, quam συμπάθειαν Græci vocant. 2.de Diu.34. Cognatio naturæ, & quaſi concentus atq; conſenſus, quam συμπάθειαν Græci vocant. Ibid.33. Rerum natura vno conſenſu iuncta eſt atque continens. .de Or.21. Omnium quaſi conſenſus doctrinarum concentúſque. 5.de Fini.66. Conſpiratio conſenſúſque virtutum. ad Brut.3. Omnium ordinum conſenſus. pro Dom.7 . Vnus conſenſus omnium. de Ar. 60. Conſenſus ordinum eſt diuulſus. 1. Fam.9. Maxima vis eſt in conſenſu bonorum. * Frag. epiſt. Bellum ex conſenſu ciuitatis confectum iam haberemus.

† ADIVNC. Grauiſſimus, 9. Phil. Incredibilis, priuatus, pro Seſt. Magnus, 1. Fam. Maior, 3.de Nat. Miri, 3.de Ora. Optimus, præclarus iudicum, 5. Phil. Publicus, pro Mil. & in Piſ. Singularis, 1. Phil. Summus, 3. Phil. Vox naturæ omnium, 1. Tuſc.

CONSENTANEVS, *aptus, conueniens, conſentiens, veriſimilis,* )( *Diſſentaneus ſed aqua hæret, vt aiunt.* 2.de Natur.42. Cùm in æthere aſtra gignantur, conſentaneum eſt in iis ſenſum ineſſe & intelligentiam. 3. Offic.118. Non id ſpectandum eſt quid dicat, ſed quid conſentaneum ſit ei dicere. de Fat.33. Stoicis conſentaneum eſt oracula comprobare. 1. Offic.6. Hæ diſciplinæ ſi ſibi conſentaneæ eſſe velint, de officio nihil queant dicere. Ora. 74. Dicere ſignificat quaſi aptum eſſe, conſentaneúmque perſonæ & tempori. 4. Fam.13. Relinquebatur triſte quoddam & his temporibus conſentaneum genus literarum. 2.de N.58. Actiones conſentaneæ appetitionibus. 3. Offi.20. Hæc formula Stoicorum rationi diſciplinæq; maximè conſentanea. 3. Fa.6. Quod quidem erat conſentaneum cum iis literis, quas ego Romæ acceperam. 2.de D. 134. Obſcura ſomnia minimè conſentanea ſunt maieſtati deorum. 1. Off.68. Non eſt autem conſentaneum, qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate. Ibid.96. Decorum id eſſe, quod conſentaneum ſit hominis excellentiæ, &c. 9. A.15. Eiúſq; mors conſentanea vitæ fuit. 3.de Fin.48. Cum his ea conſentanea & conſequentia ſint, ne de eorum quidem veritate eſt dubitandum. 2.de Leg.23. Optimę reipublicæ leges dare conſentaneas. 2. Offic.18. Perſpicere, quid in quaque re verum ſincerúmque ſit, quid conſentaneum cuique, quid conſequens. Part.7. Vt ea quæ ſunt ipſi contrarióue eius aut ſimilia, aut diſſimilia, aut conſentanea, aut diſſentanea. 2.de Orat.170. Ex conſentaneis, & præcurrentibus, & repugnantibus.

† ADVERB. Maximè rationi, 3. Offic.

☞ Syntaxis. *Mors vitæ conſentanea: id eſt ſimilis, conſentiens. Conſentaneum & conſequens. Aptum & conſentaneum.*

CONSENTIENS, *conueniens, conſpirans.* 2.de Di.119. Animorum conſentientium multitudine repletum eſſe mundum. 1.de Diu. 84. An dum beſtiæ loquantur, expectamus? hominum conſentiente autoritate contenti non ſumus? 4. At.16. Nemo in terris eſt mihi tam conſentientibus ſenſibus. de Sen.61. Cuius de laudibus omnium eſt fama conſentiens. 2.de Diu.89. Cùm ſtellæ in eam partem venerint, quæ coniunctum aliquid habeat, aut conſentiens, ea triangula illi & quadrata nominant. 2.de N.19. Tanta rerum conſentiens, conſpirans, continuata cognatio. ad Brut.15. Ciuitas in retinenda libertate conſentiens. 2.de N.119. Copulatio rerum & quaſi conſentiens ad mundi incolumitatem coagmentatio naturæ. 1. de Finib.65. Epicurus quantos quantáque amoris conſpiratione conſentientes tenuit amicorum greges. . Tuſc.72. In quo à doctis poſitum eſt conſilium omnis vitæ conſentiens & penè conſpirans. 4. Acad.131. Epicurus, cuius eſt diſciplina nunc notior, neque tamen cum Cyrenaicis de ipſa voluptate conſentiens. de Clar.141. Motus cum verbis ſententiíſque conſentientes.

† ADVERB. Incredibiliter, 1. Phil.

CONSENTINI, *populi Italiæ.* 1.de Fin.7. Lucillius Perſij, Scipionis & Rutilij iudicium reformidans, aiebat Tarentinis ſe & Conſentinis & Siculis ſcribere.

CONSENTIO, *congruo, conuenio, conſentaneus ſum, idem ſentio, cum aliquo facio, in ſententia alicuius maneo, iudicio vel opinione alicuius ſto, cum aliquo ſentio, in eadem voluntate vel opinione ſum, conſpiro, coniuro* 1. A.21. Omnes enim iam ciues de reipub. ſalute, vna & mente & voce conſentiunt. de Am.88. De amicitiæ vtilitate omnes vno ore cõſentiunt. In Vat.23. Tu nos qui de communi ſalute conſentimus, tyrannos vocas. 4 A.7. Omnes mortales vna mente conſentiunt, omnia arma contra hunc eſſe capienda. pro Seſt.109. Cauſa in qua omnes ordines ciuitatis vnà conſentiunt. 4. A.10. Omnes deos ad rempubl. conſeruandam arbitror conſenſiſſe. de Senect.61. In quem illud elogium vnicum plurimæ conſentiunt gentes, populi primarium fuiſſe virum. 1. contra Rull.15. Si conſenſerint poſſeſſores non vendere, quid futurum eſt. 2. A.17. Cùm homines nefarij confiterentur, ſe vrbem inflammare conſenſiſſe. 7. V.18. Serui, quos iſte belli faciendi cauſa conſenſiſſe iudicauit. 6. Famil.18. Quin. Curtius conſenſit cum Hiſpanis quibuſdam, ſi Pompeius in oppidum veniſſet, eum comprehendere, ad Cæſarémque deducere. ‖ 3.de Fin.10. Ratio noſtra conſentit, oratio pugnat. 4. Acad.52. Sed mihi neutiquàm cor conſentit cum oculorum aſpectu. 10. Fam. 6. Literæ recitatę in Senatu nequaquàm conſentire cum oratione Furnij viſæ ſunt. 2.de Fin.116. Non elogia monumentorum hoc ſignificant? velut hoc ad portam, vno ore cui plurimæ conſentiunt gentes, populi primarium fuiſſe virum. Ibid.117. Idne conſenſiſſe de Calatino plurimas gentes arbitramur? &c. 11. Fa. 5. Vt principiis conſentiant exitus. 7. Atti.3. Hæc eis, quæ de Fabio acta ſcribis, valde conſentiunt. Par.32. Si perſonis, & ea quæ narrabuntur, conſentient. 4. C.15. Cæteri verò ad communem ſalutem conſentiunt. 1. A.1. Atque his principiis reliqua conſentiebant. pro Mur.1. Vt veſtræ mentes atque ſententiæ cum populi Romani voluntate ſuffragiíſque conſentiant. 1. Offi.5. Hic ſi ſibi ipſe conſentiat, & non interdũ naturæ bonitate vincatur, ſit, &c. pro Clu. 60. Iudices tamen in Oppiano ſibi conſtare, & ſuperioribus conſentire iudiciis debuerunt. de Vn.6. Conſentire ſibi, & conſentire ſecũ, & conſtare ſibi. 6. Att.14. Conſenti in hac cura, in qua ſum, vt me expediam. 1. Offic.98. Delectat hoc ipſo, quòd inter ſe omnes partes cum quodã lepôre cõſentiunt. * Oeco. ). Vbi chorus canentium non certis modis neque numeris præeuntis magiſtri conſenſit. Ibid. At vbi certis numeris ac pedibus velut facta conſpiratione conſenſit atque concinuit.

† ADVERB. Rectè, 4. Acad. Valdè, 7. Attic. Vehementer, 6. Famil. Vndique, 3. Tuſcul.

☞ Syntaxis. *Eſſe alicui conſentientibus ſenſibus. Omnium fama conſentiens. Conſentiens, conſpirans, continuata cognatio. Coagmentatio naturæ conſentiens. Conſentiens & conſpirans conſilium. De hoc omnes conſentiunt, & vnà conſentiunt. Conſentire de, & ad: & cum datiuo. Cum lepôre conſentiunt partes.*

CONSEPIO, *munio, claudo, ſepio.* de Sen.59. Ager conſeptus ac diligenter conſitus.

CONSEQVENS, *inſequens, futurus, quod conſequitur.* )( *Repugnans, primum.* Part.7. Ex iis rebus quæ quodammodò affectæ ſunt ad id de quo quæritur, alia ex antecedentibus appellantur, alia ex conſequẽtibus, alia ex repugnantibus. 4.de Fin.68. Cùm conſequens aliquod falſum ſit, illud cuius id conſequẽs ſit, non poſſe eſſe verum. Or.16. Cernere conſequentia, repugnantia videre. de Cl.152. Quæ quibus propoſitis ſint, quæq; non ſint cõſequentia. 2. de Orat.215. Id quod concludere velis non effici ex propoſitis, nec eſſe cõſequens. 1.de Leg.15. Quoniã ſcriptum eſt à te de optimo reipublicæ ſtatu, conſequens eſt vt ſcribas tu idem de legibus. 2.de Orat.325. Connexum autẽ ſit principium conſequenti orationi. 3.170. Si verba extrema cum conſequentib. primis iungetis. Part.18. Vt in ſimplicibus verbis quod non eſt Latinum, ſic in coniunctis quod non eſt conſequens, vituperandum eſt. Orat.122. Vt efficiatur, quod ſit conſequens iis quæ ſumentur, &c. 5. Tuſcul.24. Vitium eſt conſequentia reprehendere, cùm prima conceſſeris. 4.de Fin.54. His propoſitis, tenuit

prorſus

UNED

prorſus conſequentia.Ibid.55.Sic conſequentibus veſtris ſublatis prima tolluntur 3.25.Videamus nunc quàm ſint præclara illa, iis quæ nunc poſui conſequentia. Orat. 115. Quod cuique conſequens ſit,quódq; contrarium.5.Tuſ.18.Hoc probato conſequens eſt illud,&c.Ibidem.21.Aſſentior alterum alteri conſequens eſſe,quemadmodum,&c.Ibid.50. Contrariorum contraria ſunt conſequentia.2.de Fin.34.His omnibus,quos dixi,conſequentes ſunt fines bonorum, Ariſtippo ſimplex voluptas, &c. 3.48. Cùm his ea conſentanea & conſequentia ſint. 2.Offic.18. Perſpicere,quid in quaque re verum ſincerúmque ſit, quid conſentaneum cuique,quid conſequens.1.Offic.11.Homo rationis particeps,per quam conſequētia cernit,cauſas rerum videt, &c. 1.de Diu.127. Homo ſignis quibuſdam conſequentia declarantibus futura præſentit.2.44. Ex eo ſignificationem rerum conſequentium quærimus. Ibid.150. Philoſophi in primis acuti, & conſequentia & repugnantia videntes.2.de Fin.45.Omnémque complectatur *mens* vitæ conſequentis ſtatum.

† ADIVNC.Falſum,4.de Finib.

CONSEQVENTIA,*conſecutio,conſectarium,connexum*.1. de Diu. 128.Qui curſum rerum euentorúmq; conſequentiam diuturnitate pertractata notauerunt.4.ad Her.67.Per conſequentiam ſignificatio fit,cùm res quæ ſequuntur aliquam rem,dicuntur.

CONSEQVOR,*adipiſcor,aſſequor,obtineo.*)(.*Repugno* pro Cæl. 18. Qui ex reipublicæ cauſa glorioſam victoriam conſecutus eſt. 3.Offic.82. Qui omnia honeſta negligunt, dummodò potentiam conſequantur.1.Fam. 5. Vt tuam priſtinam dignitatem & gloriam conſequare.Ibid.7. Omnia, quæ ne per populum quidem ſine ſeditione ſe aſſequi arbitrabantur, per Senatum conſecuti ſunt.5.15.Quòd ſi id egiſſemus ego atque tu, &c. omne tempus vnà fuiſſemus, quod quantum fieri poterit, conſequamur.pro Planc.60. Quem magiſtratum iam octingenti ferè conſecuti ſunt.pro Dom.117 Opus erat ſcientia:quam etſi omnes conſecuti ſunt, tamen peritiores vetuſtas facit. 1. Qu. Fr.1. Nos ea quæ conſecuti ſumus, his ſtudiis & artibus adepti ſumus.2.V.48.Inueſtigare & conſequi aliquam rem.Qu.de Pet.2. Etſi tibi omnia ſuppetunt, quæ conſequi aut vſu homines aut diligentia poſſunt,tamen,&c.6.V.57. Nullo modo poſſum omnia iſtius facta aut memoria conſequi, aut oratione complecti. Poſtquàm ad Quirit.5. Quis veſtra in me beneficia enumerare aut conſequi poſſit?de Vn.6.Si minùs id quod habemus, in animo conſequemur,haud erit mirum.1.de Fin. 33. Vt reiiciendis voluptatibus maiores alias conſequatur.2.Fam.11.Vel quia videmur eam famam conſecuti,&c.3.Offic. 2. Si minùs imitatione tantam ingenij præſtantiam conſequi poſſumus.2.45. Magnam laudem & à ſummo viro, & ab exercitu conſequebatur. 1.de Fin.35.Quid ex eo conſecutus eſt? laudem & charitatem. * con.C. Anton. Quam dignitatem reliqua vita es conſecutus. Frag.epiſt. Quæ es ab Senatu ſummo cum honore conſecutus.

¶ *Attingo itinere æquo*.16.Fa. 1. Si ſtatim nauigas,nos Leucade conſequere.3.At.4. Nihil mihi optatius cadere poteſt, quàm vt me quamprimùm conſequare.2.C.6. Si accelerare volent, ad veſperam conſequentur.3. At.3. Nunc tu propera,vt nos conſequare.Ibid.7. Tu nihilominùs,ſi properâris, nos conſequere. 8. 17.Non eſt nobis committendum,vt has XIIII.cohortes hoſtis accedere,aut itinere me conſequi poſſit.

¶ *Sequor,perſequor,imitor*.de Fat.9.Qui aut &c.is non videt quid quamque rem res cōſequatur.Ibid.14. Si quod primum in connexo eſt,neceſſarium eſt, ſit etiam quod conſequitur neceſſarium,3.de Fin.64.Ex quo illud natura conſequitur, vt communem vtilitatem noſtræ anteponamus.1.de Diuin.53. Atque ita quidem prima ſtatim ſcribit Ariſtoteles conſecuta:*id eſt, Ariſtoteles ſcribit prima ſtatim eueniſſe*.1. A. 32. Libertatem pax conſecuta eſt.1.de Orat.160.Hæc Craſſus cûm dixiſſet, ſilentium eſt conſecutum.de Clar.61. Hunc Cethegum conſecutus eſt ætate Cato.3.de Orat.6.Tum latus ei condoluiſſe, ſudorémque multum conſecutum eſſe audiebam.pro Mur. 85. Si hæc elapſa de manibus noſtris in eum annum, qui conſequitur, redundârint. 1.Fa.5.Doleo eiuſmodi tempora poſt tuam profectionem conſecuta eſſe,&c.de Somn.10.Hunc vt comites conſequuntur, alter Veneris,alter Mercurij curſus.5.2. Viſa eſt oratio non iniucunda,& mediocris quidam eſt riſus conſecutus.2. Qu.Fr.5. In eam tabulam magni riſus conſequebantur.2. de Leg. 18. Eum igitur morem cum breuitate,ſi potero,conſequar.2.de Ora. 56. Verborum propè numerum ſententiarum numero conſequi. 1. de N. 41. Chryſippus,quem Diogenes conſequens in eo libro, qui inſcribitur de Minerua,partum Iouis diſiungit à fabula.pro Pomp.34.Quæſtum conſequi. de Clar. 228. Maiores conſequi non poterat,& minori neceſſe erat cedere.2.ad Heren.27.Conſequi videtur vt doceamus,&c.4.Tuſcul. 19. Ex quo fit,vt pudorem rubor, terrorem pallor & tremor, & dentium crepitus conſequatur.1.de Fin. 48. Vt nulli propter eas *voluptates* dolores conſequantur.

† ADVERB.Ampliſſimè,7.Attic.Breui,neceſſariò,1.Tuſ. Commodiùs, in Part.Deinceps,de Clar.Deinde,continuò,7.Ver.Difficillimè, 15.Famil.Diligenter,5.At.Facilè omnia,4.Attic.Facillimè, 9. Famil. Honeſtiſſimè,pro Q.R.Iniuſtè,3.Offic.Neceſſariò damnationem,ſtudioſè,2. de Inuent.Neceſſariò rem,in Top.Omninò aut certè faciliùs,pro Cornel.Balbo.Plenè,4.de Finib.Similiter,confeſtim, 1.de Inuent.

☞ Syntaxis.*Conſequens id non eſt.Nunc conſequens eſt,vt. In coniunctis(id eſt,in oratione)non conſequens vituperatur. Conſequentia prædicere. Euentorum conſequentiam tenere. Inueſtigare & conſequi aliquid vſu,diligentia.Factum conſequi memoria. Conſequi laudem ex aliqua re,& ab aliquo. Conſequi aliquem celeritate,itinere. Conſequi aliquem ætate:conſequitur,vt videamus.*

CONSERENDO.4.Acad. 109. Iam iſtuc te quoque impediet in nauigando,in conſerendo,&c.

CONSERO,*planto,ſero,ſemino*.2.de N.130.Indus non aqua ſolùm agros lætificat,ſed eos etiam cōſerit.1.Tuſ.31.Ergo arbores ſeret diligens agricola, quarum aſpiciet baccam ipſe nunquàm: vir magnus leges,inſtituta,rempubl.conſeret.

CONSATVS.de Vniu.*

CONSERO,*confero,coniungo pugno* 4.Tuſc.48.Atque hîc collocuti ſunt inter ſe priuſquàm manum conſererent, leniter & quietè.pro Mur.20.Signa contulit,manum conſeruit.7.Att.19.Conſerere manum cum hoſte,vel cum alio quopiam.Anteq. 20. Nō patiar, vt opera mea manus inter vos conſeratis, cædéſque ciuium inter ſe fiat.*Hîc obſerua* Cædes ciuium inter ſe fiat.

† ADVERB.Leniter,quietè manus,4.Tuſc.

☞ Syntaxis.*Manum conſerere inter ſe,cum aliquo.*

CONSERTE,*coniunctè* de Fat. 31. Omnia naturali colligatione, conſertè,contextéque fieri.

CONSERTVS,*vnà cum manu*.1.de Orat.41. Multíſque præeſſem,qui aut interdicto tecum contenderent, aut te ex iure manu conſertum vocarent,quòd in alienas poſſeſſiones tam temerè irruiſſes.pro Mur. 26. Eum fundum ego ex iure meum eſſe aio, quid tum inde? ibi ego te ex iure manu conſertum voco. Ibid.Vnde tu me ex iure manu conſertum vocaſti. inde ibi ego te reuoco.Ibid.30.& 7.Fam.13.

*Non ex iure manu conſertum,ſed magè ferro*
*Rem repetunt.*——15.At.7.Debuerat autem non ex iure manu conſertum,ſed quæ ſequuntur,tu quoq; ſcribes. Ex iure manu conſertum,*formula eſt antiqua, qua vtebantur in vindicanda poſſeſſione,qui ſimul contendebant.*

☞ Syntaxis.*Ex iure manu conſertum aliquem vocare. Repetere manum conſertum ex iure.*

CONSERVATIO,*cuſtodia*.1.de Orat.188. Sit ergo in iure ciuili finis hic, legitimæ & vſitatæ in rebus cauſíſque ciuium æqualitatis conſeruatio 1.Offic. 100. Via quæ deducit ad conuenientiam conſeruationémque naturæ. 2. 12. Frugum fructuúmque reliquorum perceptio & conſeruatio.1.131.Si attentos animos ad decoris conſeruationem tenebimus.

† ADIVNCT.Tuta atque integra,1.de Inuen.

CONSERVATOR,*ſeruator,præſes,cuſtos*.8.Att.9.Alterum exiſtimari conſeruatorem inimicorum, alterum deſertorem amicorum.pro Fl.60.Mithridatem conſeruatorem Aſiæ nominabant. Anteq.10.Vtrùm vt cuſtos accipiar?an vt proditor excludar? ſi vt conſeruator,veſtra erit ignominia:ſi vt oppugnator, præciſa erunt omnia.pro D.26.Conſeruator reip.9.At.12. Me nonnulli conſeruatorem iſtius verbis eſſe dixerunt.pro Seſt.54. Cuſtos & conſeruator vrbis.12.Fa.3.de Ar.58.Conſeruator patriæ.)(.*Proditor patriæ.*

CONSERVATRIX.5.de Fin.26.Omnem naturam eſſe conſeruatricem ſui.

CONSERVANDVS.6.V.140. Vt quiſque eis rebus tuendis conſeruandíſque præfuerat.2.de Diu.75. Ius augurum diuinationis opinione principiò conſtitutum eſt,poſteà reip.cauſa conſeruatum ac retentum.1.Fa.9.Ciues mei à me conſeruati.

† ADVERB.Maximè genus,& nomen,8.Phil.

CONSERVO,*cuſtodio,tueor,retineo,ſeruo,adſeruo,tutor, reſeruo, foueo,teneo.* Anteq. 14. Qui hoc imperij domicilium ſartum tectum ab omni periculo cōſeruaui.1.de N.52. Si aliquis in mundo eſt qui regat,qui gubernet,qui conſeruet omnia.Antequam. 18. Ego apud vos non loquar, quos conſeruaui?1.Qu.Fr.1. Vt vos eam neceſſitudinem,quæ eſt nobis cum publicanis, obtinere & conſeruare patiantur.pro Pomp. 12. Quæ accepiſtis, tueri & conſeruare non poſſe pro Cor.38. Seruare & conſeruare maieſtatem.3.Offic.103.Conſeruare iuſiurādum pro Q.R.6.Conſeruare ordinem.*Lege*,ORDO.6.At.1.Sed ordinem conſeruabo tuum.Ora.120.Conſeruare & notare tempora.2.de Orat. Conſeruare pecuniam vel patrimonium. 3. V. 124. Quod alterius mortui voluntatem conſeruabat.5.Fa.3. Si poteris, velim tuam priſtinam erga me voluntatem conſerues. 3.7.Hæc ad te ſcripſi liberiùs,fretus conſcientia officij mei, beneuolentiæque, quam à me certo iudicio ſuſceptam,quoad tu voles,conſeruabo.4.13. Tuorúmque meritorum erga me memoriam conſeruabo. * in Piſ.4. Ego agrum Campanum, ſi diuidi non oportuit, conſeruaui.pro Dom. 137. In vrbe, quam ſuis laboribus, ac periculis conſeruaſſet.



UNED

CONSERVOR.2.Offic.87.Res familiaris quæri debet iis rebus, à quibus abeſt turpitudo : conſeruari autem diligentia & parſimonia,iiſdem etiam rebus augeri.3. C.25.Vt omnes ſalui conſeruaremini.Ibid.2.Non minus iucundi ſunt ij dies quibus conſeruamur,quàm ij quibus naſcimur.

† ADVER. Benignè,comiter,pro Corn.Balbo.Conſtanter,7.Fam.Diligenter,2.Attic.Prouidè,diligenter ſtudia officij.

CONSERVVS, *qui eidem domino cum alio ſeruit*.3.Q.Fr.1. Eo die quatuor eius conſeruos & diſcipulos Venafri cuniculus oppreſſerat.pro Clu.179.Is noctu duos conſeruos dormientes occidit.12.Fam.3.O rem miſeram dominum ferre non potuimus, conſeruo ſeruimus.

CONSESSOR,*aſſeſſor,qui alteri aſſidet.Lege*,ASSESSOR.2.de Fi. 62.Aulus Varius,qui eſt habitus iudex durior,dicere conſeſſori ſolebat,aut hoc,&c.2.At.15.Modò te conſeſſore ſpectare liceat. 5.A.13. Vt ei cum M. Curio conſeſſore eodem & colluſore facilè poſſit conuenire. pro Flac.24. Teſtes accuſatoris,conſeſſores,conuiuæ,&c.

CONSESSVS, *homines ſignificat vno in loco conſidentes*.pro Mil.1. Non enim corona conſeſſus veſter cinctus eſt,vt ſolebat.pro Fl. 41.Cùm hic Dorylenſis efferretur magna frequentia conſeſsúque veſtro.3.V.19 In conſpectu conſeſsúque veſtro.1.Tuſc.36. Frequens conſſeſſus theatri. 1. Att.13.Non enim vnquàm turpior in ludo talario conſeſſus fuit. pro Quin. 12. Præconum conſeſſus.* pro C. Cornel.1. Quod paſſus eſſet tum primùm à populari conſeſſu Senatoria ſubſellia ſeparari.de Sen.63.A cuncto conſeſſu plauſus multiplex eſſet factus.

† ADIVNC. Frequens theatri, 1. Tuſcul. Magnus, de Sen. Maximus, pro Seſt.

☞ Syntaxis. *In conſpectu & conſeſſu Senatorum. Theatri frequens conſeſſus.*

CONSIDEO,*ſimul aſſideo*.de Cl.24. In pratulo propter Platonis ſtatuam conſedimus.3.V.19.Quo die primùm iudices citati in hunc reum conſediſtis.1.Ac.14.Quæ cùm ſunt dicta,in conſpectu conſedimus omnes. 1. At.13. Vt primùm iudices conſederunt.de Sen.63.Legati in certo loco conſederant.pro Fl.16.Cur homines in theatro conſederant. 1.de Orat.29. Et omnes in iis ſedibus, quæ erant ſub platano, conſediſſe dicebat.de Aruſp.7. Cùm mihi ſtans tacenti minaretur, voce tantùm attigi legum initium,& iudicij:conſedit ille,conticui.

¶ *Maneo,moror,ſum.* 1.de Diui.78.& 266. Platoni in cunis dormienti apes in labellis conſederunt. 1.de Finib.50. Sic cuius in mente conſedit iuſtitia, hoc ipſo quod adeſt,turbulẽta non poteſt fieri.1.de Diu.73.Equus cuius in iuba examen apum conſederat.Or.96.Hoc in ea de qua loquor mediocritate cõſedit. de Ar.24. Quorum ludorum religio tanta eſt, vt ex vltimis terris accerſita,in hac vrbe conſederit.5.At.14.Antequàm aliquo loco conſedero,literas à me non expectabis.2.4. Cùm Quin.noſter iam in otio conſederit.15.Fam.4. Quinque cohortes apud Philomelum conſederunt. 2. 15. In eaſdem ſolitudines tu ipſe venies,in quibus nos audies conſediſſe. 4.Acad.9. Tum eodem ſpatio conſedimus.In frag.in L.Piſ.Hic cùm ad Padum Placentiæ fortè conſediſſet.

¶ *Minuor,ſedor*.de Cl.93.Ardor animi cõſedit.pro Mur.18.Cõſedit vtriuſq; nomen in quæſtura.4.Acad.87. Furor conſedit.de Cl.15.Eorũ aſpectu omnis quę me angebat de rep.cura,cõſedit.

☞ Syntaxis. *Conſidere propter ſtatuam : id eſt, ad. Iudices in reum conſidentes. In conſpectu conſidere. In certo loco conſidere. Iuſtitia in mento conſedit,in otio,aliquo loco.Conſedit ardor,furor,cura.*

CONSIDERANS. 5. Tuſcul.3. Equidem eos caſus mecum ipſe conſiderans,huic incipio ſententiæ diffidere.Hortenſ.Quæ nobis dies noctéſque conſiderantibus,magna ſpes eſt.

CONSIDERANTIA, *conſideratio*.3.Q.Fr.9.Cuius in hoc vno conſiderantiam & ego ſuſtinebo.

CONSIDERATE, *cogitatè, cogitatò, conſultè, prudenter, iudicio.* pro Qu.51. Itaque maiores noſtri raròid accidere voluerunt: Prætores vt conſideratè fieret,comparauerunt.1.Offic.94.Agere,quod agas,cõſideratè.Ibid.136.Cùm ira nihil rectè fieri,nihil conſideratè poteſt. Ibid.49. Beneficia quæ iudicio, conſideratè,conſtantérque delata ſunt. 9.Att.1. Quid ais,ſi hic temperantiùs egerit conſideratius conſilium te daturum, quî poteſt? Ibid.12.Conſideratiùs vtilitati noſtræ conſuluero.

CONSIDERATIO, *circunſpectio, animaduerſio, oratio.* 4. Acad. 127.Eſt enim animorum ingeniorúmq; naturale quoddã quaſi pabulum,conſideratio contemplatióq; naturæ.4.Aca.35.Sin ex circunſpectione aliqua,& accurata conſideratione,quod viſum ſit,id ſe dicent ſequi,tamen exitum non habebunt.

† ADIVNC. Accurata, 4.Acad.

☞ Syntax. *Conſideratio,circunſpectio. Conſideratio & contemplatio.*

CONSIDERATVS, *prouiſus,meditatus*.de Ar.3. Nihil feci non diu conſideratum, & multò antè meditatum. 2. de Inu.18. Ratiocinatio, eſt diligens & conſiderata faciendi aliquid aut non faciendi excogitatio. Par.5. Cui viuendi via conſiderata atque prouiſa eſt.pro Qu.11.C.Quintus vna in re paulò minùs cõſideratus,qui,&c.pro Syl.72. Factum quod paulò minùs conſideratum videatur.2. de In.164. Ratio benè conſiderata. de Cl.154. Conſiderata tarditas.pro Font.19. Illud verbum conſideratiſſimum noſtræ conſuetudinis arbitror. pro Cec.1. Illud conſiderati hominis eſſe putamus,non contendere,&c.* Incert. Quòd iudicis lenti & conſiderati eſt proprium.

† ADVERB. Bene,2.de Inuen.Paulò minùs,pro Quint.

CONSIDERO, *reputo,cogito,commentor,animaduerto,circunſpicio, conſpicio,ſpecto, exiſtimo, contemplor, intueor, attendo,rationem habeo,expendo, pondero,ante oculos meos pono, vel propono,ratione,animóque luſtro, animo & cogitatione complector, animum ad aliquam rem refero, ante oculos meos volitat, mente mea circunſpicio, animo intueor, animo contemplor, expiſcor.* pro S. R.48. Agè nunc refer animum,ſis,ad veritatem,& cõſidera,quæ ſtudia à patribus,&c. 7.At.3.Id coràm conſiderabimus,quale ſit:habet enim res deliberationem. 14.Famil.14. His de rebus velim cum Pomponio, cum Camillo, cum quibus vobis videbitur conſideretis.Parad. 4. Nunquámne homo amentiſſime te circunſpicies? nunquàmne quid facias conſiderabis,ne quid loquare?7.Attic.13. Sed de hoc tu videbis : quippe cùm de ipſo ac de me iſta conſiderare velim.Ibid. Sed velim conſideres, quid faciendum putes.10.Fa. 16. Flagitare Senatus inſtituit Cornutum,vt referret ſtatim de ♣ tuis literis : ille ſe conſiderare ait velle. ‖ 1. de Inuen.38. *vide.* ADMINISTRO. pro S. R. 108. Agè nunc ex ipſius Chryſogoni iudicio Roſciorum factum conſideremus. 5.V.29. Conſiderate cum veſtris animis voſmetipſi,&c.6.33. Contemplari & conſiderare aliquid.7.173. Vide etiam atque etiam,& conſidera quid agas.

CONSIDEROR.1.de Inu.14.Vnaquæque conſtitutio ex ſe & ex ſua natura conſideratur. 1. Offic. 147. Veri etiam Poëtæ ſuum quiſque opus à vulgo conſiderari vult,vt ſi quid,&c.

† ADVERB. Breuiter,* communiter,expeditiùs rationem ac viam artis, faciliùs,ſimpliciter,1.de Inuen.Coràm,7.Attic. Diligenter,3.Tuſc. Diligentiùs, otioſè,6.Ver. Diligentiſſimè,2.de Diuin. Diu, de Aruſpi. Diutiùs,2.de Nat.Etiam atque etiam,optimè,14.Fam.Magnoperè,ſeparatim, ſeparatim verba ex ſe, ſimpliciter, vehementiùs,2.de Diuin. Mediocriter,2.de Orat. Multùm,etiam atque etiam,12.Phil. Valdè,1. Offic.Verè,2,cont.Rull.

☞ Syntaxis.*Conſiderata viuendi via,& prouiſa.Homo conſideratus, Conſiderata excogitatio, tarditas, factum. Conſiderare de aliqua re. Cum ſuis animis conſiderare homines. Contemplare, viue, conſidera. Ex ſe,& ſua natura aliquid conſiderare.*

CONSIDITVR. 3.Ora. 18.In ſyluam venitur,& ibi conſiditur.

CONSIDO, *conſideo*. 2.de Leg.7. Sed ſi videtur, conſidamus hìc in vmbra.2.At.6. Quinetiam dubito, an hìc Antij conſidam.de Vniu. 4. Senſus mouentia quæ ſunt eadem in opinatione conſidunt.3. de Orat.189. Verborum iunctio variè diſtinctè conſidat.de Prou.34. Quæ iam licèt conſidant, ſed tamen, &c. *aliàs,* Cóncidant.

☞ Syntaxis. *Conſidere in vmbra. Conſidere in opinatione. Verborum iunctio conſidat diſtinctè.*

CONSIGNANDVS. de Vniu. 26. Sidera ex quibus erat motus temporis conſignandus.

CONSIGNATVS, *obſignatus, ſignatus.* 2. de Ora.224. Ij fundi, quos tibi pater publicis commentariis conſignatos reliquit.3. de L.46. Publicis literis cõſignatam memoriam publicam nullam habemus. 1.Tuſc.57. Nec fieri poſſet,vt à pueris tot rerum atque tantarum inſitas & quaſi conſignatas in animis notiones, quas ἐννοίας vocant,haberemus,niſi,&c.1.de Diuin.87.Clariſſimis monumentis teſtata conſignatáque antiquitas : *id eſt, ipſa exempla.* 5.V.109.Ratio certa eſt, Ætnenſium & publicis & priuatis literis conſignata.pro Deiot.37.Quæ publicis populi Romani literis monumentíſque conſignata ſunt.pro Fl.37.1.V.28. ♣ Iiſdẽ literis illius Prætura,& tua quæſtura conſignata eſt. ‖ pro Clu.139.Autoritates noſtras conſignatas ſe habere arbitratur.

CONSIGNO, *obſigno, ſigno, firmo.* 4. Acad.2. Vt literis conſignamus,quæ monumentis mandare volumus : ſic ille in animo res inſculptas habebat. Poſtquàm in Sen.28. Priuilegij vim autoritate honeſtiſſimorum hominum & publicis literis cõſignauit.

CONSIGNOR. pro Qu.25. Tabulæ maximæ ſignis hominum nobilium conſignantur.

☞ Syntaxis. *Conſignata memoria, notiones. Antiquitas teſtata, & conſignata monumentis. Literis conſignare monumentis mandanda. Conſignare ſignis:id eſt,ſignis firmare.*

CONSILIARIVS, *autor, præſcriptor, qui conſilium dat.*3.de Leg. 43.Augur meminiſſe debet,Ioui Opt.Max.ſe cõſiliarium & adminiſtrum datum. 14.At.9. Ratio ædificandi initur conſiliario quidem & autore Veſtorio.4.V.42. Intereà amici & conſiliarij eius moleſtè ferre cœperunt,Heraclium profugiſſe.3.Att.19.Si me à meis conſiliariis proditum & proiectum vides.1.Famil.2. Non inuito rege ipſo conſiliariiſq; eius.Ibid.9.Sed certè & ego te autore amiciſſimo & ſapiẽtiſſimo,& tu me cõſiliario fortaſſe non imperitiſſimo fideli quidem & beneuolo certè vſus eſſes.

CONSILIANDVM, *conſulendum,deliberandum.*15.Attic.10.Tu quid egeris tua cùm triſti, tum etiam difficili ad conſiliandum

leg

UNED

legatione, vehementer expecto: eſt enim inexplicabilis. *Legitur etiam, de tua, & pro,* ad conſiliandum, *alij,* ad conciliandum, *legunt: ſed* conſiliandum *melius.*

CONSILIVM, *deliberatio, cogitatio, animaduerſio, ratio, cogitatum, conſultum, ſententia.* || *Notandum ‡ quod aliquis ſequitur aut ſpectat, hanc vocem vſurpari à Cicerone, neque ſæpe pro Senatorum cœtu, (vt multi) in ea ſignificatione ſolùm per C. ſcribi.* 2. de Inu. 31. Conſilium eſt, aliquid faciendi, non faciendíue excogitata ratio. 2. de Orat. 63. Conſilia primùm, deinde acta, poſteà euentus. 2. de Inu. 164. Cupiditas conſilij gubernatione regitur. 11. Fam. 29. In conſilio capiendo prudentia, in dando fides requiritur & religio. 10. 4. Conſilium plenum prudentiæ & fidelitatis. 1. de Orat. 36. Prudentium conſilia. 8. Att. 11. Leuatur enim òmnis cura cùm aut conſiſtit conſilium, aut cogitando nihil explicatur. 16. 7. Nihil debet, qui conſilium dat, præſtare præter fidem. 9. 10. Conſilia ex euentu, non ex voluntate à pleriſq; probari ſolent. Ibidem. Quod veriſſimum nobis videbitur, de eo quod ad nos ſcripſiſti, tibi conſilium dabimus: quod ſi non fuerit prudens, at certè ab optima fide & optimo animo proficiſcetur 1. Fam. 7. Totius facti tui iudicium, non tam ex conſilio tuo quàm ex euentu homines ſunt facturi. pro Cluen. 85. Minùs fidele conſilium alicui dare. 12. A. 6. Optimus eſt portus pœnitenti mutatio conſilij. 16. Attic. 7 Nemo doctus vnquam mutationem conſilij inconſtantiam dixit eſſe. 14. 23. Conſilia temporum ſunt, quæ in horas commutari vides. 8. 22. Et ſimul ſcito labare meum conſilium illud, quod iam ſatis tibi fixum videbatur. 7. A. 19. Turpe eſt viro prudenti, præſertim in re tam perſpicua, conſilium intelligendi defuiſſe. 2. contra Rull. 5. Cui non dubitanti fidele conſilium, non laboranti certum ſubſidium nobilitatis oſtenditur. 2. Fa. 1. Niſi meis puer olim fideliſſimis atque amantiſſimis conſiliis paruiſſet. 3. Qu. Fr. 1. Recordare conſilium noſtrum, quod fuerit profectionis tuæ: non enim commoda quædam ſequebamur parua ac mediocria. 8. Att. 15. Nec mihi tantum ſumo, vt meum conſilium valere debuerit: ſecutus ſum tuum. 15. 12. Quid ætati ſit credendum, magni conſilij eſt. 10. 1. Nihil mihi adhuc accidit, quod maioris conſilij eſſet. 3. 4. Capere conſilium de ſententia alicuius. 12. 49. Ipſe venirem Romam, ſi ſatis conſilium quadam de re haberem. 4. 13. Nec alia cauſa profectionis mihi vlla fuit, cùm conſilium cepi legari à Cæſare. 7. 10. Subitò cepi conſilium, vt exirem. pro Dom. 114. Qui pernicioſa reip. conſilia cepiſſet. 4. V. 41. Capit conſilium de amicorum ſententia, non adeſſe iudicium. 3. Offic. 40. Principes conſilium hoc ceperunt, nomen Tarquiniorum memoriámque regni eſſe tollendam. 2. A. 34. Tu quem Narbone conſilium interficiendi Cæſaris cepiſſe notiſſimum eſt. 14. Fam. 12. Metuo ne id conſilij ceperimus, quod non facilè poſſimus explicare. de Fat. 2. Maximè nos quidem exquirentes ea conſilia, quæ ad concordiam ciuium pertinerent. 4. Fam. 2. Exquirere conſilium alterius. 2. de Or. 35. Huius eſt in dando conſilio de maximis rebus cum dignitate explicata ſententia. 10. Fam. 10. Cognoui, quæ tua voluntas, quod tuum conſilium eſſet de repub. Ibid. 16. Tu quanquàm conſilio non eges, vel abundas potiùs, tamen hoc animo eſſe debes, vt nihil huc reiicias: nec in rebus tam ſubitis, támque anguſtis à Senatu conſilium petendum putes. 15. Att. 1. Quid enim illi afferre conſilij poſſum, cùm ipſe egeam conſilio? 1. 4. Ego qui in te ſatis conſilij ſtatuebam eſſe malui Peduceum tibi conſilium per literas quàm me dare. 3. 15. Quod in meipſo ſatis eſſe conſilij decreueras. 13. 37. Nunc me iuua mi Attice conſilio. 6. Fa. 8. Actis his rebus literę à te mihi ſunt redditę, quibus à me conſiliũ petis, quid ſim tibi autor: in Siciliáne ſubſidas an, &c. 3. 2. Quid efficere poſſis, tui conſilij eſt. 8. At. 3. Quare vt de maxima re deliberanti, ita mihi des conſilium velim. 9. 2. Conſideratius conſilium dare. 14. Fam. 14. Veſtrum conſilium eſt, quid vobis ſit faciendum. 6. Attic. 3. Qu. puer literas patris aperire ſolet, ídque de meo conſilio. 13. 31. Cæſar nihil facturus niſi de meo conſilio. 3. 4. Capere conſilium de ſententia alicuius. 3. de Nat. 74. Ope conſilióque tuo furtum factum eſt. 3. Att. 2. Sed eò ſi veneris, de toto itinere ac fuga mea conſilium capere potero. Poſtq. ad Quir. 24. In conſiliis de repub. capiendis, &c. 2. contra Rull. 90. Nec concionandi poteſtas erat, nec conſilij capiundi publici. 9. Att. 2. Capere conſilium ex re & ex tempore. 2. C. 14. Si Catilina ſententiam permutauerit, & conſilium belli faciendi abiecerit. 5. Attic. 11. Fannius ædificandi conſilium abiecerat. 7. 22. Ego tamen Philocimi literis mutaui conſilium de mulieribus. 1. Offic. 112. Cato ſemper in propoſito ſuſceptóque conſilio permanſit. 1. A. 1. Exponam vobis breuiter conſilium profectionis & reuerſionis meæ. 3. Fam. 5. Nunc ego tibi meum conſilium exponam. 9. Attic. 6. Conſilium primum eſt, ſuffocare vrbem: deinde, &c. 9. Fam. 24. Aquini conſilia ſunt inita de me. 15. Attic. 4. Animis vſi ſimus virilibus, conſiliis mihi crede puerilibus. 8. 4. Cuius fortunæ, quantum humano conſilio effici poterit, motum ratione quadam gubernabimus. 1. Offic. 82. Reperias multos, quibus pericoloſa & callida conſilia, quietis cogitationibus ſplendidiora & maiora videantur. 3. de Nat. 78. Homines rationem bono conſilio à diis immortalibus datam in fraudem conuertunt. 6. Fam. 10. Quæ ſunt in fortuna, temporibus regentur, & conſiliis noſtris prouidebuntur. pro Dom. 73. Senatus eſt ſummum populi Rom. populorúmque & gentium omnium ac regum conſilium. 1. contra Rul. 19. Com-‡ mune conſilium. 1. de Diu. Summum conſilium. || de Clar. 329. Pacis ſpem à publico conſilio eſſe exploſam. 1. Fa. 7. Eáq; quę de ea ſcripta eſt autoritas, tantam habet vim, vt magis iratorũ hominum ſtudiũ, quàm conſtantis. Senatus conſilium eſſe videatur. pro Dom. 74. Nulla eſt in hac vrbe ſocietas publicanorum, nullum collegium, nullum cõcilium, nullum deniq; commune conſilium, quod non, &c. 7. V. 23. Sententia ſine conſilio, damnatio ſine defenſione. 5. Fam. 2. Quis eſſet, qui me in conſulatu non caſu potiùs exiſtimaret, quàm conſilio fortem fuiſſe.* pro Cluen. 184. Mulier abundat audacia, conſilio & ratione deficitur. pro C. Cornel. 2. Studia, conſilia, cogitationéſq; eorum aperiam? con. C. Anton. Cuius tu conſilium in tua turpiſſima cauſa delegiſti. Frag. epiſt. Felicitas eſt fortuna adiutrix conſiliorum bonorum: quibus qui non vtitur, &c. Ergo in perditis impiíſque conſiliis nulla potuit eſſe felicitas. Ibid. Eum amorem & eum, vt hoc verbo vtar, fauorem. in conſilium aduocato. 2. de Legib. in frag. Magnum audáxque conſilium Græcia ſuſcepit, quòd.

CONSILIVM, *pro iudicibus, congregatis.* pro Quint. 5. Si apud hoc conſilium, ex opibus, non ex veritate cauſa pendetur. Ibid. 34. Tibi inſtat Hortenſius vt eas in conſilium. de Cla. 86. Conſules re audita ampliùs de conſilij ſententia pronunciant. 7. V. 52. Cauſam cognoſcit, & de conſilij ſententia pronũciat. Aduocare conſilium vel concionem. *Lege,* ADVOCO. 3. de Leg. 42. & 1. de Orat. 121. Dimittere conſilium. pro Clu. 83. Cur eum cùm in conſilium iretur, abeſſe patiebantur? cùm in conſilium mittebant, Stalenum iudicem non requirebant.

¶ *Arbitrium.* 10. At. 1. Veniendúmne ſit in conſiliũ tyranni, ſi is aliqua de re bona deliberaturus ſit.

† ADIVNCT. Acerrima, callidum, diligentia, inertiſſima, 15. Attic. Alterna, bellicum, ſordidum, in Vat. Amantiſſimum, 7. Attic. Ampliſſimum, magnum, perdita, 3. Phil. Aptum ad facinus, 3. Catil. Arrogans. ſuperbum, 2. de Orat. Bona, commune, periculoſum. )(. tutum, plena prudentiæ, proprium, 10. Fam. Bonum, periculoſa & callida, & ſplendidiora & maiora, vrbanum, 1. Offic. Cautiora, maxima, 13. Phil. Cautum, paternum, ſingulare, 1. de Orat. Certum, doloſa. pro Rab. Clandeſtina, Orat. ad Brut. Clariora luce, ſanctiſſimum, grauiſſimúmque, 1. Catil. Crudeliſſima, inſeparatum, nouum, 4. Phil. Crudeliſſimum, maius. 11. Phil. Cupidum & audax, & temerarium, pro Quint. Digna ſumma laude, 5. Verr. Difficile, mala, ſceleratiſſima, ſecretum, epi. ad Brut. Diſpar, ſeueriſſimum, varium, vetus, 3. de Orat. Diſſoluta, fidele, turbulenta, 2. cont. Rull. Diuina, de Clar. & 13. Fam. Diuinum ac ſingulare, pro Font. Domeſticum, 16. Attic. εὐγενὴ, pro temporibus, nõ illauta, glorioſa, ſed Paulò ſalubriora, inuſitatum, 8. Attic. Extremum, honeſta & expedita, 9. Attic. Fidele, & ſalutare, 6. Fam. Fideliſſima, atque amantiſſima, multum, triſte, 2. Famil. Firmum. )(. imbecillum, pro Flac. Fortuita, grauiſſimum, iuſta, præſtans, ſempiternum, pro Seſt, Gratum acceptúmque, alicui, 16. Fam. Honeſta, 2. Offi. Honeſtum, perutile, ſed minimè honeſtum, ſalutare, 3. Offic. Humana, occulta, occultiora, optima, pernicioſa, pro Dom. Humanum, minimè obſcurum, pro Mil. Idonea ad negotium, 5. Attic. Integrum, optima, pro Cluent. Intima, perſpicua, tacitum, vetera, 2. Ver. Iucunda, medium, ſapiens, ſapientiſſimum, 4. Fam. Languidiora, ſuauiſſimum atque amantiſſimum, 1. Att. Mediocria, pro Mur. Non minimum, neceſſarium, publicum, atque priuatum, 3. Fam. Noua, pro Pomp. Noua & periculoſa, & turbulenta, pro Syl. Non glorioſum, ſed tamen periculo vacuum & dolore, 11. Attic. Non mediocre, 1. de Inu. perdita amicorum, 5. Phil. Par. Totum, 15. Fam. Pium, priuatum, ſalua, atque honeſta Reip. ſalutaria Reip. plenum ſceleris & audaciæ, pro S. R. Plenum prudentiæ & fidelitatis, 7. Fam. Præclarum, ſtultum veruntamen demens, 7. Ver. Prudens, vacuum periculo, 10. Att. Præpoſtera, verum, de Am. Priuata, pro Planc. Publica, 2. de Di. Puerile. 14. At. Recta, vera, honeſta, 4. At. Senatorium, ſingularia, 3. Ver. Socia pacis, & togæ, pro Mar. Summum, 7. Phil. Superiora, 9. Fa. Temerarium ac repentinum, 2. de In. & 10. Fa. Turpiſſimum veriſſimum, 3. Att. Vetus, 1. de Or.

☞ Syntaxis. *Conſilium fidele, amantiſſimum, magnum, pernicioſum, periculoſum, callidum, ſummum. Cõſilium habere, dare, capere, petere. De conſilio alicuius aliquid facere. Conſilium ex re, & ex tẽpore capere, abijcere, mutare. Conſilijs prouidere. Apud hoc conſilium ex opibus, non ex veritate penduntur cauſæ. In conſilium ire, venire. Conſilium conuocare, aduocare.*

CONSIMILIS, *ſimilis, parilis.* 1. de Orat. 149. Cauſa aliqua poſita conſimili cauſarum earum, quæ in forum deferuntur. 2. A. 28. Cùm rem geſſiſſet conſimilem rebus iis quas ego geſſeram. 2. de Orat. 209. & 3. de Or. 25. Aut quæ ſunt aliis grauioribus conſimilia. 4. ad Her. 45. Conſimilis. )( . *Diſſimilis.* in Arat.

*Conſimili ſpecie ſtellas pariliq; colore.*

CONSISTENDI. 4. Tuſc. 41. Ipſa ſibi imbecillitas indulget, in altúmq; prouehitur, impudénſq; nec reperit locum cõſiſtendi. pro Flac. 50. Iſte cui nullus eſt vſquàm conſiſtendi locus. Antequam. 17. Ego repentè vi tribunitia correptus, ne conſiſtendi quidẽ in ciuitate habeo poteſtatem. Part. 101. Ita conſiſtendum, vt quod obiicitur factum neges.

CONSISTENS. 1. de Orat. 161. Nec is conſiſtens in loco, nec inambulans.

CONSISTO, *conſto, commoror, nitor, pendeo, ſubſiſto, reſido, vel reſideo, ſum.* 5.V.34. Nympho antequàm planè conſtitit, condemnatur. 7.28. Oppida in quibus Prætores conſiſtere & conuentum agere ſolent. 5.At.12. Plura ſcribam ad te, cùm conſtitero. 12.1. Vt dum conſiſto in Tuſculano, ſciam quid garriat in ruſticatu. pro Rab. 21. Cùm is armatus in comitio conſtitiſſet. in Arat. Sol conſiſtens in Capricorno conuertit curriculum. 16. Att. 4. Brutus tardè nauigaturus eſt, conſiſtens in locis pluribus. Orat. 98. Si ſemel conſtiteris, nunquàm cades. 16.At.6. Veni igitur ad ſiccam octauo die à Pompeiano, cùm vnum diem Veliæ conſtitiſſem. 8.15. Itaque Cales proceſſi, vt ibi potiſſimùm conſiſterem. 1.de Diuin.31. Qui ad meridiem ſpectans in media vinea dicitur conſtitiſſe. 2.de Orat.200. Vbi ſenſi me in poſſeſſione iudicij & defenſionis meę conſtitiſſe. pro Do.139. Tantus clamor à noſtris, vt neque mente, neque lingua, neque oratione conſiſteret. 3.de Orat.122. Oratorem vbicunque conſtiterit, conſiſtere in ſuo. Orat.30. Cauſidicus qui in forenſibus cauſis poſſit pręclarè conſiſtere. pro Ceci.75. Non conſiſtes illo iudice. pro Do. 139. Neque mens, neque vox, neque lingua conſiſtere. de Clar. 333. Nónne cernimus vix ſingulis ætatibus binos Oratores laudabiles conſtitiſſe? 2.Qu.Fr.3. Clodius neque mente, neque lingua, neque ore conſiſtere potuit. 2.A. 68. Is neque vigilans, neque in ſomnis mente vnquàm poteſt conſiſtere. de Sen.74. Qui mortem omnibus horis impendentem timet, is tranquillo non poteſt animo conſiſtere. 2.de Diu.149. Vt nunquàm liceat quieta mente conſiſtere. pro Qu.32. In hoc ſumma iudicij cauſáque tota conſiſtit. de Fat.8. Hæc diſſerens qua de re agatur, & in quo cauſa conſiſtat, non videt. 1.de Or.182. Præſertim cùm hæc cauſa non in crimine aliquo, ſed in iure ciuili conſiſtat. 7.Att.10. Si in Italia Pompeius conſiſtit, erimus vnà. de Somn.20. Vel cóncidat omne cœlum, & omnis natura cõſiſtat neceſſe, pro Quint. 10. Vt multis iniuriis iactatam atque agitatam æquitatem in hoc tandem loco conſiſtere & infirmari patiamini. pro Qu. R. 48. Ipſa mihi veritas manum iniecit, & pauliſper conſiſtere & commorari cogit. Ibid.28. Quoniam ille hìc conſiſtit pauliſper, mihi quoque neceſſe eſt paulùm commorari. 7.Fa.26. Vt hodiè primùm & graui morbo videar poſſe conſiſtere. pro Ar. 19. Beſtiæ ſæpe immanes cantu flectuntur atque conſiſtunt. 10. Fa.18. Mihi ſi contigiſſet vt prior occurrerem Antonio, non mehercule horam conſtitiſſet. 6.Att.1. Conſiſtere vſura debuit, quæ erat in edicto meo: *id eſt, non debuit mutari.* Poſtquàm in Sen.13. Si cum hoc homine in foro conſtitiſſes. 2.V. 19. Verres appellat hominem, cum hoc conſiſtit, hunc amplexatur. 4. A.6. Milites Albæ conſtiterũt. 10.Fa.11. Ipſe in Allobrogibus conſtiti, vt, &c. pro Mur.26. Homines cùm rectè atque in loco conſtitiſſent, iuberi abire. Ad Brut. Is vbi conſiſtat, vſpiam non habet. pro Qu.5. Veritas locum vbi conſiſtat, reperire non poterit. pro S.R. 148. Tibi in iſto loco conſiſtere non liceret. 2. de Inu.30. Habitus in aliqua animi abſolutione conſiſtit. 5.Tuſc.41. Omne bonum in vna honeſtate conſiſtit. 1.Offic.18. Primus ille locus in veri cognitione conſiſtit. 2.A.53. Cauſa eius belli in perſona tua conſiſtit. 1.18. Cn. Pompeij tertius Conſulatus in quibus actis conſiſtit? nempe in legibus. pro Mar.23. Salus reip. in vnius mortalis animo conſiſtit. 7.Att. 3. Ego in cuius cauſa reip. ſalus conſiſtebat. 3.A.19. Cùm in eo ſalus & vita optimi cuiuſque & libertas populi Rom. dignitáſque conſiſteret. pro S. R.152. In quo non modò culpa nulla, ſed ne ſuſpicio quidem potuit conſiſtere. pro Cluent.79. Similis in cæteris ſuſpicio conſiſtebat. Ibid. 83. Eò tranſire illius turpitudinis infamiam, vbi cætera maleficia conſiſtant. de Aruſ.23. Si ludus conſtitit, aut tibicen repentè conticuit. 8.Att.11. Leuatur enim omnis cura, cùm aut conſiſtit conſilium, aut cogitando nihil explicatur. 1.de Or.1. Si infinitus labor ætatis flexu conſtitiſſet. 7.Fam.17. Quòd iam videris certa aliqua in ſentẽtia conſtitiſſe. Or.199. Cõprehenſio à capite ita fluere debet, vt ad extremã veniẽs conſiſtat. Ibid 30. Cauſidicum ſequuntur, qui in forenſibus cauſis poſſit præclarè conſiſtere.

† ADVER. Diutiùs in hoc, 1.de Inu. Multùm diu, 2.de Inuen. Nuſquàm, 11.Fam. Pauliſper, pro Q.R. Planè, 5. Ver. Præclarè, Orat. ad Brut. Rectè in loco, pro Mur. Vſquàm, pro Flac.

☞ Syntaxis. *Conſiſtendi locus. In loco conſiſtere. Cùm conſtitero: abſolutè. Conſiſtere mente, lingua, oratione. In iudice conſiſtere. Conſiſtere animo tranquillo. Cauſa non in crimine, ſed iure ciuili conſiſtens.*

CONSITIO, *ſatio.* de Sen.54. Nec conſitiones modò delectant, ſed etiam inſitiones.

CONSITVRA, *conſitio.* de Repub. Quę videlicet ille non ex agri conſitura, quam cernebat, ſed ex doctrinæ indiciis interprebatur.

CONSITVS, *ſatus.* de Senect. 59. Ager conſeptus ac diligenter conſitus.

CONSOBRINVS, *ex fratre vel ſorore matris natus.* pro Lig. 11. Nam quid aliud agis? niſi vt Romæ ne ſit, ne cum hoc T. Brocho auunculo ſuo, ne cum eius filio conſobrino ſuo, ne nobiſcum viuat. 2. de Orat.2. Cùm nos erudiremur vnà cum conſobrinis noſtris Aculeonis filiis, quo cum erat noſtra matertera. pro Quin.16. P. Quintij cõſobrinam habet in matrimonio Næuius. 1.Offic.54. Sequuntur fratrum coniunctiones, pòſt conſobrinorum ſobrinorúmq; : qui cùm vna in domo iam capi non poſſint, in alias domos tanquàm in colonias exeunt. Poſtquàm in Sen.9. Alter Cethegum conſobrinum ſuum repoſcebat.

† ADIVNCT. Maximè neceſſarius, 2.Fam.

CONSOCIATIO, *ſocietas, communio.* 1. Offic.149. Communis totius generis hominum conciliatio & conſociatio. Ibid. 157. Conſociatio hominum atq; communitas. 3.Off.26. Diſſoluetur omnis humana conſociatio: *aliàs*, Conſortio.

conſuetudinem. Dare ſe in conſuetudinem. Conſuetudo & familia-
ritas.*

Consvetvs.2.Tuſ.49.Qui conſuetus in armis æuum agere.

Consvl,*tutor annulus reipublicæ, publici conſilio princeps.* 2. con-
tra Rull. 3. Qui ſine repulſa conſules facti ſunt. Ibidem *de pe-
tendo conſulatu.*pro Mur.1. Illo die quo auſpicatò comitiis cen-
turiatis,L.Murænam conſulem renunciaui.pro Flac. 98. Cùm
bellum iam gerente Catilina, omnes me autore duos conſules
calend.Ianuariis ſcirent eſſe oportere.pro Mur.90. Iuno Soſpi-
ta cui omnes conſules facere neceſſe eſt. pro Syl. 81. Conſules
ſella curuli vtebantur.Poſtq.in Senat.11. Conſul vnguētis obli-
tus,cum toga prætexta,&c.I.P.20. C.ille Marius & Conſul, &
ſextùm Conſul.3. de N. 81. C. Marius ſeptimùm Conſul domi
ſuæ ſenex eſt mortuus. 2.de Diu. 77. M. Marcellus quinquies
Conſul.de Clar.79.T.Gracchus, qui bis Conſul & Cenſor fuit.
Ibidem 77. Quint. Maximus quintùm Conſul. de Senect. 10.
Quint.Maximus IIII.Coſ. 1. Att. 9. M. Meſſala & M. Piſone
Coſ.5.21.Sulpitio & Marcello Coſſ.Ibidem.Lentulo Philippó-
que Coſſ.*16.20.Quæ conſules decreuerunt ſecundùm Cæſaris
decreta & reſponſa.Ibidem 19.Res iſta eſt firma, quam Coſſ.dè
conſilij ſententia decreuerūt,cùm & lege & S.C.cognoſcerent.

† Adivncta.Amiciſſimi,13.Phil.Amici,1.de Repub.Boni,fortes,po-
pularis, ſolutus à cupiditatibus, liber à delictis, Cautus in periculis,
non timidus in contentionibus,2.Agr.Bonus,5.Tuſc. Certiſſimus, for-
tis,fortiſſimus & inimicus,pro Mil. Cincinnatus, contemptiſſimi, gra-
uis & fortis,horridus & ferus,ſummus, pro Sext. Clariſſimi & fortiſſi-
mi,pro Pomp.Clariſſimus, Imperioſus, impij nefariique, modeſti, le-
gúmque metuentes,vnicus,Poſtquàm ad Quiri.Cupidus, cupidiſsimus
otij, ſtudioſiſsimus bonorum, acerrimus contra ſeditionem, Fortiſsi-
mus in bello,inimiciſsimus alicui,Domeſticus,grauiſsimus & clariſsi-
mus,integer,pro Mur.Diligentiſsimus,vehemens, vigilantes,2. Catil.
Egregij,magnus,10.Fam.Egregius,conſtans, diligens, 1.Attic. Fortis
conſtanſque,pro Flac.Fortiſſimus,pro Syll.Fortiſſimi atque optimi, 6.
Phil.& 7.Phil.Honorificus,2.Fam.Improbus,3.Verr.Iners,pro Cluent.
Interior,1.cont.Rull.Inuiti,ſingulares,1. Fam.Lenior, præclariſſimus,
vehementiſsimus & fortiſsimus,12.Phi.Maior, optimi, ſceleratiſsimi,
ſenior in regenda rep.ſuperiores,pro Dom.Maximus,12.Famil.Melior,
2.de Orat.Moderatiſsimus & conſtantiſsimus,in Vat. Nobiliſsimus &
fortiſsimus,de Aruſp.Optimus,ſalutaris & diligens,in Piſ. Optimus &
præſtantiſsimns,pro Rab.φιλόπατρις,2.Attic.Paludati,8.Fam. Peſtiferi,
ſapientiſsimus,de Prou.Præſtantiſsimus memoria,atque optimus,for-
tiſsimus atque optimus,7.Phil.Proximi,de Cl.Singularis,9.Famil.Poſt
hominum memoriam teterrimi,atque turpiſsimi, pro Planc. Vitioſus,
2.Phil.

Syntaxis.*Conſules facere,fieri.*

Consvlaris,*vir,qui aliquando Conſul fuit.*12.Fa.4. Egregios
conſules habemus,ſed turpiſſimos Conſulares.2.Qu.Fr.1.Con-
ſulares viri,&c.

¶ *Officium item,id eſt,Conſulatus.*pro Rab.2. Cōſulare officium.

¶ *Item prouincia,quæ Conſuli mandabatur.*pro Dom.24. Prouin-
ciæ Conſulares.

¶ *Inſuper ætas,qua ad Conſulatum aſpirare, legibus annalibus lice-
bat,ea erat annus quadrageſimustertius,*5.A.47.

† Adivnct.Clariſsimi,Poſtq.ad Quir.Conſtantes & nobiles,14.Phil.
Diſertus, 2.Attic. Maximus,turpiſsimi,12.Fam.Meliores, fortiores,&
conſtantiores,pro Syl.Timidi,10.Famil.

Consvlatvs,*ampliſſima poteſtas in Repub* pro Flanc. 60. Ho-
norum populi finis eſt Conſulatus: quem Magiſtratum iam
octingenti ferè conſecuti ſunt.5.A.47.Legibus annalibus annus
tertius & quadrageſimus ad Cōſulatum conſtituebatur. Poſtq.
in Sen.26.Vt eædem centuriæ,quæ me conſulem fecerant,Con-
ſulatum meum comprobarent.9.A.4. Qui primus in eam fami-
liam attulit Conſulatum con.C. Anto. Dignus conſulatu. Ibid.
Conſulatum ſpero aut cogito.7.Fa.30. Qui ſuo toto Conſulatu
ſomnum non viderit.

† Adivnc. Antiquus, 2.Catil.Bimeſtris, 12.Fam. Clariſsimus atque
optimus,14.Fam.Diuinus,7.Attic.Fatalis,4.Catil. Paratiſsimus alicui,
2.de Finib.Plures,de Clar.Salutaris.)(.pernicioſus,2.Phil.Vituperabi-
lis,3.de Leg.Vrbanus,5,Phil.

Consvlendvs.1.de Di.3. In impetrandis conſulendíſque re-
bus magna vis eſt in aruſpicum diſciplina.7.At.13.Aliter enim
mihi de ipſis ac de me ipſo conſulendum eſt.1.de Orat.239.Sæ-
pe audiui acceſſiſſe ad Craſſum conſulendi cauſa quendam ru-
ſticanum.

¶ *Proſpiciendus.*3.de Fin.57.Famæ poſt mortem futuræ eſt con-
ſulendum. 2. de Inu. 174. Quanquàm præſtet honeſtas incolu-
mitati,tamen vtri potiſſimùm conſulendum ſit, deliberatur: *id
eſt,quæritur.*

Consvlens.*conſultor.*de Cl. 306. Qu. Scæuola conſulentibus
reſpondendo,ſtudioſos audiendi docebat.1.de Leg.10.Ego mo-
re patrio ſedens in ſolio conſulentibus reſponderem. Ora. 143.
Eodem tempore diſcentibus ſatisfaciebant &conſulentibus.pro
Mur.9.Alicui de iure conſulenti reſpondere.1.de Leg. 10. Qui
conſulentibus reſpondent:*id eſt,Iuriſconſulti.*

Consvlitvr.3.de Fin. 57. Patres liberis ſuis conſultum vo-
lunt,propter ipſos liberos.2.C.26.Mihi vel vrbi ſatis eſſe præſi-
dij conſultum eſt.2.con.Rull. 87. De Capua multum eſt ac diu
conſultum.

Consvlo,*conſilium peto,delibero refero.* ‖ *admonendi ſunt rudiores
ne deinceps vſurpent conſulo tibi,pro author ſum:nulli enim antiquo-
rum, nedum Cicero,ita locuti ſunt, ſignificat enim conſulere alicui
aut Reip.Conſilio,opera,ſtudio adeſſe,& iuuare,vide Schorum.* 2. V.
32. Nunc ego iudices iam vos conſulo, quid mihi faciendum
putetis.11.Famil.29.Cùm te per literas conſuluiſſem, quid mi-
hi faciendum eſſe cenſeres.2.de L.40.De quo cùm conſulerent

Athenienſes Apollinem Pythium, quàs potiſſimùm religiones tenerent, oraculum editum eſt, eas.&c. ‖ 2.de In. 174. Cum incolumitati videbimur cõſulere.pro Qu.53. Sed ne ipſe quidem te conſuluiſti, ſed ne ipſe quidem ad te retuliſti, ne hæc quidem tecum locutus es, horæ duæ fuerunt, &c. Ibidem.54. Ego pro te nunc hoc conſulo, quod tu conſulere oblitus es.7. Att.19. Nec te id conſulo. 9. Famil.26. Quid ergo faciam? te conſulo.4.ad Brut. Quod me de Antonio conſulis, puto, &c.1.de Diu.32. Dixi ei ſe cogitare quiddam: id poſſétne fieri, conſuluit.1.de Orat. 255. Subſidium ſenectutis in eorum qui conſultum veniant, multitudine non eſſe ponendum.2.de Diu.11. Nemo, aruſpicem conſulit, quemadmodum ſit cum amicis viuendum: nam ad ſapientes hæc, non ad diuinos referri ſolent.

¶ *Proſpicio, alicuius rationem habeo, prouideo, occurro.* 3.Famil.2. Vt quibuſcunque rebus poteris (poteris autem plurimis) proſpicias & conſulas rationibus meis. 1. Offic.85. Qui parti ciuium conſulunt, partem negligunt, rem pernicioſiſſimam in ciuitatem inducunt.8.Fam.17. Tu porrò cùm ad te veniſſem, &c. amici officium neglexiſti, neque mihi conſuluiſti.3.V.153. Conſulere filiis ac proſpicere debemus. 4. C.3. Quare P. C. conſulite vobis, proſpicite patriæ, conſeruate nos, &c.1.Q.Fr.1. Conſulere, omnibus mederi incommodis hominum, prouidere ſaluti.2. A.3. Næ tu ſi id feciſſes, meliùs famæ, meliùs pudicitiæ tuæ conſuluiſſes. 2.Famil.18. Et poſteritatis otio conſules. 2.V.43. Huic malo iudices conſulite ac prouidete. pro Cæl.21. Qui alieno dolori potiùs, quàm ſuæ fidei conſulunt.2.At.19. Saluti, ſi me amas, conſule. 1.Q.Fr.1. Conſulere ciuium commodis, & eorum vtilitati ſalutíque ſeruire. 4.Fam.9. Tuum eſt conſulere temporibus, & incolumitati, & vitæ, & fortunis tuis.8.16.10.At. 11. Te oro, ne quid grauiùs de ſalute & incolumitate tua conſulas.pro Syl.63. De ſalute ſuorum cõſulere, communem relinquere. 2.Offic.74. Atque etiam omnes qui remp. gubernabunt, conſulere debebunt, vt earum rerum copia ſit, quæ ſunt neceſſariæ.3.V.22. Vos quod ad famam veſtram pertinet, proſpicite ac conſulite.2.de Fin.60. Satis ergo pudori conſulat, ſi quis ſine teſte libidini pareat.

CONSVLOR. 7.Fam.11. Conſuli quidem te à Cæſare ſcribis: ſed ego tibi ab illo conſuli mallem.7. A.1. Paruis de rebus conſulimur, P.C. Appia via conſul refert, &c.10.Famil.22. Cum ea quæ conſulebantur, ad exitum non perueniret.2.de D.8. Nunc quoniam de republ. conſuli cœpti ſumus, tribuenda opera reipubl. de Cl. 55. Ille ſe conſuli volebat. 3. V.120. Qui de iure ciuili conſuli ſolent.de Cl.98. P. Craſſus qui & conſulebatur plurimũ, & dicebat. ad Oct. Senatus nihil conſulitur. 1. de Leg. 14. Qui conſuluntur: *id eſt, Iuriſconſulti.* pro Mur.28. Quæ conſuluntur, minimo periculo reſpondentur.pro Dom.33. Ea de quibus maiores noſtri vos ſolos & conſuli & ſcire voluerunt. 5. Si pop. Romanus de iſta re conſultus eſſet. pro Mil. 16. Nihil de eius morte populus conſultus eſt.pro D.71. Quotieſcunque Senatus de me conſultus eſt, totiens, &c.11.Att.14. Sed tamen aliquid conſuli proſpicíque poterit.

¶ *Proſpicior.* 16.18. Obliuiſcere, illũ aliquando ſuo familiari, tuo aduerſario, voluiſſe conſultũ.2.de N.162. Deorũ prouidẽtia cõſuli rebus humanis.1.4. A diis vitæ hominũ cõſuli ac prouideri.

CONSVLTVRVS. 2. contra Rul.17. Deligant, quem maximè pop.Rom. conſulturum putent.

† ADVERB. Benè Reipub.2.Offic. Commodè, 10.Att. Conſideratiùs, 9. Attic. Diligenter agris, 3.cont.Rull. Diligentiſſimè valetudini, 16.Fam. Grauiùs, 3. Attic. Grauiùs de ſalute, 8. Famil. Liberè Reipubl. 11. Fam. Malè ſuis rebus, optimè ſibi, 5.de Fin. Meliùs, 11.At. Meliùs ſibi, 10.Fa. Meliùs famæ, pudicitiæ, 2.Phil. Multùm & diu, 2.con.Rull. Optimè alicui, 2.cont.Rull. Plurimùm, de Clar. Seriùs prouinciis, 15.Fam.

☞ Syntaxis. *Impetrandæ & conſulendæ res. Reſpondere conſulentibus. De te multùm ac ſatis conſultum eſt. Conſulere aliquem per literas. Hoc te pro illo conſulo. Suis rationibus proſpicere, & conſulere. Parti ciuium conſulere. Conſulere periculo, temporibus, commodis. Conſulere de virtute: id eſt, decernere, Conſulere, vt ne, &c.*

CONSVLTATIO, *deliberatio.* 8.At.4. Expecto vt ſciam quid repondeas conſultationi meæ.2.de In.76. Quaſi aliquam in conſultationem res veniat. Topic. 66. Iuriſperiti conſultationibus ſuis diſputant.3.Offi.50. De viri deliberatione & conſultatione quærimus.3.ad Her.3. Vtilitas in duas partes in ciuili conſultatione diuiditur. 1. de Leg. 17. Non enim quærimus quid de quaq; conſultatione reſpondeamus.3.ad Her.2. Partim propter aliquam extraneam cauſam veniunt in deliberationem & conſultationem.2.de Or.142. Credo vt putaremus non in hominibus, non in re cõſultationis aut deliberationis cauſam aliquam fuiſſe. 3.Offic.33. Ad quas ipſas conſultationes ex ſuperioribus libris ſatis multa præcepta ſunt.9.Atti.12. Sed venio ad conſultationem. 2. de Leg. 47. Quæcunque cauſa conſultatióve acciderit.

¶ *Propoſitum, infinita quæſtio, quam theſin Græci vocant.* Part.4.C. F. Quid quæſtio? quáſnam habet partes? C.P. Infinitam, quam conſultationem appello: & definitam, quam controuerſiam nomino. Ibid. 61. Sed eſt conſultatio quaſi pars cauſæ quædam. 3.de Orat.107. Quæſtio infinita & quaſi propoſita, conſultatio nominatur.

† ADIVNCT. Ciuilis, 1.de Inu. Infinitæ 3.de Orat.

☞ Syntaxis. *Reſpondere conſultationi. Res in conſultationem venit. Deliberatio & conſultatio. De conſultatione reſpondere.*

CONSVLTO, *cogitatò, dedita opera, de induſtria* )(. *Fortuitò.* 1.de N.86. Exiſtimant quod ille inſcitia loquẽdi fecerit, feciſſe conſultò.1.Offi.27. Vtrùm perturbatione aliqua animi, an conſultò & cogitata fiat iniuria.2. de Orat.299. Neminem niſi conſultò contra ſe dicere.2.ad Her.49. Sextus locus eſt, cùm oſtendemus ex conſulto factum.2.Tuſc.4. Philoſophia multitudinem conſultò fugiens, &c. ‖ 3.Fam.8. Quaſi conſultò ad iſtas legationes impediendas eſſe accommodatum.

☞ Syntaxis. *Conſultò & cogitata fecit iniuria. Ex conſulto facere.*

CONSVLTO, *delibero.* 16.At.8. Octauius conſultabat vtrùm Romam proficiſcerentur, an, &c.1.Offic.9. Tum autem inquirunt, aut conſultant, conducat id nec ne, &c.3.7. In quibus deliberare homines & conſultare de officio ſolent.3.ad Her.2. Vt ſi Annibal conſultet, an in Italia remaneat, an domum redeat. Ibidem. Item deliberationes partim ipſæ propter ſe conſultandæ ſunt: vt ſi deliberet Senatus, &c.

☞ Syntaxis. *Inquirere & conſultare. Deliberare & conſultare de. Deliberatio conſultanda.*

CONSVLTOR, *conſulens.* 5. Tuſc.112. Druſi domum compleri conſultoribus ſolitam accepimus. pro Mur. 22. Vigilas tu de nocte, vt tuis conſultoribus reſpõdeas.pro Corn.45. Q. Mutius cùm de iure prædiatorio conſuleretur, conſultores ſuos nonnunquàm ad Furium prædiatorem reiiciebat.

CONSVLTRIX. 2.de Nat.58. Natura conſultrix & prouida vtilitatum opportunitatúmque omnium.

CONSVLTVM, *decretum: vt ſenatuſconſultum vel decretum.* 1.de Leg. 62. Facta & conſulta fortium & ſapientum monumentis prodere. ad Brut.3. Conſulta Senatus. 14. A.34. Atque vtinam his omnibus abſtergere fletum ſententiis noſtris, conſultíſque poſſemus.

☞ Syntaxis. *Facta & conſulta fortium. Sententiæ & conſulta.*

CONSVLTVS. 2. At.16. Nondum videlicet meas literas legerat, quibus ad eum re conſulta & explorata perſcripſeram, non deberi. 1.de Orat.250. Quamquam ipſi omnia, quorum negotium eſt, conſulta ad nos & exquiſita deferunt.2.de Fini.106. Si prima quæque bene ab eo conſulta atque facta ipſius obliuione obruerentur.

¶ *Peritus.* pro Cec.78. Ita iuſtus & bonus vir eſt, vt natura, non diſciplina conſultus eſſe videatur.de Cla.148. Nam, vt antè dixi, conſultorũ alter diſertiſſimus, diſertorum alter conſultiſſimus fuit.9.A.11. Sulpitius nõ magis iuris cõſultus, quàm iuſtitiæ fuit.

† ADVERB. Benè, pro Rab.poſth. Maximè, 1.Verr. Optimè, 3.de Nat.

☞ Syntaxis. *Re conſulta & explorata. Conſulta & exquiſita deferre ad aliquem. Bene conſulta, atque facta. Natura & diſciplina conſultus. Conſultus iuris atque iuſtitiæ.*

CONSVMMATVS, *perfectus, abſolutus, confectus.* 11.A.17. Bella quæ à Conſulibus geſta & conſummata ſunt. *Pleraque tamen exemplaria, eáque emendatiora, & vetuſtiora,* & conſummata, *non habent.*

CONSVMENDVS. 4.ad Her.19. His vitiis in compoſitione vitatis, reliquum operis conſumendum eſt in dignitate.

CONSVMO, *tero, contero, pono, impendo, exhaurio, abſumo, expromo, profundo, inſumo, diſſipo, comedo, conficio.* pro S.R.43. Prædiis colendis operæ plurimùm ſtudiíque conſumere. 11, Famil.27. Vt domum ventitares, horáſque multas ſæpè ſuauiſſimo ſermone conſumeres.4.Aca. 2. Conſumpſi multum temporis in iſta vna diſputatione. 1.de Offic.2. Quoniam in eo ſtudio ætatem conſumpſi.1.de Orat.57. Conſumere otium in angulis.4.ad Her.7. Poſtremò in eo vim artificij, conſumant, vt, &c.pro Pl.90. Si me aut vis aliqua morbi, aut natura ipſa conſumpſiſſet. 1. de Nat. 102. Ibes maximam vim ſerpentium interficiunt & cõſumunt. 8.At.11. In ſtudiis ac literis noſtris conſumo omne tempus. 1. ad Her.1. Conſumere otium in Philoſophia.2.de Ora.57. Conſumere otium ſuum in hiſtoria ſcribenda. 4. Fam.12. Eúmque diem ibi conſumpſi.2.de Inu.7. Conſumere operam in magnis rebus.1. de Fin.1. Conſumere operam in agendo aliquid. 1.de Orat.234. Conſumere multum operæ ac laboris in aliqua arte. 13.At.43. Conſumere dies in Philoſophia explicanda.1.de Leg. 13. Aut in quo meliùs hunc conſumam diem.pro Mar.11. Nihil eſt enim opere aut manufactum, quod non aliquando conficiat ac conſumat vetuſtas.pro S.R.51. In agris colendis aliquantum operæ temporíſque conſumpſi.1.de Natu.6. Nec mediocrem in eo ſtudio operam curámq; cõſumpſimus.16.At.2. Populus Romanus manus ſuas non in defendenda repub. ſed in plaudendo conſumpſit.6.Famil.12. Cùm ſtudium tuum conſumas in virorum fortium factis memoriæ prodendis.de Vniu.2. Ac primum quidem tempus ſalutationibus, reliquum percunctatione conſumpſimus. pro Pl. 73. Tibi remitto atque concedo, vt omne ſtudium tuum in Cn. Plancij honorem conſumas. 2.de Fin.25.



UNED

Conſumere omne ſtudium in aliqua re. pro Flac. 91. Vt pecuniam quam confecerat non conſumpſiſſe, ſed Flacco dediſſe videretur. pro S. R. 6. Per luxuriam effundere atque conſumere omnia bona. 5. A. 49. Cæſar omnem vim ingenij ſui in populari leuitate conſumpſit. pro Seſt. 31. Qui omnem vim ſui tribunatus in mea ſalute conſumpſerit. 13. A. 24. In luſtris, popinis, alea, vino, tempus ætatis omne conſumpſiſſet.

CONSVMOR, *abſumor*. 16. At. 3. Quodque temporis in prædiolis noſtris conſumi potuit, in peregrinatione conſumemus. de Fat. 2. Omnis ferè noſtra in his deliberationibus conſumebatur oratio. ad Brut. 18. Mater tua cuius omnes curæ ad te referuntur, & in te conſumuntur. 1. ad Here. 4. Inuentio in ſex partes orationis conſumitur. 3. 3. Dolus conſumitur in pecuniam, pollicitationes, diſſimulationes, mentiones, &c. de Cl. 119. Iſtorum in dialecticis omnis cura conſumitur: *id eſt, ponitur*. 1. Att. 15. Tantum requietis habeo, quantum cum amicis conſumitur. 5. 21. Vt tibi Iunius conſumatur. 1. contra Rul. 14. Pecunia conſumetur in agrorum emptionibus. 2. de N. 151. Agri multa ferunt, quæ vel conſumantur ſtatim, vel mandentur condita vetuſtate.

CONSVMPTVS, *abſumptus, interemptus*. 3. de Ora. 6. Craſſus cum febri domum rediit, diéque ſeptimo eſt lateris dolore conſumptus. 1. con. Rull. 12. Aurum in monumento conſumptum. 3. de Orat. 6. Atque in eo ſilentio duas horas ferè eſſe conſumptas. 2. Offi. 16. Belluarum impetu quædam hominum genera eſſe conſumpta. 3. de Or. 100. Actio cõſumpta ſuperiore motu & exhauſta. de Vn. 36. Quos & viuos alatis, & cõſumptos ſinu recipiatis.

† ADVERB. Tranquillè tempus, 5. Attic.

☞ Syntaxis. *Operam, oleum, ſtudium, tempus, ætatem, otium conſumere. Interficere atq; conſumere vim ſerpentium: id eſt, numerũ. Otium conſumere ſuum in Philoſophia. Conficere & conſumere. Per luxuriã effundere, & conſumere bona ſua Vim omnem ſuæ dignitatis conſumere in alicuius ſalute. Id in ſex partes conſumitur. Febre conſumptus.*

CONSVMPTIO. de Vn. 16. Ita ſe ipſe conſumptione & ſenio alebat ſui. 4. ad Her. 32. Non hæc videntur reperiri poſſe, ſine elaboratione, & operæ conſumptione.

CONSVMPTOR. 2. de Nat. 41. Hic noſter ignis confector eſt, & conſumptor omnium.

CONSVRGO, *ſurgo. aſſurgo*. de Senect. 63. Conſurrexiſſe omnes illi dicuntur, & ſenem illum ſeſſum recepiſſe. 3. Qu. Fr. 2. Conſurrexit Senatus cũ clamore. 6. V. 138. Honorificè ſanè cõſurgitur.

† ADVERB. Honorificè, 6. Verr.

CONSVRRECTIO, *conſurgentium actus propitius*. de Aruſp. 2. Cepi equidem maximum fructum ex conſurrectione omnium veſtrûm, & ex comitatu publicanorum. 1. At. 13. Quæ conſurrectio iudicum facta ſit.

CONTABESCO, *liqueſio, conſumor, extabeſco, tabeſco*. 4. ad Her. 23. O perfidioſæ Fregellæ, quàm facilè ſcelere veſtro contabuiſtis. 3. Tuſc. 75. Luctu confecta contabuit.

CONTAGIO, *fœditas, virus, venenum, peſtis*. 2. Offi. 80. Contagiones malorum, quæ ab vno profectæ manant latiùs. 3. de Or. 162. Ne contagio mea bonis vmbráve obſit. 1. de Diu. 63. Cùm eſt ſomno ſeuocatus animus à ſocietate & cogitatione corporis. de Fat. 5. Vt in reliquis eiuſmodi naturæ contagio valeret. 1. de D. 58. Sed & decoloratio quædam ex aliqua contagione terrena poteſt ſanguini ſimilis eſſe. 2. 91. Quæ poteſt igitur contagio ex infinito penè interuallo pertinere ad Lunam, vel potiùs ad terram. 1. Tuſc. 72. Quibus fuiſſet minima cum corporibus contagio, quin ſe ab his ſemper ſeuocauiſſent, his, &c. pro Mur. 78. Latiùs patet illius ſceleris contagio, quàm quiſquam putat. pro Cl. 193. Nemo inuentus eſt, qui non contagionem aſpectus illius fugeret. pro Syll. 6. In hoc crimine quædam eſt contagio ſceleris, ſi proditorem patriæ defendas. pro Dom. 108. Qui ſe aliqua contagione prædæ contaminarunt. 7. V. 122. Illi ad quos conſcientiæ contagio pertinebit. 7. 7. Contagio ſeruilis belli. 1. At. 13. Contagio turpitudinis.

† ADIVNC. Minima, 2. Tuſc. Perículoſa, 7. Verr. Terrena, 2. de Inuent.

☞ Syntaxis. *Societas & contagio corporis & animi, Contagio hinc non pertinet ad Lunam. Sceleris patet latiùs contagio. Aſpectus contagionem fugero. Contaminare ſe ſceleris contagione, prædæ. Ad illum contagio conſcientiæ non pertinet.*

CONTAMINATVS, ſſimus, *inquinatus*. )(. *Integer*. Topic. ‖ 69. ♱ Integra contaminatis comparantur. pro Dom. 23. Homo poſt homines natos turpiſſimus, contaminatiſſimus. I. P. 20. Spiritus contaminatus. pro Cluen. 67. Homo improbus, multis flagitiis contaminatus. 12. A. 15. Parricidiis contaminatiſſimus, & omni ſcelere coopertus. 1. V. 70. Corruptis ac contaminatis iudiciis. pro Dom. 35. Ita perturbatis ſacris, contaminatis gentibus factus es filius, &c. I. P. 20. Frontis tuæ nubeculam, tum collegę tui contaminatum ſpiritum pertimeſcerem.* de Conſolat. Vitiis & ♱ ſceleribus contaminatos deprimi in tenebras. ‖ de Prou. 14. Flagitiis contaminatiſſimus.

CONTAMINO, *inquino*. pro S. R. 116. Fingi maleficium nullum poteſt, quo iſte ſe non cõtaminârit. 1. C. 29. Qui Saturnini ſanguine non modò ſe nõ contaminauerunt, ſed etiam honeſtauerunt. 3. Off. 37. An ſe ſcientes ſcelere contaminent. de Aruſp. 35. Is nomen pop. Rom. tanto ſcelere contaminauit, vt id nulla re poſſit niſi ipſius ſupplicio expiari. pro Dom. 108. Qui ſe aliqua contagione prædæ contaminauerunt. 1. Tuſc. 72. Qui ſe humanis vitiis contaminaſſent. pro Syl. 45. Contaminare veritatem mendacio. 2. ad Her. 5. Denique aliquo vel quàm plurimis vitiis contaminabit perſonam aduerſarij.* con. C. Ant. Stupris ſe omnibus ac flagitiis contaminauit.

CONTAMINOR. 2. ad Her. 24. Contaminari culpa.

☞ Syntaxis. *Homo contaminatiſſimus. Flagitijs cõtaminatus. Iudicia corrupta & contaminata. Spiritus contaminatus. Contaminare ſe maleficio, ſanguine, ſcelere. Cõtaminare vitijs aliquem: id eſt, onerare.*

CONTATIO. *Lege*, CVNCTATIO.

CONTEGO, *tego*. pro Seſt. 82. Gracchus meſſoria ſe corbe contexit. 1. Offic. 126. Natura eas partes contexit atque abdidit. pro Arch. 24. Idem tumulus, qui corpus eius contexerat, nomen etiã obruiſſet. 2. de Leg. 57. Quos humus iniecta contegeret. 1. de ♱ Prou. 8. Libidines quas fronte & ſupercilio, &c. contegebat.

CONTEMNENDVS, *contemptus*. de Clar. 272. Oratio non contemnenda, ſanéque tolerabilis. Orat. 231. Hierocles & Menecles minimè contẽnendi. de Cla. 268. Ne Titus quidem Poſthumius contemnendus in dicendo. Ibid. 51. Orator non contemnendus.

☞ Syntaxis. *Res non contemnenda, ſaneq; tolerabilis. Vir in dicendo non contemnendus.*

CONTEMNO, *diſpicio, diſpicatui duco, ſperno, abiicio, reiicio, inane ac leue exiſtimo, pro nihilo puto*. 3. de Ora. 51. Quare omnes iſtos deridete, atque contemnite. pro Mur. 15. Contempſiſti L. Murenæ genus, extuliſti tuum. 2. de Fin. 18. Dialecticam contempſit Epicurus. 1. V. 24. & pro Mil. 65. Contemnere aliquem, ac pro nihilo putare. 3. de Fin. 29. Contemnere, diſpicere, pro nihilo putare, non curare, infrà ſe ducere. 1. Offic. 28. Ea quæ plerique vehementer expetant, contemnere & pro nihilo ducere. 2. con. Rull. 95. Irridere atque contemnere alios præ ſe. Or. 131. Contemnere aliquem. )(. *Admirari*.

CONTEMNOR. 1. Off. 106. Voluptatem contemni & reiici oportere.

† ADVERB. Apertè exiſtimationem. 3. Ver. Conſtanter omninò, ſeueriſſimè, 1. Offi. Magnoperè, pro Rab. poſth. Mirificè, 1. de Nat. Penitus aliquem, pro Milon. Planè, Orat. Præclarè res humanas, 5. Fam. Rectè pecuniam, in Parad. Valdè, 8. Famil. Valdè elegantiam ludorum, pro Mur. Vehementer hominem, 7. Atti. Viciſsim, 2. de Leg.

CONTEMPLATIO, *conſideratio, mentis agitatio*. 4. Acade. 127. & 1. Offic. 154. Eſt enim animorum naturale quoddam quaſi pabulum, conſideratio contemplatióq; naturæ. 1. de Nat. 50. Hæc res magna ac diligenti contemplatione digniſſima. 1. de D. 93. Cùm ex terra nihil emineret, quod contemplationi cœli poſſet officere. ad Brut. 7. Virtutis diſciplinam meliorem reperiet nullam, quàm contemplationem atque imitationem tui.

† ADIVNCT. Magna ac diligens, 1. de Nat. Manca naturæ, atque inchoata, 1. Offic.

CONTEMPLATOR. 1. Tuſc. 69. Homo contẽplator cœli ac deorum.

CONTEMPLANDVS. 1. de Nat. 77. Qui tam cæcus in cõtemplandis rebus vnquàm fuit, vt hoc non videret?

CONTEMPLANS. 1. Offi. 113. Quæ contemplantes expendere oportebit, quid quiſq; habeat ſui. 1. de Or. 151. Omnes loci artis inquirentibus nobis, omníque acie ingenij contemplantibus, oſtendũt ſe & occurrunt. 1. de Nat. 52. Deus terras & maria contemplans, hominum commoda, vitáſque tuetur.

CONTEMPLOR, *conſidero, perſpicio, intueor, animo intueor*. 6. V. 33. Contemplari vnumquodque otioſè & conſideratè cœpit. 1. Offic. 153. Quæ cognitione digna ſunt, ſummo otio ſecum ipſe conſideret & contempletur. Ibid. 154. Tractare & contemplari res cognitione digniſſimas. pro Deiot. 40. Propone tibi duos reges, animo contẽplare, quod oculis nõ potes. pro Fl. 26. Aliquid quàm maximè intentis oculis (vt aiunt) acerrimè contemplari. 5. V. 41. Codicis tui literas contemplare. pro Plan. 2. Conſpectus veſter reficit & recreat mentem meam, cum intueor & contemplor vnumquemque veſtrûm. Orat. 9. Nec verò ille artifex cùm faceret Iouis formam, contemplabatur aliquem, è quo ſimilitudinem duceret. 1. de Or. 161. Sed ea, cùm contemplari cuperem, vix aſpiciendi poteſtas fuit. 2. de Natu. 4. Cùm cœlum ſuſpeximus, cœleſtiáq; contemplati ſumus. Ibid. 98. Contemplari oculis pulchritudinem cœli.

† ADVERB. Acerrimè, pro Flac. Otioſè, 6. Verr. Studioſè, 2. de Leg.

☞ Syntaxis. *In re contemplanda. Deus terras & maria contemplans. Secum conſiderare & contemplari. Animo contemplari, intentis oculis. Intueri, & contemplari.*

CONTEMPTIO, *contemptus, deſpicientia, deſpectio*. 3. Offic. 117. Fortitudo eſt dolorum laborúmque contemptio. Parad. 4. Tuſc. 95. Totam vim bene viuendi in omnium rerum humanarum contemptione ac deſpicientia ponamus. 1. de In. 22. Si aduerſarios aut in odium, aut in inuidiam, aut in contemptionem adducemus. 1. Offic. 13. Contemptio rerum humanarum. 3. A. 16. Contemptio pecuniæ.* Hortenſ. Mortis contemptio.

† ADIVNCT. Firma, ſtabilis doloris, 2. de Finib. Magna, 2. Tuſc.

☞ Syntax. *Contemplatio ac deſpicientia. Adducere aliquē in odium, inuidiam, contemptionem.*

* CONTEMPTVS, *contemptio, deſpicientia, deſpectio*. Incer. Si contemptum vitæ præ ſe ferunt.

CONTEMPTVS, *deſpicatus, abiectus, deſpectus ab omnibus, paucis, contemnendus.* pro Seſt. 36. Deſpicatiſſimi hominis furor, contemptiſſimi Conſulis leuitas. 2. cont. Rull. 93. Homo contemptus & abiectus. pro Planc. 12. Homo contempta & ſordida vita. 2. de D. 117. Quo iam nihil poteſt eſſe contemptius. pro Cl. 94. Cauſa contempta atq; abiecta. de Cl. 96. Quint. Pōpeius non contēptus orator. 2. de Fin. 90. Tenuiſſimus victus, atq; contemptiſſimę eſcæ. pro Mur. 25. Id enūciatis veſtris myſteriis totū eſt contēptum & abiectū.* pro C. Cor. 2. Contēptiſſimum nomen.

CONTENDO, *nitor, conor, curo, labero, enitor.* 3. Offic. 42. Qui ſtadium currit, eniti & contēdere debet vt vincat. pro Lig. 6. Quātum potero, voce contendam, vt hoc pop. Rom. exaudiat. 3. Offi. 6. Quantum conniti animo potes, quantum labore contendere, tantum fac vt efficias. Orat. 210. Quod plurimis locis voluiſſe eos atque animo cōtendiſſe, perorationes noſtræ declarant. pro Seſt. 5. Contendámque (ſi modò id conſequi potero) vt nihil à me prætermiſſum eſſe videatur. 1. Q. Fr. 1. Contende quæſo atq; elabora, vt, &c. ibid. Neque ego hoc contēdo, quod fortaſſe iam in noſtra ætate difficile eſt, mutare animum. pro S. R. 97. Quæ res eum vna nocte tantum itineris contendere coēgit. 2. Offic. 45. Iuuenes magna ſpectare, & ad ea rectis ſtudiis contendere debent. 14. A. 32. Qui ad ſummam laudem gloriámque contendit. pro Planc. 96. Iter à Vibone Brunduſium petere contendi. pro Plan. 97. Dyrrachium petere contendi. 1. de Orat. 255. Sermone paulò intentiore cōficere omnia, nunquàm lateribus aut clamore contendere. pro Fla. 38. Vociferarer, & quantum maximè poſſem contenderem, teſtarer publicanos, &c. pro Planc. 48. Sic ego hoc contendo, me tibi cuiuſcunque tribus rationem popoſceris, redditurum. 1. Famil. 9. Tantum contende in repub. quātum probare tuis ciuibus poſſis. pro Mur. 6 . Vt cùm ad vltimum animo contendiſſemus, ibi tamen, vbi oporteret, conſiſteremus. 1. Fam. 8. Cùm plus contenderimus quàm poſſumus, minus tamen faciamus quàm debemus.

¶ *Pugno, certo, luctor, confligo, digladior, in contentionem venio, contentionem de aliqua re facio, contentionis aliquid cum aliquo habeo.* 5. Fam. 8. In quo etiam, ſi multi mecum contendent, tamen omnes facilè ſuperabo. 1. Offic. 110. Sic enim eſt faciendum, vt contra naturam vniuerſam nihil contendamus. 9. A. 15. Seruius contra vim grauitatémque morbi contendit, vt ad caſtra perueuerit. 7. At. 9. Aut ſi exercitum adducat, neceſſe eſt armis cum eo contendere. 3. de Fin. 66. Tauri pro vitulis cōtra leones ſumma vi impetúque contendunt. 7. Fam. 32. Vt ſacramēto contendas mea non eſſe. 1. de Orat. 41. Multíſque præeſſem, qui interdicto tecum contenderent. pro S. R. 136. Humilitatem cum dignitate de amplitudine contendere. 3. de N. 10. Patere igitur rationem meam cum tua ratione contendere. pro Plan. 47. In hac cauſa deſinamus aliquando (ſi videtur) vulgari & peruulgata declamatione contendere. 14. At. 14. Si duriorem te præbes, non contendam ego aduersùs te. pro Qu. 78. Tamen ne vereris, vt poſſis hæc contra Hortenſium contendere? 1. Attic. 1. Thermus cùm Silano contendit. de Cla. 246. Iurgio contendere. pro Qu. 96. Iure contendere. pro Qu. 66. Inimiciſſimè & infeſtiſſimè contendere. * pro M. Scaur. Poſſe virtutem, quò contendiſſet, peruenire. Hortenſ. Hunc Craſſum ad imitationem quaſi noſtri generis contendiſſe.

¶ *Intendo & adduco: tranſlatione* de Fa. 21. Itaque contendit omnes neruos Chryſippus, vt perſuadeat, &c. 2. V. 35. Magnū onus, ſed dignum in quo omnes neruos ætatis induſtriæq; meæ contenderem. 4. V. 52. Iam in tanta impudentia iſtius remittendum aliquid videtur, ne omnia contendamus, ne omnia cum dolore agere videamur. 15. Fam. 14. Te rogo vt omnes tuos neruos in eo contendas, ne quid mihi ad hanc prouinciam temporis prorogetur. ‖ 2. de Inu. 173. Quæ cum his duabus nunquàm poterit contendere.

¶ *Comparo, confero, refero.* Ibid. 145. Primùm igitur leges oportet contendere, conſiderando, vtra lex ad maiores pertineat, &c. pro S. R. 93. Quicquid contrà dixeris, id cum defenſione noſtra contendito: ita facilè cauſa Sex. Roſcij cum tua conferetur. 2. C. 25. Si cauſas contendere velimus. pro Planc. 77. Contendere eadem: *id eſt parem referre gratiam.* Sed ſi non eadem contendit in tribunatu Plancius, exiſtimare debes non huic voluntatem defuiſſe, ſed me, &c.

¶ *Eo, vado celeriter.* Ora. 105. Si potuiſſemus, quò contendimus, peruenire. 5. At. 20. Tharſum veni, inde ad Amanum contendi. 8. 15. Mihi non dubium eſt, quin Brunduſium contendam.

¶ *Poſco, flagito, peto, efflagito.* 9. 20. Nec dubito, quin Cæſar à me contendat, vt ad vrbem veniam. 11. 8. Per eos quin noſtra cauſa volunt, diligentiſſimè contendas opus eſt. 15. 4. De oratione Bruti prorſus contendis, mecúmque iterum tam multis verbis agis. 8. 10. Dixi me nihil ab inuito contendere. ad Brut. 14. Quare omni ſtudio à te mi Brute contendo, vt, &c. 1. Famil. 9. Cùm Pompeius ita contēdiſſet, vt nihil vnquàm magis, vt cùm Craſſo redirem in gratiam. 3. Q. Fr. 1. Pompeius à me valdè contendit de reditu in gratiam: ſed adhuc nihil profecit. 3. Offic. 59. Incenſus cupiditate contendit à Pythio, vt venderet. 1. Fam. 5. A nobis agentur omnia diligenter, vt neque ſi quid obtineri poterit, non contendamus, nec, &c. 2. 6. Verecundiùs à te, ſi qua magna res mihi petenda eſſet, contenderem. pro Qu. 77. Cùm is à me peteret & ſummè contenderet, vt, &c. pro Dom. 115. Sic à Sceio contendit, vt ſibi domum venderet. Qu. de Pet. 21. A quo facilè, ſi contendes, impetrare poteris, vt, &c. 5. Atti. 21. Primum contendam à Q. Fratre, vt ſe præfici patiatur. 1. de Or. 166. Cum Hipſeus maxima voce plurimis verbis à M. Craſſo contenderet, vt, &c. * cont. C. Anton. Quod cùm ſæpiùs ageres, & impudentiùs à me contenderes.

CONTENDOR, *poſcor.* 4. V. 131. Propter magnitudinē poteſtatis hic magiſtratus à populo ſumma ambitione contenditur.

† ADVERB. Ciuiliter, 1. Offic. Contra, 2. de Inu. Copioſiſſimè, infeſtiſſimè, pro Quint. Cupidiſſimè, inimiciſſimè, ibidem. Diligentiſſimè, 11. Att. Honeſtè, 1, Ver. Magnoperè, 4. Acad. Mirificè, 6. Att. Planè, de Pet. Conſul. Prorſus, 15. Att. Valdè, 3. ad Qu. Frat. Vehementer, 15. Fam. & de Diu. Vehementer, 1. At. Verecundiùs, 2. Fam.

☞ Syntaxis. *Enitere & contende. Quantum labore contēdere poſſum, tantum faciam & efficiam. Animo contendere. Contende & elabora. Hoc ego contendo, mutare animum. Iter contendere. Rectis ad gloriam ſtudijs contendere. Romam petere contendit. Nihil contra naturā contendas. Contendere cum aliquo, aduersùs, & contra aliquem. Contendere ætatis neruos. Omnia ne cōtendas. In eo neruos omnes contendas. Leges contendere. Eadem contendere. Id à te contenditur.*

CONTENTE, *vehementer, magna contentione.* 2. Tuſ. 57. Genu M. Antonium vidi, cùm contentè ipſe pro ſe lege Varia diceret, terram tangere. 5. 97. Contentiùs ambulare. 3. de Orat. 210. Vti ornamentis iiſdem, aliàs contentiùs, aliàs ſummiſſiùs.

CONTENTIO, *certatio, controuerſia, luctatio, certamen, dimicatio, pugna, vis, vis animi, labor corporis, contētio animi.* 2. A. 7. Mihi cum M. Craſſo multæ & magnæ contentiones fuerunt. pro Seſt. 58. Antiochus magna belli contentione ſuperatus. 1. Offic. 90. Equi propter crebras contentiones præliorum ferocitate exultantes. pro Mur. 34. Pugna ſumma contentione pugnata. 2. A. 2. An decertare mecum voluit contentione dicendi? 1. Offic. 137. Contentiones, quæ cum inimiciſſimis fiunt. 1. Fam. 9. Reſpubl. contentionem cum illis viris fieri non vult: & ne fiant, vehementer recuſat. 1. V. 62. Nec ferè vnquàm venit in contentionem de accuſando, qui quæſtor fuerit, quin repudiaretur. 4. Acad. 132. Eſt enim inter eos non de terminis, ſed de tota poſſeſſione contentio. 7. At. 1. Nunc autem impendet ſumma inter eos contentio. pro Seſt. 47. Inter ſapientiſſimos homines hæc contentio eſt, cùm alij dicant, &c. alij, &c. 1. de Orat. 107. Omnem contentionem eſſe inter homines doctos in verbi controuerſia poſitam. Ibid. 47. Græci contentionis cupidiores, quàm veritatis. de Op. 22. Accurata & inimicitiis incenſa cōtentio. pro Qu. 24. Quòd niſi, &c. non tam citò res in contentionem veniſſet. pro Cor. 21. In quo magna contentio Heracllienſium fuit, cùm magna pars in his ciuitatibus, &c. pro Cæl. 55. Res minimè dubitanda in contentione ponitur, vtrùm, &c. an, &c. pro Plan. 18. Hæc tibi eſt prima cum Plancio generis veſtri familíæque contentio, qua abs te vincitur. 1. V. 62. Nunquàm ferè venit in contentionem de accuſando, qui quæſtor fuerit, quin, &c. 3. de Leg. 24. Plebs de ſuo iure periculoſas contentiones nullas facit. ibid. 25. Noſtra cauſa nihil habuit contentionis cum tribunatu. 2. de Orat. 22. Otij fructus non eſt contentio animi, ſed relaxatio. de Senect. 82. Otioſam ætatem ſine vllo labore & contentione traducere. pro Arch. 12. Ferre animi noſtri tantam contētionem non poſſent, niſi eos doctrina relaxaremus. pro Deiot. 6. Impetus contentióque dicendi. 1. de Leg. 11. Sic tu à contentionibus, quibus ſummis vti ſolebas, quotidiè relaxes aliquid. 3. de Ora. 228. Sed aliquando ab hac contentione diſputationis animos noſtros curámq; laxemus. pro Cæl. 39. Si quis omnem vitæ ſuæ curſum in labore corporis atque in animi contentione conficeret. 3. de Ora. 222. Effuſa ſine intermiſſione contentio. de Clar. 234. Animi magnà vocis parua contentio. 1. de Diuin. 73. Equum ſummerſum cùm maxima contentione non potuiſſet extrahere, diſceſſit. 2. Tuſcul. 55. In omnibus officiis perſequendis, animi eſt adhibenda contentio. 1. Qu. Frat. 1. Tanta adhibebatur à nobis contentio, vt rem poſſe confici non diffiderem. 1. Offic. 136. In obiurgationibus vtendum eſt fortaſſe & vocis contētione maiore, & verborum grauitate acriore. Ibid. 146. Contentio vocis. )( *Summiſſio vocis.* 1. de Or. 255. Summa vis & contentio dicendi. )( *Grauiſſimi ſermonis lenitas.* 3. de Nat. 92. Hominum membra nulla contentione, mente ipſa atq; voluntate mouentur. 2. de Orat. 212. Aſperitas contentionis in oratione. 3. 5. Vehementiſſima, contentione animi, ingenij, virium dicere, &c. 7. Attic. 3. Illud etſi expetitum à me ſit, & approbatum à te, tamen non eſt noſtra contentione perfectum. 2. Offic. 48. Contentio orationis maiorem vim habet ad gloriam. pro Cluen. 2. Altera pars non magnæ in dicendo contentionis fore videbatur. 2.

batur.2.de Orat.214.Similis contentio actionis.Orat.109.Acer-
rima contentio.2.Tuſc.56. Qui volunt exclamare maius, toto
corpore atque omnibus vngulis, vt dicitur, contentioni vocis
aſſeruiunt.1.de Or.261. Demoſthenes tantum continenda ani-
ma in dicendo eſt aſſecutus,vt vna continuatione verborum bi-
næ ei contentiones vocis & remiſſiones continerentur. de Cla.
80. Cato contra Galbam ad populum ſumma contentione di-
xit.2.de Nat.116.Nihil interrumpit, quo labefactari poſſit:tan-
ta contentio grauitatis & ponderum.de Opt.20. Meritorum in
rempubl. contentio ſanè grauis. 2.de Orat. 110. Contentio ex
ſcripti interpretatione. pro Mur. 8. Mihi cum Muræna magna
amicitia eſt, quæ in capitis dimicatione à Ser. Sulpitio non id-
circo obruetur,quòd ab eodem in honoris contentione ſupera-
ta eſt.pro Mar.5.Res tuæ geſtæ cõtentionum magnitudine cum
nullo conferri poſſunt.*de Clar.304.Cuius in teſtimonio con-
tentio & vim accuſatoris habebat & copiam,pro M.Scau. Cum
illo ſibi contentionem fore putabat.Hortenſ.Magna etiam ani-
mi contentio adhibenda eſt explicando Ariſtotelem.

¶ *Exornatio oratoria.*4. ad Her. 22. Contentio eſt, cùm ex con-
trariis verbis oratio conficitur:vt,Inimicis te placabilem, ami-
cis inexorabilem præbes.3.23.Contentio eſt oratio acris, & ad
confirmandum,& ad cõfutandum accommodata.3.de Ora.225.
Eſt quiddam contentionis extremum,quod tamen inferius eſt,
quàm acutiſſimus clamor.

¶ *Comparatio.*pro Plan.5.Quędam hominum eſt facienda con-
tentio.2.de In.114. Et aliorum cum ſuis factis contentio. 2. ad
Her. 21. Primùm quæri conuenit, vtrùm fuerit vtilius ex con-
tentione:*id eſt,ex comparatione.*I.P.51.Sed quoniam fortunarum
contentionem facere cœpimus,&c.

† ADIVNCT.Accurata,grauis,de Opt.g.Or.Acerrima,forenſis, Orat.
Acrior,3.de Finib.Agrariæ,2.de Finib. Anceps , pro Pomp. Clariſſima,
grauiſſimæ,legitima,pro Seſt.Commodior,par, in Vat. Crebræ, inimi-
ciſſimæ,maior,1.Offi.Diſpar,media,1.Famil.Diſſimilis,pro Syll. Effuſa,
inanes,incredibilis,mira,ſumma corporis,vehementiſſima animi, 3.de
Orat.Iniuſta,ſapiens,pro Cornel. Magna, pro Flac. Magna laterum,
magna animi,parua vocis,nimia vocis,de Clar.Magnæ,maior, medio-
cris,1.de Orat.Maxima,8.Phil. Multæ & magnæ, multæ & maximæ, 2.
Phil.Periculoſæ,ſummæ,3.de Leg.Praua,Anteq.Prima aduerſariorum,
Part.Similis,2.Tuſ.Summa de aliqua re,turpis,4.Att. Tanta , 12. Fam.
Vera,pro Planc.

☞ Syntax. *Aliquid in contentionem venire. In contentione poni. Con-
tentione dicendi certare. Pugnata ſumma contentione pugna. Fiunt
contentiones cum inimicis. Venit in contentionem de accuſando. Face-
re contentiones. A contentione aliquid quotidiè relaxare , & curam
& animum laxare. Animi contentio adhibenda. Vna verborum con-
tentio. Facere rerum contentionem: id eſt, collationem.*

CONTENTVS,*quem non pœnitet,qui ſatis eſſe putat, qui facilè pa-
titur.*de Clar.134.Si ipſum ſine comparatione audires,non mo-
dò eſſes contentus,ſed melius non quæreres.5.Tuſc.96. Paruo
cultu natura contenta eſt.pro Fl.71.Patresfamilias ſuo conten
ti.Ibid. 28. Maiores noſtri in priuatis rebus minimo contenti,
tenuiſſimo cultu viuebant.de Am.88.Paruo contentus. de Opt.
8.Quidam non contenti quaſi bona valetudine, vires,lacertos,
ſanguinem quærunt.7.V.164.Eo contentum me eſſe dicam.pro
Cl.132. Neque I.Gellij iudicio ſtetit Lentulus , neque Lentuli
exiſtimatione contentus fuit Gellius.14.At.16.Sed quemadmo-
dum tu præcipis,contenti idibus Martiis ſimus. Ibid. Iam nihil
egeo vectigalibus,& paruo contentus eſſe poſſum. 1. Offic.151.
Satiata quæſtu,vel contenta potiùs.7.V. 188. Vt Reſp. vna hac
accuſatione mea contenta ſit.3.de Or.67.Et ſi ſatis eſſe putatis,
ea quæ,&c.ſed ſi his contenti eſtis , &c.Par.6. Contentum ſuis
rebus eſſe,maximæ ſunt certiſſimæq; diuitiæ.de Sene.69. Quod
cuique temporis ad viuendum datur , eo debet eſſe contentus.
Parad.6.Diues eſt,cui tanta poſſeſſio eſt,vt ad liberaliter viuen-
dum facilè contentus ſit.Ibidem. Si animus tuus ſatiatus eſt,aut
contentus etiam pecunia,concedo,diues es.pro Planc.62.Popu-
lus Romanus diligit magiſtratus , in quibus ſi qua præterea eſt
ars,facilè patitur:ſin minùs, virtute eorum innocentiáque con-
tentus eſt. de Fat. 16. Chryſippus ſperat Chaldæos contentos
Stoicorum cauſa fore.2.Fa.16. Quamuis paruis Italiæ latebris
contentus eſſem.3. 13. Quibus ego rebus à tali viro contentus
eram.* con.C.Anton.Ego ea lege contentus ſum.

¶ *Intentus,adductus.)(.remiſſus.*pro Mur.33.Cùm contento cur-
ſu hoſtium claſſis Italiam peteret.pro Seſt. 13. Ad tribunatum,
quia ipſe ad ſeſe iamdudum vocat , & quodammodò abſorbet
orationem,contento ſtudio curſúque veniamus.5.Tuſ.54.One-
ra contentis corporibus faciliùs feruntur , remiſſis opprimunt.
4.de Fin.75.Vt in fidibus plurimis , ſi nulla earũ ita contẽta nu-
meris ſit,vt concentum ſeruare poſſit, omnes æquè incontentæ
ſint,ſic.&c.2.Tuſ.57.Baliſtæ lapidum & reliqua tormenta telo-
rum eò grauiores emiſſiones habent , quò ſunt contenta atque
adducta vehementiùs.Orat.56.Contenta vox.)(. *Summiſſa vox.*

† ADVERB.Facilè ad viuendũ,liberaliter,Parad.Vehementiùs,2.Tuſ.

☞ Syntaxis. *Contentus ſum. Cultu paruo contenta natura. His
ego à te contentus ſum. Contento curſu petere Romam. Contento
ſtudio dicere. Contenta fides.)(.incontenta. Contentum & adductum
tormentum. Vox contenta.*

CONTERO,*tero,conſumo.*9.Fa.25. Κύρȣ παιδείαν , quàm contri-
ueram legendo , totam in hoc imperio explicaui. 1.de Leg.53.
Qui ætatem in litibus conterunt.pro Q.R.41. Fruſtrà tempus
contero.de Am.104.Studia literarum,in quibus remoti ab ocu-
lis populi omne otium tempúſque contriuimus.5.de Finib. 57.
Conterere ætatem in rebus quærendis. 1. de Fin. 72. An ille
tempus aut in Poëtis euoluendis conſumeret?aut ſe,vt Plato in
muſicis,geometria,numeris,aſtris contereret?de Pro.33. Cæſar
cæteras nationes contriuit,compulit,domuit.5.Tuſc. 85. Cùm
virtutem ad cœlum extulerint , reliqua ex collatione facile eſt
conterere atque conſumere.9.Att. 3. Quæ autem ſunt horum
temporum,ea iam contriuimus.1.Fa.9.Ego illius omnes grauiſ-
ſimas iniurias communis concordiæ cauſa , voluntaria quadam
obliuione contrieueram.

CONTEROR.1.de Orat.249. Cùm in cauſis,& in negotiis,& in
foro conteramur.

☞ Syntaxis. *Otium tempuſq; conterere. Nationes conterere,compelle-
re,domare. Conterere & conſumere. Quæ ſunt eorum temporum , ea
iam contriuimus. Contrita iniuria voluntaria obliuione.*

CONTERREO,*terreo.*1.de Or.214.M.Scaurus iã credo huc ve-
niat,& hanc loquacitatẽ noſtrã vultu ipſo aſpectúq; conterreat.

CONTESTANS,6.V.67.Rex flens, ac Deos hominéſque conte-
ſtans,clamare cœpit.pro Flac. 102. Cùm ego te Flacce cœlum
noctémque conteſtans flens flentem obteſtabar , cùm tuæ fidei
ſalutem vrbis commendabam.

CONTESTATIO,*obiectatio.**pro C.Cornel.1.Petiuit à me Prę-
tore maxima conteſtatione,vt.

CONTESTATVS.pro Fl.25. Ab hac perenni conteſtatáque , *id
eſt,perſpecta,*virtute maiorum ne degeneres.pro Qu.R.35.Cum
eo litem conteſtatam habebat.Ibid.54.Cùm lis conteſtata,cum
♣ Flauio damni iniuria eſſet.||Ibidem 52. Lite conteſtata, iudicio
damni iniuria conſtituto.

CONTESTOR,*obteſtor,iudicium committo,conſtituoq;.*16. Att.14.
Non enim procuratores litem conteſtabuntur : quo facto non
ſum neſcius ſponſores liberari.

☞ Syntaxis. *Conteſtans deos homineſq;. Perennis & conteſtata vir-
tus. Habere litem cum aliquo conteſtatam.*

CONTEXO, *coniungo,compono,texo.*Orat.120.Memoriam rerum
veterum cum ſuperiorum ætate contexere.1.de Leg.9.Nec tam
facilè intertupta contexo,quàm abſoluo inſtituta.5.Fa.12.Con-
iuncténe malles cum cæteris rebus noſtra contexere ? pro Cæl.
18. Ac longiùs mihi quidem contexere hoc carmẽ liceret:nam
nunquàm,&c.10.Fa.13.Contexere extrema cum primis.

CONTEXOR, *comparor,adornor.* pro Deiot. 19. Atquàm feſtiuè
crimen contexitur.

† ADVERB.Coniunctè,5.Fa.Facilè,1.de Leg. Feſtiuè, pro Deiot. Lon-
giùs carmen,pro Cæl.

CONTEXTE,*coniunctè.*de Fat. 31. Omnia naturali colligatione
conſertè contextéque fieri.

CONTEXTVS.5.Tuſ.96. Ita perpetuas & contextas voluptates
in ſapiente fore ſemper.2.de Nat.158.Villis ouium conſectis &
contextis homines veſtiuntur.

☞ Syntaxis. *Contexere interrupta,carmen,extrema cum primis. Cri-
mina contexuntur. Voluptates in ſapiente perpetua & contexta.*

CONTEXTVS,*vel,*CONTESTVS,*complexio.*5.de Fin.32. Pen-
narúmque contextu corporis tegumenta faciebat.5.de Fin. 83.
Mirabilis eſt apud illos contextus rerum , reſpondent extrema
primis,&c.Par.82. Sed in toto quaſi contextu orationis hæc
erunt illuſtranda maximè.

† ADIVNCTA.Mirabilis,5.de Fin.Totus,Part.

CONTICEO,*reticeo.*3.de Or.141.Hæc cùm Craſſus dixiſſet, pa-
rumper & ipſe conticuit,& cæteris ſilentium fuit.3. C.10.Reci-
tatis literis conſcientia conuictus conticuit.2.Tuſc.3. Qui iam
conticuêre,penè ab ipſo foro irriſi.de Clar. 324. Cùm ſtudium
noſtrum,Brute,conticuit,ſubitò & obtumuit.2.Offic.3. Illæ li-
teræ conticuerunt forenſes & ſenatorię I.P.26.Cùm obmutuiſ-
ſet Senatus,iudicia conticuiſſent,&c.

CONTICESCO.pro Mur.22. Simulátque increpuit ſuſpicio tu-
multus,artes illicò noſtrè conticeſcunt.4.A.33.Nũquàm de vo-
bis hominũ gratiſſimus ſermo cõticeſcet. pro Mar.9.Nulla vn-
quàm ætas de tuis laudibus conticeſcet. Poſtquàm in Sen.16.
Saltem dum conticeſceret illa lamentatio & gemitus vrbis.

† ADVERB.Illicò,pro Mur.Parumper,3.de Orat. Repentè , de Aruſp.
Subitò & obmuteſcere,de Clar.

☞ Syntaxis. *Conticuit, & obmutuit. Conticeſcere literas, ſermonem,
iudicium, ætatem. De aliqua re conticeſcere.*

CONTINENDVS.1.Q.Fr.1. Linguam omnibus eſſe continen-
dam.In Vat.12.Cuſtos ad continendas merces miſſus.

CONTINENS,*iunctus,adiunctus,affixus coniunctus,proximus.* 15.
Fa.2.Cappadociæ pars,quæ cum Cilicia continens eſt.2.de Nat.
117.Mari aër continens eſt.pro Cecin. 11. Huic fundo conti-
nentia quædam prædia atque adiuncta mercatur.Ibid. 15. Hic
fundus,qui fundo eius antiquo continens eſt.1.de N.26. Motus

ſenſui coniunctus & continens in infinito nullus eſſe poteſt. 2. de Fin.61. Neq; porrò ex eo natus,ſeſe è continenti genere tertiam victimam reip. præbuiſſet. 2. de D.33. Natura rerum vno conſenſu iuncta eſt & continens. de Fat.44. Proxima & continens cauſa mouet aſſenſionem. 1. de Inu. 37. Continentia cum ipſo negotio ſunt ea quę ſemper affixa eſſe videntur ad rem,neque ab eo poſſunt ſeparari. * Hortenſ. Continentes terræ.

¶ *Continuatus,perpetuus.*3.de Or.214. Continenti ſpiritu.)(.*intermiſſo ſpiritu.*1.Tuſcul.16.Sed nihil te interpellabo,continentem orationem audire malo:*id eſt,perpetuam.*3.ad Her.22.In extrema oratione continens vox remedio eſt voci.5.Fam.12.Si in hac ſententia fueris, vt à continentibus tuis ſcriptis , in quibus perpetuam rerum geſtarum hiſtoriam complecteris , ſecernas hanc quaſi fabulam rerum euentorúmque noſtrorum.

¶ *Terra mari proxima,non inſula.*4.Acad.105. Mare diſſimile eſt proximo ei continenti.

¶ *Temperans.*9.Fam.19.Cùm reges tam ſint continentes, multò magis Conſulares eſſe oportet.6.Att.6. Puerum inquies,& fortaſſe fatuum,& non grauem,& non continentem.

CONTINENTER,*ſemper.*1.de Nat.110.Quomodo enim probes continenter imagines ferri? aut ſi continenter,quomodò æternè.1.Acad.32.Quia continenter labuntur & fluunt omnia.Ora. 135. Continenter vnum verbum,non in eadẽ ſententia ponere.

¶ *Temperatè,temperanter.*1.Off.106.Parcè,ſobriè,continentérq; viuere.pro Mur.12. In Aſia continenter vixiſſe, laudandum eſt.

¶ *Continuatè,coniunctè,perpetuò.* 3.ad Her.21. Vno ſpiritu continenter multa dicere.

Syntaxis. *Continens mari aër. Prædia continentia , & adiuncta. Coniunctum & continens. Proximum & continens. Continentia negotio,quæ illi ſemper affixa. Vox, oratio, ſpiritus, ſcripta continentia. Viuere parcè,ſobriè,continenter.*

CONTINENTIA,*temperantia , virtus voluptati reſiſtens abſtinentia.*2.de In.164.Continentia eſt,per quam cupiditas conſilij gubernatione regitur. 6.V.115. Conferre huius libidines cum illius continentia. pro Pom.67. Ora maritima Cn. Pompeium propter animi continentiam requiſiuit. 1.Q.Fr.1. Quem nulla conditio pecunię ab ſumma integritate continentiáq; deduxerit. Ibidem. Tua integritas & continentia. pro Fl.28. In re domeſtica continentiæ laus quæritur,in publica dignitatis.2.Off. 86. Valetudo ſuſtentatur continentia in victu omni atq; cultu. 5.Tuſc.99. Siccitas conſequitur continentiam in victu.2.Offic. 77. Nulla re conciliare faciliùs beneuolentiam multitudinis poſſunt ij,qui reipub.præſunt,quàm abſtinentia & continentia.

† ADIVNC. Par,in Vat.Summa,2.ad Q.Frat.

Syntaxis. *Integritas & continentia. In victu,in cultu continentia, Abſtinentia & continentia.*

CONTINEO,*comprehendo,complector,includo,concludo.*2.de N.58. Mundus omnia cpõlexu ſuo coërcet & cõtinet.Ibid.136. Aluus arcet & continet illud quod recipit , vt id mutari facilè & concoqui poſſit.pro Cl.34. Spes illa,quam mulier in aluo commẽdatã à viro continebat.Poſtquàm ad Quir.1. Continere odium iamdiu conceptum in aliquem. 3.de Nat.91. Is non à Deo immiſſum dolorem,ſed conceptum à ſe ipſo continebat. 14.At.25. Me idus Martiæ non tam conſolantur , quàm anteà : magnum enim mendum continent.1.de Or.94.Omnes rerum fontes animo ac memoria continere. 2. de N. 23. Omnia quæ aluntur & creſcunt,continent in ſe vim caloris.de Fat.25.Motus enim voluntarius eam naturam in ſe continet , vt ſi in noſtra poteſtate. 1.de Diu.117.Continet enim totam hanc quæſtionem ea ratio. quę eſt de natura deorũ:quam ſi obtinemus,ſtabit & illud,quod locum hunc continet , eſſe deos.1.de Finib.12. Hæc quæ vitam continent omnem.3. Offic.31. Lex ipſa naturæ,quæ vtilitatem hominum conſeruat & continet.de Cla.112.Significabat enim non prudentiã ſolùm,ſed quod maximè rem continebat,fidem. pro Dom.92. Tantum homines impios iniuſtum nefariis mentibus bonorum odium continebat.Anteq.1. Continere aliquid incluſum animo. * Hortenſ. Omnis iſtorum diſputatio quanquàm vberrimos fontes virtutis & ſcientiæ contineat.

¶ *Coërceo.fræno,cohibeo.* 1.Q.Fr.1. Eſſe abſtinentem , continere omnes cupiditates præclarum eſt. 13.A.5. Quibus enim ſeptis tam immanes belluas continebimus ? pro Pom.38. Non poteſt exercitum is continere Imperator,qui ſeipſum non continet.1. Q.Fr.1. Nihil eſt negotij continere eos,quibus præſis,ſi te ipſe contineas.1.cont. Rul.19. In ea veſtri iſti ſatellites modeſtè inſolentiam ſuam continebunt ? 13.Att.21. Tu autem commodè feceris,ſi reliquos continueris,ne,&c.Parad.3.An temperantem eum dices, qui ſe in aliqua libidine continuerit, in aliqua effuderit? 1.Acad.44. Cohibere & continere temeritatem à lapſu.2. de Fin.62.Contineo me ab exemplis Græcis.4.Aca.104.Qui de omnibus rebus cõtineat ſe ab aſſentiendo.ibid. Cùm ſe à reſpõdendo cõtineat.11.Fam.3.Continere iracundiam.1.C.21.Quorum ego vix abs te iamdiu manus ac tela contineo.7.V.73. Vix populus ſe cõtinuit à ſupplicio tuo. 2.de Or.222. Continere dicta in aliquem. pro Seſt.26. Continere ſe domi. 1.de Orat.261. Continere animam. de Clar. 332. Tu tamen contine te in tuis perennibus ſtudiis.pro C.Rab.18.Quin continetis vocem indicem ſtultitiæ veſtræ?

¶ *Conſeruo.*2.Offic.84.Nulla res vehemẽtiùs rempub.continet, quàm fides.4.ad Her.47.Continere aliquem in officio.

† ADVERB. Abſconditè quæſtionem,patentiùs & expeditiùs, ſimpliciter,2.de Inuent.Arctiùs,2.de Nat. Conſultò,pro Seſt. Diligentiſſimè Linguam,2.ad Qu.Frat. Modeſtè inſolentiam,1. cont.Rull. Vehementiùs rempub.2.Offi.Vix,facilè ſeſe regionibus officij,2.cont.Rull.

CONTINEOR,*conſto,ſum,conſeruor.*2.de Or.150. Qua vna virtute omnes virtutes reliquæ continentur.2. de Leg.5. Dum illa ſit maior,& hæc in ea contineatur. 6.V.60. Facinus in quo omnia nefaria contineri mihi atque ineſſe videntur. pro Mar.23. Tua ſalute noſtra ſalus continetur.4.C.2.Forum, in quo omnis æquitas continetur.1.de N.7. Res tam præclaras Latinis literis contineri.3.28. Naturam vno diuino ſpiritu contineri.Or.102. Ius omne retinendæ maieſtatis Rabirij cauſa continebatur. 2. de Nat.59.Homines venis,& neruis,& oſſibus continentur. pro Mar. 29. Vita corpore & ſpiritu continetur. pro Syl. 63. Status reipubl.maximè iudicatis rebus continetur.1.de Or.193.Fontes diſputationum , qui iure ciuili & legibus continentur. 2. cont. Rul.41. Agri eodẽ capite incluſi continebantur.4.V.187. Summè expectabant homines, quid in tabulis cõtineretur.de Vn.5. Quod immutabili æternitate continetur. 1. de Diuin.24. Artes quæ coniectura continentur,& ſunt opinabiles. 1.de Or.34. Sic ſtatuo , perfecti Oratoris moderatione vniuerſæ reipubl. ſalutem maximè contineri.de Ar.18.Status ſolennéſq; ceremonias pontificatu , rerum bene gerendarum autoritates augurio contineri.1.de Or.92. Artem verò negabat eſſe vllam,niſi quæ cognitis penitúſque perſpectis rebus contineretur. 2. 15. Fecíque hoc, quod,&c. vt de iis rebus, quæ doctrina aliqua continerentur,diſputarem.de Cla.322.Studere literis,quibus fons eloquẽtiæ continetur.1.de Or.5. Ego eloquẽtiſſimorum hominum artibus eloquentiam contineri ſtatuo.2.30.Oratoris omnis actio opinionibus, non ſcientia continetur. pro Pl.23. Flos equitum Rom.publicanorum ordine continetur.2.de Nat.27. Calor,qui in aquis continetur. 6.V.117. Eorum coniunctione pars oppidi,&c.ponte rurſum adiungitur & continetur.pro Clu.12. Mulier amore capta quomodo poterat , in illa cupiditate continebatur.2.de Na.142. Natura membranas oculorum firmas fecit, vt continerentur.pro Dom.100. Sed hic meus reditus , pontifices, veſtro iudicio continetur.Or.10. Plato ait ideas ſemper ratione & intelligentia contineri.*de Proſcript.Ita legibus Syllæ continetur ſtatus ciuitatis,vt.de Leg.Octo.pœnarum genera in legibus continentur.

¶ *Coërceor,cohibeor.* 3. V.62. Cæteræ libidines eius ratione aliqua continebantur. pro S. R.55. Vt metu contineatur audacia. * Frag.ep.Continebar doctiſſimorum hominum autoritate.

† ADVERB. Aptè, 2.de Nat.Diu in cupiditate,pro Aul.Cluent.

Syntaxis. *Coërcere & continere. Arcere & continere alium,quod intus eſt. Conceptum odium continere:id eſt, claudere,occultare,conſeruare. Animo & memoria continere. Id maximè rẽ continet,id eſt: grauiſſimum eſt. Incluſam animo cõtinere. Continere cupiditates, inſolentiam, ſe in libidine. Cohibere & continere temeritatem à lapſu, & à dicẽdo:manus ac tela ab aliquo. A ſupplicio alicuius ſe continere. Continere ſe domi in ſtudijs. Fides Remp.continet. Id non ſcientia, ſed opinione continetur. Piorum cœtus humilium genere continetur. Baſilea minor maiori adiungitur ponte,& continetur.*

CONTINGIT, *euenit, accidit,ſuccedit,prorogatur.* 2. de Orat.15. Magis adeò id facilitate quàm alia vlla culpa mea contigit. 1. 164. Quoniam tantum habemus otij , quantum iamdiu nobis non contigit. 8.Attic.15. Quoniam autem tecum vt eſſem non contigit,vtinã tui conſilij certior factus eſſem.de Cl.289.Volo hoc Oratori contingat , vt cùm auditum fuerit eum eſſe dicturum,locus in ſubſelliis occupetur.5.A.49.Vtinã C. Cæſari contigiſſet adoleſcenti, vt eſſet Senatui chariſſimus. 1.Offic.74.In magnis animis id plerumque contingit.de Cla.118. Hoc idem in noſtris contingere intelligo , quod in Græcis, vt omnes, &c. 10.Fam.24.Si mihi vita contigerit.apud Non.Quod non modò ſingulis hominibus,ſed potentiſſimis populis ſæpe contingit.2. Offic.41.Cùm id minùs contingeret,leges ſunt inuentæ.

† ADVERB. Iamdiu non,1.de Orat.Magis id adeò,2.de Orat.Plerumque,1.Offic.Sæpe,10.Fam.

Syntaxis. *Contigit vt.Contigit hoc. Illi contigit. In magnis animis contingit. Contigit , pro ſuccedit. Vita ſi contingat : id eſt , ſi prorogetur.*

CONTINGO, *tango,attingo* 2.de Nat.122.Atque etiam aliorum ea humilitas eſt,vt cibum terreſtrem roſtris facilè contingant. 2.de D. 91. Luna tanta humilitate fertur, vt terram propè contingat.de Fat.22.Atomus alia aliam contingit.pro Pom.1.Cùm anteà per ætatem nondum huius autoritatem loci contingere auderem.1.Tuſcul.43.Cùm animus naturam ſui ſimilem contigit. de Som.15. Hic autem aliter cerne,quàm nos tenui parte contingat.5.Tuſ.76.Alia autem diuina illa cœlum contingant.

2.de

1.de Nat.110. A caulibus braſſicíſque refugere dicuntur *vites,*
nec eos vlla ex parte contingere.

CONTINVATIO, *perpetuitas.* 1. de Nat. 9. Mirabilis quædam
continuatio ſerieſq; rerum , vt alia ex alia nexa,& omnes inter
ſe aptæ colligatæque videantur.
¶ *Sympathia.* 1. Acad.29.Immutabilis continuatio ordinis ſem-
piterni.1.de Nat.55.Continuato cauſarum.
¶ *Periodus.*1.de Orat.261.Demoſthenes contentione verborum
binas continuationes & remiſſiones continebat.5.179. Longiſ-
ſima complexio verborum eſt , quæ ſpiritu vno volui poteſt.
Ibid.46.Nimis longa continuatio verborum.Ibid.165. Non in
verbo modus hic,ſed in oratione:id eſt , continuatione verbo-
rum Ibid.184. Numerus in continuatione nullus eſt : nam di-
ſtinctio numerum conficit.4.ad Her.28. Continuatio eſt denſa
& continens frequentatio verborum, cum abſolutione ſenten-
tiarum:*id eſt,periodus.*
¶ *Oratoria exornatio.* 4. ad Her. 22. Continuatio eſt, orationis
enunciandæ acceleratio clamoſa.

† ADIVNCT. Admirabilis.mirabilis,1.de Nat.Fatalis quaſi & immu-
tabilis,1.Acad.Non minùs longa verborum,ſoluta,apta atque iucun-
da verborum,3.de Or.Tota,Orat.ad Brut.

CONTINVATVS, *continens.* )(. *interruptus.* 1. Acad. 28. Et ita
putant effici,quę appellant qualia,è quibus in omni natura co
hærente & continuata cum omnibus ſuis partibus effectum eſ-
ſe mundum.2.de Nat.117.Aër mari continuatus & iunctus eſt.
3.de Nat.28.Conuenientia conſenſúſq; naturæ,quam quaſi co-
gnatione continuatam conſpirare dicebas.3.de Ora.147.Verba
coniūcta cōtinuatáq;.1. Tuſ.22.Sic ipſum animum ἐντελέχειαν
appellat nouo nomine,quaſi quandam cōtinuatam motionem
& perennem.2.38.Luctus continuatus.

☞ Syntaxis. *Natura , verba coniuncta & continuata. Cohærens &
continuatum.Continuatus & iactatus aër mari.*

CONTINVO, *ſtatim, illicò.*9. At.18. Atque huiuſce rei iudicium
iam continuò video futurum. pro Qu. R. 17. Ignis in aquam
coniectus continuò extinguitur .1. Fa.9. Vbi nominabit Phæ-
driam , tu Pamphilam continuò 10. 12. Feci continuò omnes
participes meę voluptatis.4.Acad.1.Deinde abſens factus Ædi-
lis,continuò Prætor,pòſt,&c.9.At.18.Sed tamen quicquid ege-
ro,continuò ſcies.4.de Fin.75.Æquè enim contingit omnibus
fidibus vt incontentæ ſint : illud non continuò,vt æquè incon-
tentæ.2.de Or.199. Non continuò ſi quis populi motus factus
eſt,id C.Norbano in nefario crimine eſſe ponendum. 6. Att.2.
Hoc continuò correximus.

CONTINVANDVS. 3. ad Her.25. Cùm autem contendere
oportebit,adaucto mediocriter ſono vocis,verbis continuandis
vocem quoque adaugere oportebit.

CONTINVATVS. 3.de Ora. 164. Quod ex pluribus continua-
tis connectitur.Orat.218.Res iterata & continuata.in Vat.21.
Feciſti ante roſtra pontem continuatis tribunalibus. pro Flac.
25. Libertas , quæ vſque ad hoc tempus imperio , & rerum ge-
ſtarum gloria continuata permanſit. 2. con. Rull. 69. Syllanus
ager à certis hominibus latiſſimè continuatus habet inuidiam.

† ADVER. Latiſſimè,2.cont.Rull.

CONTINVO, *perpetuo.* 13. con.Rull.14. Denique ſine cura poſ-
ſidebit eos fundos, quos in agro Caſſinati fructuoſiſſimos con-
tinuauit,cùm vſque eò vicinos proſcriberet, quoad, &c. 2. 77.
Coëmant præterea,iſta dena iugera continuabunt.

CONTINVOR.1.de Nat.54.Atomi cohæreſcunt inter ſe,& aliæ
alias apprehendentes continuantur.

☞ Syntaxis. *Iterata & continuata verba gloria. Agri continuati. In-
ter ſe cohærent atomi, & aliæ alias apprehendentes continuantur.*

CONTINVVS, *continens, perpetuus, perennis.* pro Pomp. 54. Ali-
quot annos continuos magna imperij parte caruimus.pro Flac.
27.Senatus nihil à ſuperioribus continuorum annorum decre-
tis deceſſit. 3.de Orat.183. Rectè genùs hoc numerorum dum-
modò ne continuum ſit , in orationis laude ponetur. Orat.94.
Plures continuæ tranſlationes.pro Fon.31.Tum continuæ Prę-
turæ, quæ & cæteris ornamentis , & exiſtimatione innocentiæ
maximè floruerunt.10.Fam.35.Continuis itineribus ad forum
Vocontium veni.3.ad Her.22.Conſeruat vocem continui cla-
moris remiſſio.ibid.Continens vox.7.V.93.Tot dies continuos
quid egiſti. 2. 38. Equeſter ordo indicauit annos propè quin-
quaginta continuos.

☞ Syntaxis. *Anni continui:id eſt,continuati.Plures continuæ tranſ-
lationes:id eſt,proximæ.*

CONTOR, *percunctor.* 11.At.10. Cúmque ex eo de me contare-
tur, eum ſibi ita dixiſſe narrabat,ſe mihi eſſe inimiciſſimum.

CONTORQVEO, *conuoluo, iaculor , deflecto.* 2. de Nat. 55. Non
enim ętheris ea natura,vt vi ſua ſtellas complexa contorqueat.
2.de Diu.106. Deinde contorquent,& ita concludunt:non igi-
tur,&c.3.Tuſc.63. Quas ſententias colligit? quæ verba contor-
quet? in Ar.

*Brumali flectens contorquet tempore currum.*

CONTORQVEOR, *circum agor,verſor.* 1. de N,24. Mundus mi-
rabili celeritate contorquetur.2.de Orat.72.

CONTORTE, & CONTORTIVS, *obliquè.* 1.ad Her.15.Con-
tortè dicere aliquid.3. Tuſ.22. Hæc concluduntur contortiùs.
1.de In.20.Perturbatè & contortè dicere aliquid.

CONTORTIO, *flexio.*de Fat.16. Maius eſt enim has contortio-
nes orationis,quàm ſignorum ortus obitúſque perdiſcerę.4.ad
Her. 28. Itaque in illo genere & remotione brachij & contor-
tione dextræ gladius ad corpus afferri videtur.

CONTORTVLVS.2.Tuſ.42.Stoici contortulis quibuſdā ac mi-
nutis concluſiunculis effici volunt, non eſſe malum , dolorem.

CONTORTVS, *diſtortus.* 1.de Orat. 256. Contortas res & ſæpe
difficiles neceſſariò perdiſcimus.Orat.66.Cōtorta & acris ora-
tio.4.Acad.75. Quorum ſunt contorta & aculeata quædam ſo-
phiſmata 1.de D.38.Quoſdam amnes in alium curſum contor-
tos & deflexos videmus.Ora.234.Demoſthenes cuius non tam
vibrarent fulmina,niſi numeris contorta ferrentur.

☞ Syntaxis. *Contorqueri dicimus ſtellas,argumenta,fulmina,oratio-
nem , & aculeata ſophiſmata. Amnes in alium curſum contorquere.
Orationum contortio,brachij.*

CONTRA, *aduersùm,aduersùs,in hoſtili modo.*)(.*pro ſecundùm.*2.de
N.168.Impia conſuetudo eſt contra deos diſputandi. 7. Att. 5.
Serò reſiſtimus ei,quem aluimus contra nos.1.de Ora.178.De-
fendere cauſam alicuius contra alium patronum. Ibid. 85. Di-
ſputabant contrà diſerti homines Athenienſes.4.V.107. Quid
ſi contrà omni ratione pugnauit ? de Sen. 51. Et contrà auium
minorum morſum munitur vallo ariſtarum.1.Offi.19.Veri in-
ueſtigationis ſtudio à rebus agendis abduci, cōtra officium eſt.
11.Fa.28.Scio me à te contra iniquos meos ſolere defendi.pro
Qu.76.Teſtimonium quod cōtra te eſt.3.Offi.61.Nec qui con-
tra ſe liceatur,emptor opponet.3.de Or.72.Hoc non modò non
pro me,ſed contra me eſt.9.At.6.Contra meū iudiciū,& contra
omnium antiquorum autoritatem cupio diſcedere.5.Fa.5.Pro
iis rebus nulla mihi abs te relata gratia eſt,cōtrà etiam eſſe ali-
quid abs te profectum ex multis audiui.10.At.11.Facere cōtra
aliquem de Cl.128.Contra ſtudiū populi ſtare.pro Qu.44. Qu.
Hortenſius cōtra caput non didicit dicere.pro Q.R.51.Reſiſte-
re & repugnare contra veritatē.3.Off.24.Contra naturā viuere.
1.Ac.36.Sic inter rectè factum atq; peccatum,officium & con-
tra officium,media locabat quędam.*pro C.Corn.1.Alter nihil
vnus poteſt contrà multos.4.Acad.47.Quos contra diſputant.
¶ *E contrario,ex contrariò,potiùs,imò.*1. Offic. 49.In collocando
beneficio hoc maximè officij eſt , vt quiſq; maximè opis indi-
geat,ita ei potiſſimùm opitulari,quod cōtrà fit à pleriſq;:à quo
enim plurimum ſperant , &c. pro Cor. 51. Atque vtinam pro-
pugnatores,&c.& cōtrà oppugnatores,&c.1.Acad. Non is ſum,
qui obtrectem libēter,ſed contrà qui laudem omnia.5.de Fin.
21.Quæ bona ſunt,mala putant:bona contrà,quæ mala.1.Acad.
36.Ea ſumenda dicebat,contráque contraria.4.Fam.4.Nos qui
domi ſumus,tibi beati videmur : at contrà nobis , tu præ nobis
beatus. 5. Tuſc. 16. Ergo vt hi miſeri,ſint,contrà illi beati. pro
Mar.20.Non enim culpa tua eſt, ſi te aliqui timuerūt:contráq;
ſumma laus, quod pleriq; minimè timendum eſſe ſenſerunt. 2.
de Or.330.Ad cauſam pertinet,cautè,an contrà,demonſtratum
ſit.Orat.74.Decere,&c.contráque item dedecere.pro Cl.84.Sa-
pientiſſimum eſſe dicunt eum cui quod opus ſit , ipſi veniat in
mentem. In ſtultitia contrà eſt : minùs enim ſtultus, cui nihil
in mentem venit , quàm ille, qui, &c.Ibid.172.Quid huic cum
Auito nihil , atque adeò potiùs etiam contrà ſimultas. Partit.
46.Illa autē altera argumentatio, quaſi retrò,ac contrà potiùs
ſumit quæ vult.5.de Fin.55.Nùm igitur cenſes animo ſollicito
fuiſſe ? nihil minùs, contráque illa hæreditate diues. 2. de Fin.
39.Cyrenaici non viderunt,vt ad curſum equum,ſic hominem
ad intelligendum,& ad agendum eſſe natum:contráque vt tar-
dam aliquam pecudem ad paſtum, & ad procreādi voluptatem
eum ortum eſſe voluerunt.1. Fam.9.Noui enim animum tuum
nulla in cæteros maleuolentia ſuffuſum , contráque cum ma-
gnum & excelſum,tum etiam apertum & ſimplicem.
¶ *Aliter,ſecus.*pro Syl.69.Iam enim faciam contrà,atque in cæ-
teris cauſis fieri ſolet, vt, &c.1. Qu.Fr.1.Factum eſt enim mea
culpa , contrà quàm tu mecum egeras. pro Corn.7.Si denique
aliquid non contrà ac liceret factum diceretur, ſed contrà atq;
oporteret.2.de Orat.86.Clamare contrà quàm deceat,& quàm
poſſit,hominis eſt impudentiſſimi.6.V.11.Si hæc contrà ac di-
co eſſent omnia,tamen,&c. Orat.137.Vt contrà ac dicat accipi
ac ſentiri velit.1.de D.53.Omnia ferè contrà ac dicta ſunt,eue-
nire.I.P.18.Edicere eſt auſus,vt Senatus,contrà quàm ipſe cen-
ſuiſſet , ad veſtitum rediret.11.A.34.Cùm contrà ac Deiotarus
ſenſit,victoria belli iudicârit. pro Dom. 122. Quanquàm quid
ego de veſtro iure, contrà quàm propoſueram , diſputabo.4.ad
Her.6.Contráque faciunt quàm pollicentur.
¶ *Ex alia parte.* pro Do.88.Cùm me in iudicium populi nemo
vocârit , condemnari non potui,contráque à pop.Rom.ſemper
ſum defenſus & ornatus.2. de Fin.86.Beatè viuere vos in volu-
ptate ponitis,item contrà omnem infelicitatem in dolore.2.A.
38. Sed & ego, quid ille,& contrà ille,quid ego ſentirem,vide-
bat.1.Fa.9.Si laudabit hæc illius formam, tu huius contrà.



UNED

Syntaxis. *Contra ſtudium populi ſtare. Contra caput dicere. Quod contrà fit à multis. In hac re contrà eſt. Id factum eſt contrà, quàm. Contrà ac dictum ſit.*

CONTRACTIO, *breuitas, fuga.* 5.At.4.Meam in eo parſimoniam contractio paginæ ſignificat.1.Offi. 146. Superciliorum remiſſio aut contractio.Ora.193. Contractio & breuitas grauitatem non habet.2.de N.150.Facilis digitorum contractio, facilíſque porrectio.1.Tuſc.90.Eodem enim vitio eſt effuſio animi in lætitia,quo in dolore contractio. 3. de Orat. 194. Contractione breuius fieri,aut productione longius. Orat. 59. Brachij porrectio in contentionibus,contractio in remiſſis.pro Seſt.19. Frontis contractio.*Partit.19.Contractione orationis fit obſcurũ.4.

‖Tuſ.66.Cõtractio animi in dolore.) (.effuſio animi in lætitia.

† ADIVNCTA.Facilis,2.de Nat.

CONTRACTIVNCVLA.3.Tuſc.83. Morſus tamen & contractiunculæ quædam animi relinquentur.

CONTRACTVS, adiect. *breuis, aſtrictus, collectus.* de Cl.162.Ambitus verborũ cõtractus & breuis.Ibid.309.Dialectica quaſi cõtracta & aſtricta eloquentia putanda eſt.pro Cæl.76. Quæ ſtudia in ſenectute contractiora eſſe debent: *id eſt, remiſſiora.* 7.Fam. 31.Propter res tuas ita contractas, vt quemadmodum ſcribis, nec caput,nec pedes.Parad. 1. Accipies igitur hoc paruum opuſculum elucubratum his iam contractioribus noctibus. 1. Offi. 15.Rerum contractarum fides.3.de Orat.155. Similitudinis eſt ad verbum vnum contracta breuitas.2.de D.37. Cor bouis contractum aliquo modo exile & vietum eſſe.de Am.20.Ex infinita ſocietate generis humani ita contracta res eſt & abducta in anguſtum, vt omnis charitas,aut inter duos, aut inter paucos iungatur.8.At.18. Nos diſiecta manu pares aduerſariis eſſe non poſſumus:contractis autem noſtris copiis,ſpero,&c.7.7. Quid ſit optimum, malè contractis rebus,planè video. pro Qu.11.A principio,quemadmodum res geſta & contracta ſit,exponam.

¶ *Admiſſus, patratus, factus, confectus, conciliatus.* 1. Qu.Fr. 1. Ea ferre homines moleſtiſſimè debent,quę eorum culpa contracta ſunt.11.Att. 22. Ea eſt à nobis contracta culpa,vt,&c.pro R.P. 25. Hoc quidem ſuſcepto atque contracto, multa perpetienda fuerunt.2.C.4.Æs alienum contractum in popinam. 1. Offi.53. Conſuetudines præterea & familiaritates,multæque cum multis res rationéſque contractæ.pro Syl. 56. Magna ratione cum rege Mauritaniæ contracta.3.Tuſc. 52. Malum culpa contractum.11.At.9.Omnia culpa contracta ſunt.

† ADVERB.Malè,7.Attic.

CONTRADICENS.1.Tuſ.77.Caterue veniant contradicentiũ.

CONTRADICO.1.Att. 14. Vnus contradixerat Metellus. 5.21. Scaptius ait ſe nihil contradicere.pro A.P.10.Cùm erant appellati,ſi eis videbatur, ſtatim contradicere ſolebant. 3. de Fin. 2. Nec qui contradicunt,cauſam difficilem repellunt. 4. Acad.30. Vereor ne maiorem largiar ei qui contradicturus eſt libertatem.3.de Nat.95.Dabis nobis aliquem diem vt cõtra iſta dicamus.2.de Orat.261.Num,ſi contra te dixero, mihi maledicturus es?pro Quin.8.Quin. Hortenſius contra me eſt dicturus.

CONTRADVCO.4.ad Her.24.Quid, quòd exercitum contraduxit?

CONTRAHENDVS, *agendus, tranſigendus.* 2.Offic.39. Qui vendunt,emunt, conducunt,locant, contrahendíſque negotiis implicantur. Ibid. 63. Conuenit autem in omni re contrahenda, vendendo,emendo,conducendo,locando,æquũ & facilem eſſe.

¶ *Cohibendus.* 1. 103. Appetitus omnes contrahendi ſedandíque ſunt.

CONTRAHO, *congrego, colligo, cogo* 3.Att.13.Contrahere omnia in vnum locum. Ibid. 17. Vos hortor, vt quotcunque militum contrahere poteritis, contrahatis. Ibid.Ex quibus non ampliùs XIIII. cohortes contrahere potui.1.13. Contraxi vela, perſpiciens inopiam iudicum.de Am.24. Amicitia omnia contrahit, diſcordia diſſipat.

¶ *Coarcto, in anguſtum redigo.* 1.de Diu.120.Omne animal membra quò vult flectit,contorquet,porrigit,cõtrahit.Part.23.Contrahere orationem.)(.*dilatare.* 2.de N.102.Receſſus Solis quaſi triſtitia quadam contrahit terram, acceſſus autem lætificat.1. Q.Fr.1. Te rogo,ne contrahas aut demittas animum.2.de Leg. 38.Varius canendi ſonus tum remittit animos,tum contrahit. Or. 153. Contrahere nomina.1.Acad.37.Sed ea contraherent, in anguſtúmque deducerent.2.de Nat.164. Licet enim contrahere vniuerſitatem generis humani, eámque gradatim ad pauciores,poſtremò deducere ad ſingulos.1.de Inu.24.Si turpitudo cauſæ contrahet,offenſionem acriorem facit.

¶ *Retraho.* 2.Tuſ.41.Quis cùm decubuiſſet ferrum recipere iuſſus,collum contraxit?

¶ *Corrugo,* pro Cl.72.Contrahere frontem.

¶ *Tranſigo.* ‖ pro Syll.56. Multa ratione cum rege Mauritaniæ contracta. 4. V. 170. Nam quas pecunias ferebat iis expenſas, quibus cum cõtrahebat,eas ipſi iſti referebat acceptas.pro Qu. Res ab eo quicum cõtraxiſti,receſſit.pro Clu.41.Cum illo iam nemo rationem, nemo rem vllam contrahebat.1. Offic.4. Neque ſi tecum agas quid,neque ſi cum altero contrahas.5.Tuſc. 105. Magnis moleſtiis vacant, qui nihil omninò cum populo contrahunt.

¶ *Concilio, comparo, acquiro, conflo, capto.* 1.ad Her.8.A noſtra perſona beneuolentiam contrahemus.de Am.49.Virtus contrahit amicitiam.2.Fa.16. Dolabellam videbam fore ab iis moleſtiis, quas ſua liberalitate contraxerat,liberũ.4.ad Her.50.Inuidiam contrahere in vita,odium in oratione: *id eſt, accerſere, trahere.* 5. de Fin.91.Si mercatura in maximis lucris parum aliquid damni contraxerit.

CONTRAHOR, *faceſſor.* 15.At.11.Contrahi mihi negotium videtur.4.C.9. Sin illam alteram ſecuti eritis, neſcio an ampliùs mihi negotij contrahatur.

¶ *Congregor.* 8.Att.1.Sic enim parari video,vt Luceriam omnes copiæ contrahantur.

¶ *Aſtringor, concidor, labor, in anguſtum adducor.* 2. de Nat. 135. Stomachi partes quæ ſunt infrà quàm id quod deuoratur,dilatantur:quę autem ſuprà,cõtrahuntur.2.de D.119.Contrahi autem animum Zeno,& quaſi labi putat atq; concidere,& ipſum eſſe dormire.de Amic.48.Virtus ex bonis amici quaſi diffunditur,& incommodis contrahitur.

† ADVERB.Inuſitatiùs, Orat. Omninò nihil,5.Tuſc.Ampliùs,14.Cohorte,8.Att.

Syntaxis. *Brachij porrectio & contractio, Animi effuſio & conractio. Breue & contractum. Contractæ noctes. Contracta ſenum ſtudia. Expone res geſtas contractas: id eſt, tranſactas. Id culpa tua contractum. Culpa hæc à te contracta eſt. In omni re contrahenda: id eſt, dum quid cum alio contrahimus. Appetitus contrahere. Ne contrahas aut demittas animum. Contrahere amicitiam, inuidiam, negotium.*

CONTRARIE, *repugnanter.* Part. 108. Idem de eadem re contrariè ſcriptum.1.de Or.140.Contrariè ſcriptum,aut ambiguè. 2. 263. Verba relata contrariè.de Vniu.27. Bifariam contrariè ſimul procedentia.

CONTRARIVS, *aduerſus, aduerſarius, pugnans, diuerſus.* 1.de Inu. 42.Contrarium eſt, quod poſitum in genere diuerſo, ab eodem cui contrarium eſſe dicitur, plurimum diſtat: vt frigus, calor: mors,vita.4.Acad.97. Contraria ea dico,cùm alterum ait,alterum negat.5.Tuſ.50. Contrariorum contraria ſunt conſequentia.2. de Inu.165. Fortitudini contraria eſt ignauia, & iuſtitiæ iniuſtitia.4. de Fin.67. Vitia ſunt virtutum contraria.2. de Inu. 165. Fidentiæ contrarium eſt diffidentia: audacia autem non contrarium ſed appoſitum eſt ac propinquum. Top.47. Deinceps locus eſt,qui à cõtrario dicitur. Contrariorum autem genera ſunt plura:vnum, eorum quæ in eodem,genere plurimum differunt: vt ſapientia,ſtultitia.eodem autem genere dicuntur, quibus propoſitis occurrunt tanquàm è regione quadam contraria: vt celeritati tarditas,non debilitas.ex quibus contrariis argumenta talia exiſtunt: Si ſtultitiam fugimus,ſapientiam ſequamur: & bonitatem,ſi malitiam. Hæc quæ ex eodem genere contraria ſunt appellãtur aduerſa.Ibid.48. Sunt enim alia contraria,quæ priuantia licèt appellemus, Latinè,Græcè appellantur ςερητικά. præpoſitio enim In, priuat verbum ea vi quam haberet,ſi,In,propoſitũ non fuiſſet:vt dignitas,indignitas: humanitas,inhumanitas,& cætera generis eiuſdẽ,quorũ tractatio eſt eadem,quæ ſuperiorũ,quæ aduerſa dixi.Ibid.49.Nam alia quoque ſunt contrariorum genera,velut ea quæ cum aliquo conferuntur:vt duplum,ſimplum:multa,pauca:lõgum,breue: maius, minus,Sunt etiam valdè contraria alia,quæ appellãtur negantia.ea ἀποφατικὰ Græci,contraria agentibus:vt, Si hoc eſt, illud non eſt. Quid enim opus exemplo eſt,tãtùm intelligatur argumento quærendo,contrariis omnibus cõtraria non conuenire. de Fat.37. Contraria hoc loco ea dico,quorum alterum ait,alterum negat.ex his igitur neceſſe eſt alterũ verum eſſe,alterum falſum.1.Offi.43.Id tam abeſt ab officio, vt nihil magis officio poſſit eſſe contrarium.2.A.18.Tota in oratione tecum pugnas, & non modò non cohærentia inter ſe dicis,ſed maximè diſiuncta atque contraria: vt non tanta mecum,quanta tecum tibi ſit cõtentio.1.de D.62.Quòd habet inflationem magnam is cibus, tranquillitati mentis quærenti vera,contrariam.de Sen.77. Eſt enim animus cœleſtis ex altiſſimo domicilio depreſſus in terram,locum diuinæ naturæ,æternitatíque contrarium.de Op.14. Orationes inter ſe contrariæ Æſchinis & Demoſthenis. 2. de Orat.223.& pro Clu.148.Capita inter ſe contraria.pro Cæl.12. Monſtrum ex contrariis diuerſíſque, atque inter ſe repugnantibus naturæ ſtudiis conflatum. de Somn.9. Aſtra errantia,quæ verſantur retrò contrario motu atque cœlum. 1. de Diuin. 85. Stella Iouis ad ortus puerorum ſalutatis eſt, Saturni contraria. Ibid. 78. Flumina in contrarias partes fluxerunt, & amnes mare influxit. 10. Famil. 33. Verebar, ne pium conſilium meum raperent in contrariam partem obtrectatores mei. 1. de Orat. 215. Afferendum eſt aliquid in contrariam partem, quod, &c. 1. 158. Diſputare de omni re in contrarias partes. 2. 215. Omnium rerum in contrarias partes facultas ex iiſdem ſuppeditatur locis. pro Cecin. 104. Si quid contraria parte in homine oſtendendum ſit, habetis homi

hominem,&c.pro Qu.R.47. Atque ego hoc ex contrario contendo:leuior eſſet, &c.2.de Orat.182. Itaque eadem ſunt in aduerſarios ex contrario conferenda. 2. de Inu. 25. Defenſor autem ex contrario primùm dicet, &c. 1. 26. Commutabile eſt, quod ab aduerſario poteſt leuiter mutatum ex contraria parte dici.2. 157.Rerum expetendarum tria genera ſunt: par autem numerus vitandarum ex contraria parte. Antequàm. 26. Si neminem læſi, ſi etiam è contrario multis opem tuli. 3. V. 120. Cõtrarium decernebat ac paulò antè decreuerat.2.de Nat.102. Sol binas reuerſiones ab extremo contrarias facit. Orat. 38. Conferre pugnantia, & comparare contraria. Ibid.65.Referre paria paribus,aduerſa contrariis.1.Off.31.Sed incidũt ſępe tempora,cùm ea commutantur,fiúntque contraria.2.con. Rul. 67. Conuerſa ratio anteà cùm erat,&c.id eſt,nunc contrariũ eſt atque anteà fuit.ad Brut.17.Verba rebus eſſe cõtraria.3.Off.119. Omnis voluptas honeſtati eſt contraria.2.de Diu.18. Nihil eſt tam contrarium rationi & conſtantiæ,quàm fortuna,

¶ *Oratoria exornatio, idem ferè eſt quod contentio.* 4. ad Her. 26. Contrarium eſt,quod ex rebus diuerſis duabus, alteram breuiter & facilè confirmat,&c.

† ADVERB. Maximè,valdè,Top..Perſpicuè,Orat.

☞ Syntaxis. *Diſiuncta & contraria, Contraria,diuerſaq́ʒ. Cõtrarius eſt Iouis motus,atque primæ ſphæræ. In contrarias partes fluuios fluere. In contrariam partem differere Quid contraria parte de te dicam? Ex contrario contendere. E contrario tibi ſum amicus. Ex contraria parte dico, &c. Dicere ex contraria parte: id eſt, pro parte, vel contra dicere.*

CONTRASCRIPTVM. 16.Att.17.Antonij edictũ legi Bruto, & horum contraſcriptum præclarè.

CONTRAVENIO, *aduerſor, contrapugno.* 4. V.107. Quid ſi de literis corruptis contrauenit? pro Mur. 9. Si ille ipſe, quem contraueneris, cauſa cadat. 1. Tuſc. 55. Ego verò facilè ſum paſſus, ne in mentem quidem mihi aliquid contrauenire: ita iſti faueo ſententiæ.

CONTRECTATIO, *tractatio,tractatus,attrectatus.* 1.de Nat.78. Quod ni ita eſſet,cur non taurus equę contrectatione geſtiret?

CONTRECTO, *tracto,attrecto.* 3.de Or.24.Qui quæ cõplecti tota nequeunt,hæc facilliùs diuulſa contrectant.

CONTREMISCO, *tremo,contremo.* 1.de Orat.121.In principiis dicendi tota mente atque omnibus artubus contremiſco.6. Fa. 7.Cùm verò ad ipſius Cæſaris nomen veni, toto corpore contremiſco. pro Seſt. 67. Cuius in mea cauſa nunquàm fides virtúſque contremuit. 1. de Diu. 58. Tum ego contremui timore perterritus.

CONTREMO. 3.de Ora.155. Cœlum tonitru contremit Poëtæ.

CONTRIBVENDVS pro Mil. 83. Quæ mihi contribuenda laus eſſet ipſi?

CONTRIBVO, *confero,tribuo.* 14. A.39. Vrbémque ad eam rem pecuniam dare,contribuere,ſoluere iubeant.

CONTRISTO, *mœrore afficio.* 8. Fam. 9. Contriſtauit hæc ſententia Balbum Cornelium, & ſcio eum conqueſtum eſſe cum Scipione.

CONTRITVS, *peruulgatus, vulgaris, communis,peruagatus.* 1.de Orat.137.Iſta omnium communia & contrita præcepta didici. pro Seſt.86. Quod iam contritum & contemptum putatur. 12. Att.26. Nihil habemus, quod ſcribamus, eadem quotidiè,quæ iam iámque ipſa contrita ſunt.

¶ *Conſumptus.* 1. de Or.219. Quo in ſtudio ingenioſorum hominum totas ætates videmus eſſe contritas.

CONTROVERSIA, *diſceptatio, contentio, diſcrimen, pugna,lis.* 2.de Or.291.Res quæ in dicẽdi controuerſiam aut diſceptationem vocatur Or.121.Nihil ambigi poteſt,in quo non aut controuerſiam res faciat, aut verba.pro Qu.19. Mihi cum eo controuerſiæ nihil eſt.pro S. R.87. Magna vi cum illo rei familiaris controuerſia erat.pro Cec.31.At controuerſia non erat,quin verum dicerent. 3. C. 10. Hanc Cethego cum cæteris controuerſiam eſſe dixerunt,quòd,&c.de Cl.72.Eſt inter ſcriptores de numero annorum controuerſia.2.de Or.335.Controuerſia inter hominum ſententias in illo eſt,vtrùm, &c.ad Brut. 6. Flauius noſter de controuerſia,quam habet cum Dyrrachinis,hæreditaria,ſumpſit te iudicem.13. Fa.69. Habere controuerſiam de aliqua re cum aliquo: exempli cauſa, de fundo.pro Cl.161. Cùm quædam(vt ſolet)cõtrouerſia eſſet orta.9.A.11.Nec conſtituere litium actiones malebat, quàm controuerſias tollere. 1.de Oát.143.Conſtituere controuerſiam.pro Corn.43.Sedare controuerſias.3.Offic.119.Dirimere controuerſiam.1.de Orat. 47. Verbi enim controuerſia tamdiu torquet Græculos homines,contentionis cupidiores,quàm veritatis.Ibid.107.Omnem contentionem eſſe inter homines doctos in verbi controuerſia poſitam.Ibid.183.Mediocríſne res in controuerſiã adducta eſt? Orat.45.In controuerſia & contentione verſari. 1. ad Her. 17. Interfectam eſſe matrem ab Oreſte conuenit mihi cum aduerſariis: iure fecerit,& licueríтne facere,id in controuerſia eſt.2. de Or.104.Cauſa ex cõtrouerſia conſtans,vt hæreditatis.1.140. Controuerſia ex ſcripti interpretatione. 1. de Inu. 12. Generis controuerſia eſt cum & quid factum ſit conuenit, & quo id factum nomine appellari oporteat,conſtat:& tamen,&c.13.Fam. 26. Vocari in controuerſiam, 1. 2. Hac controuerſia vſque ad noctem ducta,Senatus eſt dimiſſus.pro Cecin.19.Fundus,quem ſine vlla controuerſia biennium poſſedit.13.At.13.Ait ſine vlla controuerſia rem ad me eſſe delatam.3.Offi.7.Panætius,qui ſine controuerſia de officiis accuratiſſimè diſputauit.

† ADIVNCT. Breuis, coniecturalis, ſimilis, 2.de Inu.Ciuilis,1.Attic. Ciuiles remotiſſimæque, graues, 1. de Orat. Forenſes, de Opt. g. Or. Hæreditaria,3.At.Iudicialis,3.Ver.Legitimæ, minimæ,pro Cec. Legitimæ & ciuiles, Orat.Magna, pro Seſt. & pro.S.R. Parua,plena diſſentionis, tota, 1.de Leg. Paruæ,ſumma,1.de Inu.Priuata ac ſingularis,3. de Orat.Plurimæ,4.Ver.

☞ Syntaxis. *Aliquid in controuerſiam & diſceptationem vocari. Id controuerſiam facit. Controuerſia non eſt,quin. In illo eſt controuerſia, vtrùm. De controuerſia ſumere iudicem. Cõtrouerſiam habere,tollere, conſtituere,ſedare,dirimere. In controuerſiam quid adduci. In controuerſia verſari. Controuerſiã ducere. Sine cõtrouerſia:id eſt, ſine dubio.*

CONTROVERSOR, *contendo, litigo.* in Protagora, autore Priſciano:Nũc à vobis, ô Protagora & Socrates,poſtulo,vt de iſto concedatis alter alteri, & inter vos de huiuſmodi re non controuerſemini.

CONTROVERSVS, *litigioſus, dubius.* de Cla. 46. Siculi acuta gẽs & controuerſa ſe natura.pro Mur.26. Sin aliter etiam controuerſum ius noſſe,& tractare videare.2.de D.104.Sed iſti ſumunt pro certo,quod dubium controuersúmq; eſt.1.de Leg.52. Res cõtrouerſa & plena diſſenſionis inter doctiſſimos Part.61. Controuerſa cauſa.

☞ Syntaxis. *Res dubia & controuerſa. Homo,cauſa controuerſa.*

CONTRVCIDATVS, *interemptus,trucidatus.* pro Seſt. 76. Debilitatum corpus & contrucidatum.

CONTRVCIDO. pro Seſt. 24. Hi ſummi imperij nomine armati,Remp.contrucidârunt.

CONTRVDOR. *conſtipor,coarctor,extrudor.* in Sal.19. Ex Africa tantum exhauſit, quantum potuit in naues contrudi. pro Cœl. 63.Deinde qui eam prouinciam ſuſceperint,vt in balneas contruderentur.7.V.68.Eôdem cæteros contrudi imperat.

CONTVBERNALIS, *domeſticus,familiaris.* 2.Att.14.C. Arrius proximus eſt vicinus, imò ille quidem iam contubernalis. 9. Fam. 20. Illud doleo, in iſto loco venire me non potuiſſe: habuiſſes enim non hoſpitem, ſed contubernalem.pro Cœl.73.Is profectus eſt in Africam Q.Põpeio contubernalis.de Cla.105. Qui ſe illi contubernalem in conſulatu fuiſſe narrabat. 2. Qu. Fr.4.Spero nos ante hyemẽ contubernales fore.13.At.28.Quid tu hunc de pompa Quirini contubernalem his noſtris moderatis epiſtolis lætaturum putas? 8.7.Siue ab Oppiis tuis contubernalibus.pro Lig.21.Militiæ cõtubernales.pro Flac.41.Contubernalis pro hoſpite.Ibid.24. Teſtes accuſatoris,confeſſores, conuiuæ contubernales.pro Plan.27.Fuit in Creta poſteà con-♣tubernalis Saturnini,&c.

☞ Syntaxis. *In malitia,in Conſulatu contubernalis.*

CONTVBERNIVM, *conuictus,ſodalitas.* 7.V.103.Vbi illud cõtubernij muliebris militiæ in illo delicatiſſimo litore? pro Planc. 27.Neceſſitudo contubernij.

CONTVENS. 3.de Ora.319.Neque verò eſt quiſquam, qui eadem contuens efficiat.

CONTVEOR, *aſpicio.* 3. de Nat.8.Me rogas, cur te duobus contuear oculis,& non altero tantùm, cùm idem vno aſſequi poſſim.1.Tuſc.45.Quod tandem ſpectaculum fore putas, cùm totam terram contueri licebit? 3. de Orat. 6. Vt illud veſtigium contueremur.pro Syl.74.Aſpicite ipſum,contuemini os,&c.de ♣ Somn.18.Contueri ad cœlum. ‖ pro Dom. 146. Patriæ vulnus contuentur.

☞ Syntaxis. *Contueri cœlum,& ad cœlum.*

CONTVITVS. pro Seſt.115. Veſter iſte in me animorum oculorúmque contuitus.

CONTVMACIA, *ſuperbia.* 6.V.89.Illa tua ſingularis inſolentia, ſuperbia, contumacia.pro. Qu.R.44.Eſt tuæ contumaciæ,arrogantiæ,vitæque vniuerſæ vox.de Am.54.Itaque illi faſtidio fere & contumacia efferuntur.6.At.3.Potentiſſimorum hominũ contumaciam nunquàm tuli.I.P.78.In quo Torquatus furebat contumacia reſponſi tui.14. Att.14. Libentiùs deponimus inimicitias reipub.nomine ſuſceptas,quàm contumaciæ.1.Tuſ.7. Adhibuítque liberam contumaciam,à magnitudine animi ductam,non á ſuperbia.

† ADIVNCT. Libera,1. Tuſc.Magna, par, 12.Fam. Singularis, 6.Ver.

☞ Syntaxis. *Inſolentia,ſuperbia, contumacia. Contumacia & arrogantia. Faſtidium & contumacia. Libera animi contumacia à magnitudine animi ducta.*

CONTVMACITER, *ſuperbè,præfractè.* 2.Qu.Fr.1.Clodius furebat ſe à Racilio contumaciter vrbanéq; vexatum.2.de Diu.71. Nec patrius mos tam contumaciter repudiandus.6.At.1.Ad me autem contumaciter,arroganter,ἀκοινωνήτως ſolet ſcribere.16. 4.Cætera & ſatis grauiter & contumaciter.

☞ Syntaxis.

Syntaxis. *Aliquem contumaciter vrbaneq́ vexare. Contumaciter & arroganter.*

CONTVMAX, *ſuperbus.* 15. Att. 15. Suram nefarium cognoui hominem, prætereà in me contumacem. 4. ad Her. 52. In ſuperiores cõtumax, in ęquos & pares faſtidioſus, in inferiores crudelis.

Syntaxis. *Contumax in ſuperiores.*

CONTVMELIA, *conuicium, ignominia, iniuria.* 1. de Natu. 73. Epicurus Nauſiphanem vexat omnibus contumeliis. pro Syll. 23. Equidem vehementer lætor eum eſſe me, in quem cûm cuperes, nullam contumeliam iácere potueris. 2. de Or. 222. Genus facetiarum, in quo nulli aculei contumeliarum inſunt. ad Brut. 16. Seruire, eſt contumelias pati. 11. A. 5. Verborum contumeliis aliquem lacerare. 14. 16. Sed homines beneuolos, qualeſcunque ſunt, graue eſt inſequi contumelia. 4. Tuſ. 77. Alternis verſibus intorquentur inter fratres grauiſſimæ cõtumeliæ. 6. V. 20. Quibus tu priuatim iniurias plurimas contumeliáſque impoſuiſti. 3. A. 22. Quid eſt porrò facere contumeliam? quis ſic loquitur? * *Ita tamen loquuntur Cato, Plautus, Terentius & Quintilianus.* pro Cæl. 6. Maledictio nihil habet propoſiti præter contumeliam|| 3. de Leg. 61. Ne ille eandem contumeliam quam cæteri ferre non poſſit.

† ADIVNCT. Extrema ac miſerrima, ad Brut. Grauiſſimæ, 4. Tuſ. Inſatiabilis, 1. de Orat. Inſignis & noua, 2. Cont. Rul. Maxima, 11. Phil. Maximæ, ſummæ, 5. Ver. Multæ, pro Qu. Nefariæ, in Piſ. Pertinaces, 1. de Finib. Plurimæ, 6. Ver. Quàm minima, 5. Attic. Tanta, 4. Ver.

Syntaxis. *Aliquem contumelijs vexare. In aliquem iacere contumeliam. Aculeus contumeliæ. Inſequi aliquem contumelijs. Contumelias inter aliquos intorqueri. Imponere alicui contumelias. Facere contumeliam.*

CONTVMELIOSE, *iniurioſè.* 1. Offi. 134. Cùm de abſentibus detrahendi cauſa maledicè contumelioſéque dicitur. in Vatin. 30. Contumelioſiſſimè maledicere alicui.

CONTVMELIOSVS, *iniurioſus.* 1. Fam. 10. Qui iſtinc veniunt, partim te ſuperbum eſſe dicunt, quòd nihil reſpondeas: partim contumelioſum, qui malè reſpondeas. pro Pl. 6. Sin hunc illi antepono, contumelioſa habenda oratio eſt. pro Cor. 24. In ſocios verò contumelioſum eſt, excluſos eſſe, &c. 5. Fa. 2. Oratio in aliquem contumelioſa. 1. Qu. Fr. 2. Literæ in aliquem contumelioſæ. pro Cæl. 30. Contumelioſæ voces in aliquem emiſſæ. 15. Att. 2. Vſuríque ſunt beneficio Antonij contumelioſo. 3. A. 15. Contumelioſus in edictis.

Syntaxis. *Epiſtolæ contumelioſæ. Contumelioſus in epiſtolis. Contumelioſum eſt in amicos, &c.*

CONTVNDO, *obtero, frango* pro Flac. 73. Membra vxoris lapidibus & fuſtibus debilitauit, manus contudit, digitos confregit, neruos concidit. 3. A. 29. Contudi & fregi exultantis latronis audaciam. 12. At. 43. Contudi animum, & fortaſſe vici, ſi modò permanſero. pro Cec. 18. Ita calumniam obtriuit & contudit.

CONTVRBATIO. 4. Tuſc. 19. Conturbatio eſt metus excutiens cogitata. item Top. 52.

CONTVRBATVS. de Ar. 25. Ludi deformati, inquinati, peruerſi, conturbati. 6. V. 32. Is triſtis & conturbatus domum rediit. 7. Fa. 1. Vidiſti me ita conturbatum, vt neſcirem, &c. 2. A. 36. Neſcio, quid conturbatus mihi eſſe videris; nunquid ſubtimes?

CONTVRBO, *perturbo, confundo.* 7. At. 2. Inualetudo tua me valdè conturbat. 3. Offi. 81. Hæc ſunt, quæ conturbant homines in deliberatione nonnunquàm. 3. ad Her. 31. Frequentia & obambulatio hominum conturbat & infirmat imaginum notas. 2. Offi. 40. Incidunt ſæpe multæ cauſæ, quę conturbant animos vtilitatis ſpecie. 8. Fa. 12. Conturbant me Seruij huius mora. . Acad. 10. Non ſanè, inquit, conturbat me expectatio tua. 2. A. 2. Num conturbo te? non enim fortaſſe ſatis quæ diſtinctiùs dicuntur, intelligis. pro Cl. 135. Vnum etiam eſt, quod me maximè conturbat, cui loco, &c.

¶ *Decoquo, rationes debiti commiſceo, non ſoluo.* pro Plan. 68. Vtrùm igitur me conturbare oportet? an hoc nomen quod vrgem, nũc cùm petitur diſſoluere? 2. Q. Fr. 11. Ad quem ego reſcripſi, nihil eſſe, quod poſthac arcæ noſtræ fiducia conturbaret. 4. Att. 7.

CONTVRBOR. 8. 9. Sed tamen ſigna cõturbantur, quibus voluntas à ſimulatione diſtingui poſſet. 4. Aca. 10. Eo minùs cõturbor.

† ADVER. Magnoperè, pro Planc. Mirificè, 6. At. Valdè, 14. Att.

CONTVSVS. 2. Tuſ. 40. Pugiles ictibus contuſi ne ingemiſcunt quidem.

Syntaxis. *Conturbatus homo, ludi. Conturbatus in valetudine Num te conturbo? Conturbare, abſolutè: id eſt, decoquere.*

CONVALESCENDVM. 12. At. 4. Quem ad omnes res adhibes in primis ad conualeſcendum adhibere prudentiam.

CONVALESCO, *ſanor, conſaneſco, valentior fio, ex morbo euado, è graui morbo recreor* de Fat. 28. Si fatũ tibi eſt ex hoc morbo conualeſcere, ſiue medicum adhibueris, ſiue non, conualeſces. 2. de Nat. 12. Ne ægri quidem omnes conualeſcunt. pro Clu. 37. Aiulius illicò cõualeſcit. pro Syl. 76. Vt conualeſceret aliquando, & ſanari ciuitas poſſet. pro Mil. 25. Quantò ille plura miſcebat, tantò hic magis conualeſcebat. 13. Fam 29. Ille in morbum incidit, ex quo non cõualuit. 9. 9. Certum ſcio iam conualuiſſe eã. 3. Tuſ. 5. Nõ omnes qui curantur, cõualeſcunt. pro Clu. 175. Cùm is iam conualeſceret, &c. 10. Fa. 17. Is cùm primùm poſſe ingredi cœpit, non magis ſibi quàm reipub. conualuiſſe ſe exiſtimas, ad omnia pericula princeps eſſe non recuſabat. * pro C. Corn. 1. Qua lege ſuffragiorum ius poteſtáſque conualuit.

¶ *Creſco.* Antequàm. 14. Ne rei crudelitas experta in me, in vos conualeſcat. ibid. 16. Impunè ad omnium perniciem conualeſcet. 7. Attic. 3. His ille rebus ita conualuit, vt nunc in vno ciue Reſp. ad reſiſtendum imbecilla ſit.

† ADVER. Commodiſſimè, 16. Fam. Illicò, pro Clu. Impunè, ad perniciem, Anteq. Tardiùs, 14. Fam.

Syntaxis. *Conualeſcere: id eſt, redire ad frugem meliorem. Malum Cæſ. ita conualuit: id eſt, creuit, auctus eſt viribus.*

CONVALLIS, *planicies ex omni parte montibus ſepta.* 2. cont. Rullum 95. Roma in montibus poſita, & conuallibus.

CONVECTOR, *quin eadem naui conuehitur.* 10. Att. 19. Naui eius, & ipſo conuectore me vſurum puto.

CONVEHO, *comporto* pro Mil. 75. Repentè lintribus in eam inſulam materiam conuexit.

CONVELLENDVS. 7. V. 186. Verres ſimulacrum Cereris ſacrario Catilinæ conuellendum auertendúmque curauit.

CONVELLO, *reuello.* pro Domo ſua. 54. Cùm gradus Caſtoris cõuelliſti ac remouiſti. 1. de Leg. 54. Qui me ex noſtris penè conuellit hortulis. 2. de Ora. 205. Nec conuellere adoriamur ea, quę non poſſunt commoueri. de Aruſp. 41. Tiberius Gracchus conuellit ſtatum ciuitatis. pro Clu. 4. Conuellere opinionem mente cõprehenſam. I. P. 4. Qui reip. ſtatum conuulſuri viderentur.

CONVELLO. pro Rab. 3. Cùm cũcta auxilia Reipub. labefactari conuellíque videar. 1. de Diu. 117. Hæc mihi videntur non poſſe conuelli. || pro Cæc. 51. Conuelli pacta, &c.

CONVENÆ, *qui ex diuerſis locis in vna mœnia conueniunt.* 1. de Orat. 37. Romulus paſtores & conuenas conſilio & ſapientia congregauit. 5. Tuſc. 58. Dionyſius quibuſdam conuenis & feris barbaris cuſtodiam corporis ſui committebat.

CONVENIENS, *conſonus, decorus, par, dignus, conſentaneus, decens, concors, congruens, aptus.* )( *alienus* 2. de Fin. 99. Nihil ſcriptum ab eo congruens & conueniens decretis eius reperies. de Amic. 17. Nihil eſt tam naturæ aptum, tam conueniens ad res vel ſecundas vel aduerſas, quàm amicitia. 3. de Nat. 44. Quid enim Philoſopho minùs conueniens, quàm deos tollere? 3. Offic. 35. Recta & conuenientia & conſtantia natura deſiderat, aſpernatúrque contraria. 2. de Nat. 55. Stellarum conueniens, conſtánſque conuerſio. 3. Offic. 35. Quemadmodum in oratione conſtanti, ſic in vita omnia ſint apta & inter ſe conuenientia. 2. de Diuin. 82. Conueniens & coniuncta inter augures conſtantia. Ibid. 35. Conuenientem hoſtiam rebus ſuis immolare. pro S. R. 96. Propinqui cognatíque optimè conuenientes. 1. Offic. 58. Benè conuenientes propinqui: *id eſt, concordes.*

† ADVERB. Benè propinqui, 1. Offic. Optimè cognati, pro S. R.

Syntaxis. *Congruens & conueniens. Aptum & conueniens. Conueniens id tibi non eſt. Conſtans & conueniens.*

CONVENIENTER, *congruenter, ſecundùm, pro.* 3. Offic. 13. Conuenienter naturæ viuere: *id eſt, cum virtute congruere ſemper.* 3. de Fin. 26. Conuenienter naturæ congruentérq; viuere. 5. Tuſ. 82. Congruere naturæ, & cum ea conuenienter viuere.

CONVENIENTIA, *coniunctio, cognatio, quaſi concentus atque conſenſus.* 2. de Natur. 55. Hæc in ſtellis conſtantia, hæc conueniẽtia temporum ſine ratione intelligi non poteſt, de Am. 100. In amicitia enim eſt conuenientia rerum, in ea ſtabilitas, in ea conſtãtia, 1. Off. 14. Pulchritudo, venuſtas, cõuenientia partium. 3. de Fin. 21. Quod ὁμολογίαν. Stoici, nos appellemus conuenientiam, ſi placet. 2. de Diu. 124. Coniectores ſomniorũ ſignificationes faciũt ex quadã conuenientia & coniunctione naturæ, quàm vocant συμπάθειαν. 3. de Fin. 46. Quorũ omne bonum conuenientia atq; opportunitate finitur. 2. de Diu. 34. Si vllam eſſe conuenientiam naturæ cum extis conceſſero. 1. Offic. 100. Via quæ deducit ad conuenientiam conſeruationémq; naturæ.

† ADIVNC. Tanta, 2. de Nat. Vlla, 2. de Diu.

Syntaxis. *Conſtantia & conuenientia. Conuenientia & coniunctio naturæ. Conuenientia & opportunitas.*

CONVENIO, *congruo, non abhorreo, aptus vel conueniens, vel accommodatus ſum.* in Hortenſ. Nam quòd vereris, ne non conueniat noſtris ætatibus iſta oratio, &c. pro Corn. 61. Neque me diſſentioni meæ priſtinæ putaui potiùs aſſentiri, quàm præſentibus reip. temporibus & concordiæ conuenire. 1. Off. 98. Poëtæ etiam vitioſis perſonis quid cõueniat, & quid deceat, videbunt. de Pro. 41. Hoc decet me & conuenit iis rebus, quas geſſi. 1. de Diu. 99. Quod ſomnium mirificè ad verbum cum re conuenit. pro Cæl. Cùm eſſent. prædia, quæ mulieri maximè conuenirent. 9. Fa. 12. Minimè miror cœlum etiam & terras vim ſuam, ſi tibi ita conueniat, dimittere. Orat. 86. Pleráque ex illis conueniant huic tenuitati. 2. de Nat. 74. Nec verò conuenit, ſed in reliquos veſtros, & in eum maximè, qui iſta peperit. Top. 49. Tantum intelligatur argumento quærẽdo, contrariis omnibus



UNED

contraria non conuenire. pro Deiot. 28. Hoc maledictum in illam ætatem non conuenit.pro S.R.65.Hęc ſuſpicio conuenit in illum. 1.de In.26. Commune exordium eſt,quod nihilo minùs in hanc quàm in contrariam partem cauſæ poteſt conuenire.3. V.128. Quæ vitia videntur in quemuis potiùs,quàm in iſtum conuenire. 1. de Inu. 26. Vulgare exordium eſt quod in plures cauſas poteſt accommodari,vt conuenire videatur.5. V. 206. Sunt quædam in te ſingularia,quæ in nullum alium conuenire poſſent.2.de Or.246. Et tamen id dixit, quod cōueniret in omnes luſcos.2.de Inu.44.Quid in quanque rem conueniat, res ipſa docebit.9.A.8.Nihil enim minùs in hūc ordinem conuenit. 3.de Fin. 46. Vt ſi cothurni laus illa eſſet,ad pedem aptè cōuenire.2.de Inu.16.Non omnes loci in omnem cauſam conueniunt.pro Syl.23. Hæc contumelia ad maximam partem ciuium conuenit.3.de Fin.35.Sed non conueniret ad omnia.6.Fa. 8. Hæc tua deliberatio non mihi cōuenire viſa eſt cum oratione Largi. 2.de Diu. 34. Fiſſum iecoris conuenire cum lucello. de Fin.*Atque hoc mihi cum tuo fratre conuenit.9.At.4.Rem conuenturam puto.1.ad Her.4.Diuiſio eſt,per quam aperimus quid conueniat,& quid in controuerſia ſit.1. de Leg.53. Poteſt res cum eo conuenire.ibid.Si poſſet inter eos aliquid conuenire.pro Qu.Aliquid vel nihil inter aliquos conuenire. de Clar. 209. Difficile eſt in longa oratione non aliquando aliquid ita dicere,vt ſibi ipſe non conueniat.6.V.147.Optimè cum aliquo conuenire:*id eſt,eſſe concordem*,1.de Nat.90.Virtutē ſine ratione conſtare non poſſe, conueniat id quoque neceſſe eſt. pro Clu. 120.Nemo ne pecuniaria quidem de re minima erat iudex,niſi qui inter omnes aduerſarios conueniſſet.1.ad Her.24.Cùm factum conuenit,ſed iure an iniuria factum ſit,quæritur.2.de In. 68.Pactum eſt,quod inter aliquos conuenit.

¶ *Coëo,concurro,congregor.* pro S.R.11.Magna multitudo hominum conuenit ad iudicium.Ibid.62. Cùm multæ cauſæ conueniſſe in vnum locum, atque inter ſe congruere videntur.2.con. Rul.12. Non deſiſtebant clàm inter ſe conuenire.1. de Nat.16. Tres enim trium diſciplinarum principes conueniſtis.8. Att.6. Omnes copias in vnum locum conuenire.pro Cec. 59. Neminem coëgeris,ipſi conuenerint ſua ſponte.8. At.20.Da operam vt huc quamprimùm venias, antequàm omnes copiæ aduerſariorum conueniant:neque enim celeriter huc homines conuenire poſſunt:& ſi conuenirent, quantum iis committendum ſit, non te præterit.2.de Diu.50. Cùm Bubulcus clamorem edidiſſet, concurſum eſſe factum, totámque breui tempore in eum locum Hetruriam conueniſſe.I.P.34.Mei capitis ſeruandi cauſa Romam tota Italia conuenit.10.Fam.12.Senatus eſt continuò conuocatus,frequénſque conuenit. 1. A. 8. Addebant præterea rempub.conuenturam Calen.Sextilibus, Senatum frequentem fore.4. V. 38. Aduerſarij poſtulant, vt in eam rem iudices dentur ex iis ciuitatibus,quæ in id forum conuenirent.1.Offi.114. Cùm Pericles & Sophocles collegæ in Prætura de communi officio conueniſſent: item, *Creditores & ſponſores conuenire quid ſit, Lege,* Creditor. Top. 14. Vxores quæ in manum viri conuenerunt,matres familiàs ſunt:*id eſt, quæ ſocietatem bonorum coierunt. Lege* , Coemptio. * con. C. Anto. Dico ſuperiore nocte cuiuſdam domū Catilinam & Antonium cum ſequeſtribus ſuis conueniſſe.

¶ *Adeo ad aliquem,ad aliquem eo ſeu venio.*4.Fam.2. Poſthumia tua me conuenit.3.4.Si Clodium conuenero,ex illius ſermone ad te ſcribam plura.9.14.Neminem conueni ( conuenio autem quotidiè plurimos:ſunt enim permulti optimi viri, qui valetudinis cauſa in hæc loca cōueniant)quin omnes,&c.1.9. Quem cùm in Sardinia conueniſſet, Teipſum, inquit, cupio. pro S.R. 50. Attilius ille, quem ſua manu ſpargentem ſemen, qui miſſi erant,conuenerunt.de Sen.83.Neq; eos ſolùm conuenire aueo quos ipſe cognoui,ſed illos etiā de quibus audiui & legi. * pro C.Cornel.1.Qui ſuffragij ferundi cauſa conueniunt.

Convenior. 8.Attic.11. Lentulum antè puto tranſmiſſurum quàm poterit conueniri.

† Adverb. Aptè,3.de Fin.Clam inter ſe,pauliſper,2.cont.Rul.Maximè officio,15.Fam.Mirificè,1.de Diu.Optimè cum aliquo,6.Ver. Præclarè,16.At.Vndique aliquo,5.Ver.Vndique vno tempore,2.Ver.

Convénit, *decet, conducit.* Antequàm.6. Non conuenit,cùm ego ad promerendum officium tam fuerim expeditus, vos ad referendam gratiam eſſe tardiores.2.Offic.63.Conuenit autem tum in dando munificum eſſe, tum in exigendo non acerbum. Antequàm.2.Fidei conducit,in loco debitum retribuere.

¶ *Decet,par eſt.*2.de Nat.79. Hæc non conuenit penes deos eſſe negare.pro Qu.85.Multa antè fieri conuenit, quàm, &c.pro S. R.154.Vos his malis mederi conuenit.1.C.4.Quo ex S.C.confeſtim interfectum te eſſe,Catilina,conuenit.pro Q.48. Illicóne ad prætorem ire conuenit?pro Rab.21.Quid tandem C.Rabirium facere conuenit.1.ad Her.14.Tres conuenit habere res, narrationem.ibid.In hac re exerceri cōuenit.2.de Fin.33.Quid igitur conuenit,ita dicere,&c.

¶ *Conſtat,decretum eſt.*2.Con.Rull.41.Inter omnes conuenit ita eſſe.4.Tuſ.61.Inter omnes enim conuenire oportet,commotiones animorum,&c.2.de Fin.4.Vt inter eos qui ambigunt, conueniat,quid ſit id de quo agatur.Ibid.87.Qui ſibi is conueniet, ſi negabit,&c.*id eſt,qui ſibi is conſtabit.*7. A.4. Qui enim conuenit , vt qui ſe populares dicunt, hi populi ſalutem oppugnent? pro Mil.55.Qui conuenit,præſertim id temporis? pro Cornel. 36.Benignè,non grauatè,comiter quidem certè, non communiter conuenit.1.de Inu.11. Nominis controuerſia eſt, cùm de facto conuenit, & quæritur id quod factum eſt, quo nomine appelletur. Ibidem. 12. Generis eſt controuerſia, cùm & quid factum ſit, conuenit, & quo id factum nomine appellari oporteat, conſtat: & tamen, &c. 1. ad Her. 17. Interfectam eſſe ab Oreſte matrem,conuenit mihi cum aduerſariis: iure fecerit & licuerítne facere, id eſt in controuerſia. Orato. 116. Niſi inter eos conuenit,quid ſit illud,&c.5.Att.21. Aſſident,ſubducunt ad vnum,conuenit.

Conventiculum. pro Do.74.Conuenticula & quaſi concilia quædam plebi Romanæ mores eſſe voluerunt. pro Seſt. 91. Tū conuēticula hominum, quę poſteà ciuitates nominauerūt.

Conventus, adiect.2.de Or.13.Cæſar dixit mihi à ſe Scæuolam hinc euntem eſſe conuentum.

Conventum, *generale verbum eſt ( inquit Vlpianus ) ad omnia pertinens, de quibus negotij contrahendi tranſigendíq; cauſa conſentiunt,qui inter ſe agunt.*2.de Or.100.At verò in foro pacta,conuenta,ſtipulationes,&c.Part.130. Pactum,conuentum, ſtipulatio,&c.3.Offi.95.Facere promiſſa, ſtare conuentis, reddere depoſita. 1.23. Dictorum conuentorúmque conſtantia. Ibid. 32. Poteſt enim accidere promiſſum aliquod & conuentum, vt id effici ſit inutile ei qui promiſerit.

Conventus, *conuentum, pactum.* 6. Att. 3. Pontinus enim ex pacto & conuentu ( ea enim lege exierat) iam à me diſceſſerat. 2.ad Her.20. Sunt item pacta,quæ ſine legibus obſeruantur ex conuentu.

☞ Syntaxis. *Pacta,conuenta,ſtipulationes.Ergo pactum & ſtipulatio, non ſunt conuenti ſpecies.*

Conventus, *turba, concio, cœtus, multitudo hominum vnum in locum cōgregata.*3.V.137.Domus erat non meretricio conuentu,ſed prætoria turba referta.6.207.Syracuſani feſtos dies agūt celeberrimo virorum mulierúmque conuentu.1.de Or.116. In magno conuentu.3. V.94.In tanto virorum conuentu.2. C.13. Quæſiui ab eo,an in nocturno conuentu fuiſſet,nécne, &c.pro Deiot.5. Dico extra conuentum,& eam frequentiam qua Oratorum ſtudia niti ſolent.1. Att. 16. Conuentus qui initiò celebrabantur, iam diu fieri deſierunt.4. Fa.1. Fruſtra in Senatum, ſiue potiùs in conuentum Senatorum es ventutus. 2. de Fin.1. Primus Gorgias auſus eſt in conuentu poſcere quæſtionem:id eſt,iubere dicere,&c.7.V.28. Oppida in quibus Prætores conſiſtere,& conuentū agere ſolent.pro Seſt.9.Et tum cōuentus ille Capuæ me vnum patronum adoptauit.

† Adivnct. Celeberrimus virorum mulierúmque, 6.Ver. Digniſſimus repub. honeſtiſſimus maximúſque, 7. Verr.Elegans,de Clar.Firmi,pro Lig. Honeſtus,maximus,5.Verr.Magnus,1.de Orat.& 15. Fam. Meretricius tantus,3.Ver.Nocturnus,2.Cat.

☞ Syntaxis. *Conuentus celebrari,fieri,agi.Conuentus & frequentia.*

Conversio, *circumuectio.* de Vniu.17.Mundus maxima vna conuerſione atque eadem ipſe circum ſe torquetur & vertitur. de Som. 12. Summus ille cœli ſtelliferi curſus,cuius conuerſio eſt concitatior.ibid.Totius mundi incitatiſſima conuerſio.1.de Nat.21.Cōuerſio cœli.2.de Diu.89.Cùm temporum anni tempeſtatúmq; cœli conuerſiones commutationéſque tantæ fiant acceſſu & receſſu ſtellarū.1.de Leg.24. Perpetuis curſibus conuerſionibúſque cœleſtibus extitiſſe materiam,&c.

¶ *Mutatio,viciſſitudo* pro Flac.94.Videtis,in quo motu temporum,quanta in conuerſione rerum ac perturbatione verſemur? Ibid.31.Tempeſtatum moderatio atq; conuerſio.pro Dom.46. Mihi nihil oberat præter cōuerſionem ſtatus & inclinationem communium temporum.2.de Diu.6.Naturales eſſe conuerſiones quaſdam rerum publicarum.

¶ *Periodus,ambitus,& continuatio.*3. de Orat. 188. Oratio conuerſiones habeat abſolutas.

¶ *Item exornatio eſt,per quam non,vt antè,primum repetimus verbum,ſed ad poſtremum continenter reuertimur.*3 de Or.204. Tum in extremum eiuſdem verbi crebra conuerſio.

† Adivnct. Abſoluta, 3.de Orat.Annua , certa, definitáque, conueniens conſtánſque,longa, quotidiana,rotunda,continuæ, 2.de Nat. Cæleſtes, 1. de Leg. Incitatoria,incitatiſſima,de Somn.Scip.Maxima, de Vniue.

☞ Syntaxis. *Conuerſione torqueri,& verti. Conuerſio & concitatio. Conuerſio & commutatio cœli.*

Conversans, *verſans.* de Vniu. 23. Animus ſe ipſe conuerſans,&c.

Conversus. de Som. 17. Huius anni nondum vigeſimam partem ſcito eſſe conuerſam.

¶ *Mutatus.*de Aruſp.24.Ludi penè ad cędem & ad funus ciuitatis conuerſi ſunt pro Flac.69. Quod crimen eſſe voluiſti,id totum vides in laudem eſſe conuerſum.16.Fam.11.In quartanam

conuerſa

conuerſa eſt vis morbi.2.con.Rul.67.Conuerſa ratio anteà,&c. pro Dom.126.Pœna illa in alium inſtituta,in te ipſum eſt conuerſa.6.V.132.Conuerſam iam habent demonſtrationem ſuam. pro Dom.105. Pœna omnis oculorum ad cæcitatem mentis eſt conuerſa.8.At 21.Vide,quàm conuerſa res eſt.

¶ *Directus.* 4.C.1.Video in me omnium veſtrûm ora atque oculos eſſe conuerſos.2. de Orat. 245. Omnis eſt riſus in iudicem conuerſus.

¶ *Traductus.* 1. de Fin. 6. Quæ ſplendidæ dicta ſunt,neque ſunt conuerſa de Græcis.2.de Nat. 104. Carmina conuerſa. de Opt. 18.Orationes à Græco conuerſæ.* Lim.*Tu quoque qui ſolus lecto ſermone Terenti Conuerſum expreſſúmque Latina voce Menandrum, In medio populi ſedatis vocibus effers.*

¶ *Circumductus.* 2.At.21.Orbem Reip.eſſe conuerſum.

† ADVERB.Feſtiuè,2.Attic.Rectè,de Vniuer.Retrò,Arat.

CONVERTENDVS.Orat.20. Alij inſtructi ad permouendos & conuertendos animos.

CONVERTO,*commuto,traduco,refero.* 11.Fa.13. Qui quidem eas copias, quas diu ſimulatione Reipub. comparabant, ſubitò ad patriæ periculum conuerterunt.2.de Orat. 200. Tum omnem orationem traduxi & conuerti in increpandam Cepionis fugam.2.Offic.37.Cúmque aliqua his ampla & honeſta res obiecta eſt,totos ad ſe conuertit & rapit.3.Qu.Fr.5.Vt mones,valdè me totum ad otium pacémque conuerto.1.de Orat.6.Quocunque te animo & cogitatione conuerteris.Ora.138.Vt ſæpe animos in hilaritatem riſúmque conuertat.1.de Nat.77.Quo faciliùs animos imperitorum ad deorum cultum à vitæ prauitate conuerterent.3.Fa.10. Totúmque ad eius viri voluntatem nutúmque conuerterem.pro Syll. 17. Ille conuertit ſe aliquando ad timorem,nunquàm ad ſanitatem.3.Offic.78.Digitorum percuſſione hæreditates omnium ad ſe poſſe conuertere.13.At.21. Conuertere nauem ad puppim.3.de Natu.78. Homines rationem bono conſilio à diis immortalibus datam,in fraudem malitiámque conuertunt.de Am.80. Cauendum eſt, ne in graues inimicitias conuertant ſe amicitiæ. pro Rab. 29. Nolite igitur fortunam conuertere in culpam.3.Offic. 82. Si quis ex homine ſe conuertat in belluam. *Item alibi.* Quas ab itinere Syriæ ad ſuam potentiam dominatúmque conuerterat.pro Cl.150.Conuerte nunc eaſdem vitæ conditiones ad cæteros ordines, non proferrent.2.de Diu.30. In eundem habitum ſe coloremq; conuertunt.pro Dom.22. * In eum ipſum ſe conuertit, quod adiutore,quæ fecerat omnia,ſe feciſſe dicebat. 5. A. 40. M. Lepidus graue bellum ad pacem conuertit.pro S.R.115 Et ex eo T.Roſcius non paulum neſcio quid in rem ſuam conuertit.Ibid.114. Si ex eo negotio tantulum in rem ſuam conuertiſſet. Ibid. 114. Nihil de patris fortunis in rem ſuam conuertit. 1.Offic. 42. In rem ſuam alienam conuertere.pro S.R.112. Si mandatum aut neglecturus,aut ad tuum commodum conuerſurus es.2. de Na. 142.Et aſpectum,quò vellent,facilè conuerterent.* Acad.Rurſus te ad illum conuerte,& quære.

¶ *Voluo,circumago.* 4.Acad.123.Terra,quæ circum axem ſe ſumma celeritate conuertat ac torqueat.

¶ *Interpretor* 3.Tuſ.29.Conuertere Græca in Latinum.de Opt. 14. Conuerti enim ex Atticis duorum eloquentiſſimorum nobiliſſimas orationes inter ſe contrarias,Demoſthenis & Æſchinis: nec conuerti,vt interpres,ſed vt Orator,ſententiis iiſdem, & earum formis tanquàm figuris, verbis ad noſtram conſuetudinem aptis: in quibus non verbum pro verbo neceſſe habui reddere,ſed genus omnium verborum vímque ſeruari.non enim ea me annumerare lectori putaui oportere,ſed tamquàm appendére.2. Offic. 87. Xenophontis liber, qui Oeconomicus inſcribitur,quem nos è Græco in Latinum conuertimus.

¶ *Tribuo.* de Clar.141. Sed hoc vitium huic vni in bonum conuertebat.* *alij* conuertebatur,*legunt.*

† ADVERB. Aliquando ſe ad ſanitatem,pro Syll. Malè, 1. de Fin.Repentè,pro Cæl.

CONVERTOR. de Fat. 14. Nec in falſum è verò præterita poſſunt conuerti.Ibid.20. Non poteſt verum futurum conuerti in falſum.2.ad Her.37. Quæ hoc modo concludentur,ex contrario conuertentur hoc modo,&c. Top.82. An poſſit eloquentia conuerti in infantiam. 3. de Nat. 31. Omnia hæc tum intereunt,tum in naturam aliam cõuertuntur.*Incer.Nemo eſt qui non mori malit,quàm conuerti in aliquam figuram beſtiæ.

¶ *Circunducor.* de Som.10. In infimo orbe Luna radiis ſolis accenſa conuertitur.

¶ *Accedo.* 3.Fam.12.Gratulabor tibi priùs,ita enim rerum ordo poſtulat:deinde ad me conuertar.

☞ Syntaxis. *Aliquid in laudem, ad funus conuerti. Vis morbi in tabem conuerſa.Multùm res conuerſa.Ora & oculi in aliquem conuerſa.Hæc omnia de Græcis conuerſa:id eſt,ex Græco.Cõuertere ſe totum ad pacem. Ad timorem, non ad ſanitatem ſe conuertere. Omnia in fraudem conuertere.Omnia ad ſuum commodum conuertere.Terra ſe conuertit ac torquet. In Latinum Italica conuertere, & ex Italico. Vitium tibi in bonum conuertis. Ergo damna in malum, & beneficia in malum conuertere.*

CONVESTIO, *veſtio,tego,orno.* 3.Q.Fr.1.Topiarium laudaui,ita omnia conueſtiuit hedera.

CONVESTIOR. 1.Tuſc.69.Herbis prata conueſtirier.

CONVESTITVS. pro Dom. 101. Ergo eius domum euerſam duobus locis conueſtitam videtis.

CONVEXVS. in Arat.

*Inde fides leuiter poſita & connexa videtur.*

*CONVICIATOR & CONVICIVM. *vide poſt,* CONVISO.

CONVICTIO, *conuictus.* 16.Fam.21.*Iucundiſſima conuictio. *alij,*Coniunctio,*legunt.*

CONVICTOR, *qui vulgò commenſalis dicitur.* Ibidem. Vtor familiaribus & quotidianis conuictoribus, quos ſecum Cratippus adduxit,hominibus & doctis,& illi probatiſſimis.1.Qu.Fr. 1.Domeſtici conuictores.

† ADIVNCTA. Domeſtici, 1. Qu. Fra. Familiares, & quotidiani, 16. Famil.

CONVICTVS. pro Quin.49.Turpi iudicio cõuictus.pro Dom. 145.Hanc ego deuotionem capitis mei cùm ero in ſedes meas reſtitutus, tum denique conuictam eſſe & commiſſam putabo. Poſtq. ad Quir. 1. Eius deuotionis me eſſe conuictum iudicio deorum,teſtimonio Senatus,confeſſione inimicorum, maximè lætor. pro Syl. 44. In eum locum te deducis, vt antequàm me commutati iudicij coarguas, te ſummæ negligentiæ iudicio tuo conuictum eſſe fatearis. 4. Acad. 34. Simili in errore verſantur, cùm conuicti ac iudicio veritatis coacti perſpicua à perceptis volunt diſtinguere. 4. ad Her. 24. Maiores noſtri ſi quàm vnius peccati mulierem damnabant, ſimplici iudicio multorum maleficiorum conuictam putabant.pro Clu.7. Cauſa, quæ ipſa opinione hominum tacita, propè conuicta, atque damnata eſt.pro Flac.98.M.Aquilium patres noſtri multis auaritiæ criminibus teſtimoniíſque conuictum,quia cum fugitiuis fortiter bellum geſſerat, iudicio liberauerunt. 2. C.13. Homo audaciſſimus conſcientia conuictus reticuit. pro Flac. 41. Qui teſtis poſtquam effudit, quæ voluit omnia, reprehenſus,conuictus,fractúſque diſceſſit.pro Fon.24.Magiſtratibus,quos geſſit, conuictus virorum bonorum teſtimoniis. pro Quin. 49. Aut ignominia affectus, aut turpi iudicio conuictus. 1. de Leg.38. Siue Ariſtonis conuictam & fractam ſectam ſecuti ſunt. *Lege,* CONVINCO.

CONVICTVS, ſubſt.*conuictio.* 13.At.23.3.Offic.21.Nam is tollit conuictum humanum & ſocietatem.5.Fam.14. Vt iſtis te moleſtiis laxas,& ad conuictum noſtrum redeas.

CONVINCO, *arguo,coarguo, redarguo,cogo,euinco.* 1.de Finib.13. Verùm enim inuenire volumus,non tanquàm aduerſarium aliquem conuincere.1.de Nat.92. Vtinam tam facilè vera inuenire poſſem,quàm falſa conuincere.1.Tuſc.11. Quid negotij eſt, hæc poëtarum & pictorum portenta conuincere? *id eſt, falſa oſtendere.* Parad. 5. Cùm eum ne liberum quidem eſſe ratio & veritas ipſa conuincat. 2. A.8. Quo me teſte conuinces, ſi negem?an chirographo?ibid.9. Téque in iſto ipſo conuinco non inhumanitatis ſolùm,ſed etiam amentiæ.Part.116.Conuincere peccata argumentis.2.de N.3. conuincere errores alicuius.pro Syl.71.Huius ſi cauſa non manifeſtiſſimis reb.teneretur,tamen eum mores ipſius & vita conuincerent. 1. de Orat.42. Nihil te de moribus hominum didiciſſe conuincam.3.de Nat.44.Sed vt Stoicos nihil de diis explicare conuinceret. de Am.65. Tamen hæc duo leuitatis & infirmitatis pleroſque conuincunt.

CONVINCOR. 6. V. 104. Omnibus in rebus coarguitur à me, conuincitur à teſtibus,vrgetur confeſſione ſua.5.49.Quod ſiue fateris, ſiue conuinceris, quàm maximis in rebus teneare, non vides? pro S. R. 118. Non ex illo hoc intelligitur, ſed ex hoc illud conuincitur. 2. de Inuen.32. Conuinci in aliquo peccato. pro Qu. 79. Volo inauditum facinus ipſius, qui id commiſit, voce conuinci.de Vn.6. Oratio, quæ neque redargui,neq; conuinci poſſit. Antequàm. 17. Sententiis iudicum conuinci. 5. V. 169. Teſtibus conuinci.7.40.Teſtimoniis conuinci.3.26.Manifeſtis criminibns conuinci.

☞ Syntaxis. *Aliquem,falſa conuincere. In furto aliquem conuincere, & furti.Coargui,conuinci, vrgeri. Conſcientia,iudicio,teſtibus conuictus.Conuictus & ſocietas humana.*

CONVISO, *conſpicio.* in Arat.

*Et loca conuiſit cauda tenus infera piſcis.*

CONVICIATOR, *maledicus.* pro Mur.13. Maledicus,conuiciator.in Sal.1.Si de mea vita huic conuiciatori reſpondero.

† ADIVNC. Maledicus, pro Muræn.

CONVICIVM, *maledictum, probrum, contumelia, crimen, opprobrium,maledictio,maledictum iurgij petulantis.* pro Cæl.30.Adulter,impudicus,ſequeſter,conuicium eſt,non accuſatio.pro Cæl. 6.Maledictio nihil habet propoſiti præter contumeliam:quæ ſi petulantius iactatur,conuicium: ſi facetiùs,vrbanitas nominatur.1.Fam.5. Pompeius cùm pro Milone diceret, clamore conuicióque iactatus.pro Mur.13.Non debes arripere maledictum ex triuio,aut ex ſcurrarum aliquo conuicio.pro Do.3. Reſpondebo

debo hominis furioſi non orationi,ſed conuicio : cuius exercitationes cùm intolerabili petulentia,tum diuturna impunitate muniuit.4.Acad.125.Vrgebor iam omnium veſtrûm conuicio. 3.Offic.83. Qua hunc obiurgatione,aut quo potiùs conuicio à tanto errore coner auertere? 16.Att.8. Et rei conuicium grande fecerunt.I.P.63.Sed os tuum ferreo Senatus conuicio verberari voluiſti.pro Cl.74.L.Quintius conuicium C.Iunio iudici quæſtionis maximum fecit.10.Fa.16. Cùm ei magnum conuicium fieret cuncto à Senatu,quinque Tribuni pl.retulerunt.Ora.160. Aliquando , ídque ſerò,conuicio aurium mihi extorta veritas eſt.pro Arc.12.Vbi aures conuicio defeſſæ conquieſcant.2. Att. 18.Conſectari aliquem conuiciis.2.Qu. Fr.10. Efflagitare aliquid conuicio.pro Qu.62.Suſtinere quotidianum alicuius conuicium.*Frag.epiſt.Vt mirum Senatus conuicium exceperit.

† ADIVNC.Grande,16.Att.Graue,pro Cluent. Iuſtiſſimum honeſtiſſimúmque,10.Fam.Leuia atque inepta,nugatoria,pro S.R. Magnum,12. Fam.Magnum turpéque,4.Att.Maximum,6.Ver.Quotidianum,pro Q. Tacitum,16.Fam.

☞ Syntaxis.*Reſpondere conuicio. Vrgeri conuicio. Facere alicui conuicium,Fieri conuicium.Conuicium ſuſtinere.*

CONVIVA.*ſocius ad epulas,conuictor.* 1. Tuſ. 3. Quanquàm eſt in originibus , ſolitos eſſe in epulis canere conuiuas ad tibiam de clarorum hominum virtutibus.de Cl.75. Carmina in epulis cãtari ſolita à ſingulis conuiuis.16.At. 3. Hunc tu lege conuiuis tuis:ſed ſi me amas,hilaris & bene acceptis.12.4.Non aſſequor, vt ſcribam,quod tui conuiuæ non modò libenter, ſed etiam æquo animo legere poſſint.pro Fl.24.Teſtes accuſatoris, confeſſores,conuiuæ,contubernales.2.de Orat.233.Collectam à conuiua exigere.* pro M.Scau. Venenum hoſpiti aut cõuiuæ cœnanti datum.

† ADIVNCT.Conſiliarij,conſilij alicuius,6. Ver. Hilari & benè accepti,16.Att.Singuli,de Clar.

CONVIVIVM,*accubatio epularis amicorum.* 5.V. 105.Cùm in eis conuiuiis ſymphania caneret , maximíſque poculis miniſtraretur.de Sen. 45. Benè maiores accubationem epularem amicorum , quia vitæ coniunctionem haberet , conuiuium nominârunt:meliùs quàm Græci , qui hoc idem tum compotationem, tum concœnationem vocant.Ibidem 46. Ego propter ſermonis delectationem tempeſtiuis conuiuiis delector. pro Arc. 13. Quantum temporis alij tribuunt tempeſtiuis conuiuiis. I.P.65. Conuiuium publicum non dignitatis cauſa inibit. pro Mur.13. Conuiuium moderatum &honeſtum.ibid.Intempeſtiuum conuiuium.I.P.22.Quod quidem iſtius quaſi aliquod Lapitharum, aut Centaurorum conuiuium ferebatur.de Pet. 34. Conuiuia, quæ facetè abs te & amicis tuis concelebrantur,& paſſim & tributim.pro Qu.93.Ornare conuiuium magnificè ac ſplendidè,6. V.62.Inſtituere & parare conuiuium. Ibid. 44. Ornare & apparare conuiuium.pro Cæl.35.Cõuiuia Baiis acta,comeſſationes. 3.Offi.58,Opiparè paratum erat conuiuium pro Qu.59.Verſari in conuiuiis.1.Tuſc.96. Græci in conuiuiis ſolent nominare, cui poculum tradituri ſunt.Poſtq.in Sen. 14. Conditor inſtructórque conuiuij.5.V.23.In conuiuio ſaltare nudus cæperat. 5. V.28. Qui nondum etiam Aproniani conuiuij crapulam exhalaſſent. Ibid. 160. Vt nullum vnquàm pudicum neque ſobrium conuiuium viderit.

† ADIVNCT. Α'σελγὲς,delicatum,2.Att.Flagitioſa,muliebria,præclarum,7.Ver.Gladiatorium,impura,pudicum,ſobrium, tempeſtiuum , 5. Ver.Gratum,iucundum & gratum,6.Ver.Honeſta, nocturna, pro S. R. Intempeſtiua,9.Att.Maximum,pro Clu.Mirificum,1.Att. Moderatum, turpe,pro Mur.Modica,de Sen.Publicum,in Piſ.Tempeſtiua,pro Arch.

☞ Syntaxis.*Conuiuium celebrare,inſtituere,parare,ornare,apparare, inſtruere.*

CONVIVOR,*conuiuium ago,epulas do.* 5. V. 105. Quotidiè non modò in publico,ſed etiam de publico conuiuari.

CONVOCATIO,*conuentus,congregatio.*Poſtquàm in Sen.38.Nulla ad remp.defendendam populi Romani conuocatio.

CONVOCATVS.10.Fa. 12. Senatus eſt conuocatus, frequénſq; conuenit.de Cl.191.Qui conuocatis auditoribus,legebatis magnum illud volumen,&c.* Acad.Conuocata de hortulis in auxilium quaſi libera turba temulentorum.

† ADVERB.Fusè populus,3.de Leg.

CONVOCO.1.Tuſc. 62. Qui diſſipatos homines congregauit,& ad ſocietatem vitæ cõuocauit.5.5.Tu diſſipatos homines in ſocietatem vitæ conuocaſti.3.Off.58.Tum Cannius piſcatores ad ſe conuocauit.2.Q.Fr.11.pro Cec.2.Conuocare homines,& eos armare.1.de Leg.53. Is Philoſophos in locum vnũ conuocauit.
‡ in Vat.18.Conuocare concilium cõtra legem Heliam.‖.3.cont. Rul.Conuocare in concionem.3.de Leg.Conuocare tribus.

CONVOCOR.6.V.54. Artifices omnes conuocari iubet.5. A.1. Nos autem in Senatum conuocabamur.

† ADVERB.Aliquando,omninò ſeriùs,3.Phil.

CONVOLO,*concurro.*pro Dom. 57. Qui cuncta ex Italia ad me reuocandum conuolauerunt.10.At.17.Vexillo opus eſt,conuo-
‡ labunt.‖pro Seſt.109. Cauſa in qua furiæ cõcitatæ tanquàm ad funus reip.conuolant.pro Rab.Poſth.18.Si lex fertur, conuolaretis ad roſtra.3.Tuſ.50. Muiti autem ſunt qui ſtatim cõuolent.

† ADVERB.Statim,3.Tuſc.

CONVOLVENS, *inuoluens.*1.de Diu.46.Cùm ſe conuoluens ſol elaberetur,vt abiret.

CONVOLVOR,*conuertor.*2.de Nat.113.

*Quem propter nitens pennis conuoluitur ales.*

CONVS,*turbinis inuerſi figura,vel metæ,vel pyramidis.* 2. de N. 47. Conum tibi ais & cylindrum,&pyramidem pulchriorem,quàm ſphæram videri.1.4.Forma coni.*Lege,*CYLINDRVS.

CONISCO,*eſt frontem fronte percutere, arietare, vt arietes faciunt, quod Luc.libro 2.oſtendit:*

*Et ſatiati agni ludunt,blandeq; coniſcant.* Cic. teſte Quintil.lib.8.cap.3. Caput opponis, cum eo coniſcans. *aliàs* , conificans:*ſed corruptè.*

CONVVLSVS,*reuulſus.*de Clar.115.Reſpub. penitùs conuulſa.6. V.94.Conuulſis repagulis,effractíſque valuis.I.P.52. Mihi ipſa Roma propè conuulſa ſedibus ſuis , procedere obuiam viſa eſt. 5.Fa. 13. Quæ cogitatio vi tempeſtatum & concurſu calamitatum erat aliquantùm labefactata,atque conuulſa.

† ADVERB.Penitùs,de Clar.

COOPERTVS,*obrutus,tectus.* 12.A.15.Quos nondum tantis parricidiis contaminatos vix ferebamus , hos nunc omni ſcelere coopertos tolerabiles cenſemus fore.3.V.9.Iſte à tot,tãtis, tam nefariis ſceleribus coopertus.Ibid.119. Lapidibus coopertus eſſet in foro. * pro Qu. Gall. Humus coronis languidulis & ſpinis cooperta piſcium.

☞ Syntaxis.*Coopertus ſceleribus,lapidibus.*

COOPTATIO,*conſtitutio.*de Amic.96. Ea lege cooptatio collegiorum ad populi beneficium transferebatur.3.de Leg.27.Cooptatio cenſoria.

† ADIVNCT. Cenſoria,3.de Leg.

COOPTANDVS,4.V.122. Cùm haberent inter ſe controuerſias de Senatu cooptando.Ibid.120. In Senatoribus cooptandis non modò ſuffragia nulla fuerunt , ſed ne genera quidem ſpectata ſunt , ex quibus in eum ordinem cooptari liceret. * pro C.Cornel.2.Cooptandorum ſacerdotum poteſtas.

COOPTATVS,*lectus,electus,adſcriptus.* de Cl. 1. Et cooptatum me ab eo in collegium augurum recordabar.

COOPTO,*eligo,adſcribo,recipio* pro Cęl.5.Quem abſentem in ampliſſimum collegium cooptarunt.2.de Diui.23. In eo Senatu, quem maiore ex parte ipſe cooptaſſet.13.A.12.In primis paternum auguratus locum, in quo ego eum,vt quòd à patre accepi filio reddam,mea nominatione cooptabo.

COOPTOR.ad Brut.5. Ciceronem noſtrũ in veſtrum collegium
‡ cooptari volo.‖2.cont.Rull. 18. Quod populus per religionem ſacerdotia mandare non poterat, vt minor pars populi vocaretur:ab ea parte qui eſſet factus,is à collegio cooptaretur.

☞ Syntaxis.*Cooptare Senatum & aliquem in Senatum,in Senatu.*

COORIOR.1.V.46.Tũ ſubitò tempeſtates coortę ſunt maximę.

† ADVERB.Subitò,1.Ver.

COPIA,*abundantia,vbertas,facultas vis.*11.A. 14. Cùm hanc & huius generis tantam copiam habeat Antonius , quod ſcelus omittet?pro Pom.27. Vtinam virorum fortium tantam copiam haberetis,vt,&c.1.de Or.163. Similiter nunc petes à Craſſo , vt eam copiam ornamentorum ſuorum, quam , &c. dilatet nobis atque explicet.3.123.Rerum copia,verborum copiam gignit.5. Fa.12.Materies digna facultate & copia tua.Top.67. Mirabilis copia dicendi.pro Quin.8.Quin. Hortenſius,cui ſummam copiam facultatémq; dicendi natura largita eſt.pro Corn.3. Orationis vbertas,varietas,copia.de Cla.44. Vbertas & copia Periclis.2.V.10.Facultas & copia dicendi Or. 102. Temperata oratione ornandi copiam perſequi.1.de Ora.11.Minimam copiam Poëtarum egregiorum extitiſſe.2.de In.1.Nobis omnium expoſitis copiis,quodcunque placeret, eligendi poteſtas fuit. Ibid.5. Ex maiore copia nobis quàm illi fuit exemplorum eligendi poteſtas.de Cl.36.Hæc enim ætas effundit hanc copiam.3. de Or. 131.Facere ciuibus omnibus ſui conſilij copiam.3.V.158.Cuius decuriæ mihi copiam quàm largiſſimè factam oportebat. Poſtquàm ad Quir.18.Frugum vbertas & copia.2.de In.1.Crotoniatæ cùm florerent omnibus copiis,&c.pro Q.R. 44. Vir copiis rei familiaris locuples & pecunioſus.1.Off.153. Omniũ rerum affluentibus copiis ditari.pro Pomp.17.Publicani ſuas rationes & copias in prouinciam contulerunt.pro Cluent.18.Omnis teſtium copia,quæ futura eſt,à matre initiò eſt adornata: à matre nunc omnibus eius opibus & copiis comparatur.4.Fam.12.Ibíque pro ea copia quæ Athenis erat,funus ei ſatis amplũ faciendum curauit.1.de Inu.49.Quid cuique conueniet, ex hac copia digeremus.15.Famil.2.Quæ cùm eſſent à me cura magis, & diligentia , quàm facultate & copia conſtituta , iter mihi faciendum per Lycaoniam putaui.3.de Fin.8.Et quidem Cato, totam hanc copiam Lucullo notam eſſe oportebit.2.Att.6. Itaque libris me delecto , quorum habeo Antij feſtiuam copiam.8. 11. Moderatori reip.beata ciuium vita propoſita eſt , vt opibus fir-

ma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honeſta ſit. 1.Offic.52. Singulorum copiæ paruæ ſunt: eorum autem qui his egeant, infinita eſt multitudo. 1.de Orat.50. Vbertas in dicendo & copia. )(. *Exilitas*. 2.de In.115. Copia agri. )(. *Penuria agri*. de Sen.8. Nec in ſumma inopia leuis eſſe ſenectus poteſt, ne ſapienti quidem, nec in ſumma copia inſipienti non grauis. de Am.52. Circumfluere omnibus copiis, atque in omnium rerum abundantia viuere. Ibid.89. Suppeditare alicui omnium rerum, quas natura deſiderat, abundantiam & copiam. 9.Famil.16. Tu autem quod mihi bonam copiam eiures, nihil eſt. Parad.6. Eſt enim diuitiarum fructus in copia, copiam autem declarat ſatietas rerum atque abundantia. 2.de In.166. Amplitudo eſt potentiæ, aut maieſtatis, aut aliquarum copiarum magna abundantia.* Horten. Vnde ad agendum aut dicendum copia depromi maior grauiſſimorum exemplorum, quaſi incorruptorum teſtimoniorum poteſt? ibib. Ad iuuenilem libidinem copia voluptatum gliſcit illa, vt ignis oleo.

¶ *Singulari & pluratiuo numero, manus, exercitus*. 8.Att.17. Placitum eſt mihi, vt Brunduſium ducerem hanc copiam, quam habeo mecum. Ibid.19. Neque ſolus cum iſta copia tantam multitudinem ſuſtinere poteris, vt frumentatum eas. Ibid.17. Alter in Siciliam cum ea copia, quam Capuæ & circum Capuam comparaſtis, & cum iis militibus, quos Fauſtus legit, proficiſceretur. Ibid.18. Contractis noſtris copiis ſpero nos reipublicæ prodeſſe poſſe. 3.Fam.3. Pergratum mihi feceris, ſi iſtas exiguas copias quas habuiſti, quàm minimùm imminueris. 12.5. Magnáſque Romæ Panſa copias ex delectu Italiæ comparat. * pro M. Font. Equitatus ampliſſimæ copiæ è Gallia.

† ADIVNCT. Accurata orationis, incredibilis, minima, 1.de Ora. Admirabilis, mirabilis dicendi, Top. Aduentitiæ, nimiæ, 2.cont. Rull. Affluentes, paruæ, 1.Offic. Ampliſſimæ patrimonij, pro Flac. Aſſidua aſſectatorum, de pet. Conſul. Bonæ, 9.Fam. Digna gloria imperij, pro Sext. Domeſtica, tanta, vberrima ad laudandum, 2. de Orat. Deſperata, 9. Attic. Equeſtres ac pares, 2.de Finib. Erudita, 1.de Leg. Exiguæ amicòrum, pro Quint. Exilis. )(. Vberrima, 1.de Finib. Extenuatiſſimæ, pares, 12.Famil. Facilis. 5.Tuſc. ibid. Summa, feſtiua librorum, 2.Attic. Firmæ, 16.Attic. Firmiſſimæ, 10.Famil. Non inelegans orationis, de Clar. Innumerabiles, pro Arch. Magnæ, Orat. & 6.Famil. Magnæ, aduentitiæ multarum rerum, maximæ, omnibus rebus ornatæ atque inſtructæ, pro Pomp. Magnæ & bellicoſæ, 7.Famil. Magnæ & firmæ, 10. Phil. Magnæ & ſummæ, 10.Phil. Maior, 4.Acad. & pro Deiot. Maximę, 1.Tuſcul. & 5. Ver. Mirifica, 2.de Diuin. Naualis, 6.Ver. Nimia, pro Cęl. Pedeſtres, 11. Phil. Pręclarę, 2.Catil. Pręſentes, veteres, pro Dom. Tota, 3.de Fini. Veteranę, 1.Famil.

☞ Syntaxis. *Vbertas, varietas, copia. Copiam ſui facere alicui, & ſui conſilij. Vir copijs rei familiaris locuples & pecunioſus. Librorum habere feſtiuam copiam. Copijs omnibus circumfluere.*

COPIOLÆ, 11.Fam.13. Recurre ad copiolas meas: ſic enim eas verè appellare poſſum. ſunt enim extenuatiſſimæ.

† ADIVNC. Extenuatiſſimæ, 11.Fam.

COPIOSE, *vberrimè, largè, largiter, prolixè, abundanter*. 1.de Orat. 48. Oratoris eſt compoſitè, ornatè, copioſè loqui. 2.151. Copioſè & abundanter loqui de aliqua re. 1.Offic.4. Copioſiſſime & grauiſſimè dicere. 3. V.91. Nam Maleolus in prouinciam ſic copioſè profectus erat, vt domi prorſus nihil relinqueret. 1. de Nat.58. Nec ſententiis ſolùm copioſè, ſed verbis etiam ornatè. 2.121. Paſtum animantibus large & copioſè natura comparauit. pro Flac. 42. Subtiliter & copioſè de aliqua re diſſerere.
♣ ‖ 2.Q. Fr.5. Ea ipſa in re Põpeij offenſio nobis obſtitit: Senatorum enim vrna copioſè abſoluit. 13.At.50. Præterea tribus tricliniis accepti οἱ περὶ αὐτὸν valdè copioſè libertis minùs lautis, ſeruíſque nihil defuit. 4. V. 191. Laudantur Oratores veteres, Craſſi illi & Antonij, quòd crimina diluere dilucidè, quòd copioſè reorum cauſas defendere ſolebant. 1.Tuſc.7. Hanc enim perfectam Philoſophiam ſemper iudicaui, quæ de maximis quæſtionibus copioſè poſſet, ornatéque dicere. de Senec. 58. Quàm copioſè ab eo (*Xenophonte*) agricultura laudatur. 1.Offi. 4. Grauiſſimè, & copioſiſſimè dicere.

☞ Syntaxis. *Copioſè & abundanter loqui. Largè & copioſè.*

COPIOSVS, *abundans, vber, diues*. 13.At.44. Legi epiſtolam, multa de meo Catone, quem ſæpiſſimè legendo ſe dicit copioſiorem factum. 2. Offic.16. Dicæarchus peripateticus magnus & copioſus. pro Cec.64. Homo copioſus ad dicendum. 1. de Ora. 214. Multa & varia & copioſa oratio. 1. Multæ copioſæ, variæque rationes. pro R. P.38. Lautum & copioſum patrimonium. pro Arch. 4. Vrbs quondam celebris & copioſa. 1.V.55. Mulier copioſa planè & locuples. 3.65. Ille erat in primis inter ſuos copioſus. pro S. R. 6. Patrimonium tam amplum & copioſum. 2. C.18. Is omnibus rebus ornatus & copioſus eſt.

† ADVERB. Admodùm, 2.Tuſc. Planè, de Diu.

☞ Syntaxis. *Ad dicendum copioſus. Magnus & copioſus. Lautum & copioſum patrimonium.*

COPO, *caupo*. pro Cl.163. *Lege*, CAVPO.

COPVLATIO, *coniunctio*. 2.de Nat.119. Copulatio rerum, coagmentatióque naturæ. 1.de Fin.69. Congreſſus copulationéſque conſuetudinum. Ibid.19. Declinare dixit atomum perpaulùm, ita effici complexiones, & copulationes, & adhæſiones atomorum inter ſe.

COPVLANDO. Ora.154. Libenter etiam copulando verba iungebant: vt Sodes, pro, Si audes.

COPVLANDVS. 3.Fa.4. Ad voluntates noſtras copulandas non mediocre vinculum attulit collegij coniunctio.

COPVLATVS, *coniunctus, compoſitus, congruens*. 1.Offic.56. Nihil eſt amabilius, nec copulatius, quàm morum ſimilitudo bonorum. 2.de Diu.143. Quid naturæ copulatum habuit Alcibiadis, quod ſcribitur, ſomnium. 4.Tuſc.24. Hæc quæ dico, cogitatione quidem inter ſe differunt, re verò copulata ſunt. de Fat.30. Quædam ſunt in rebus ſimplicia, quædam copulata. ibid. Copulata enim res eſt, & confatalis, cõcubiturum cum vxore Laium, & ex ea Oedipum procreaturum. Orat. 115. Verba ſimplicia & copulata. 1. Tuſcul.71. Quoniam nihil ſit animis admixtum, nihil copulatum, nihil concretum, nihil coagmentatum, nihil duplex. 2. P. Equeſter ordo cum Senatu copulatus fuit. 1.de Fin. 50. Virtutem copulatam eſſe docuit cum voluptate, vt ab eo nullo modo nec diuelli, nec diſtrahi poſſit.* Hortens. Ita noſtros animos cum corporibus copulatos, vt viuos cum mortuis eſſe coniunctos.

¶ *Simul*. 6. V.148. Nam cùm clamaret, &c. copulati in ius peruenimus.

COPVLO, *iungo, adiungo*. 4. Acad.140. Copulare hominem cum bellua. 2.de Fin.45. Quæ & diſiuncta coniungat, & cum præſen-
♣ tibus futura copulet. ‖ pro Seſt.133.

COPVLOR. Part.21. Conſtructio verborum tum coniunctionibus copuletur, non diſſolutionibus relaxetur. 1. de Ora.222. An hæc inter ſe iungi copularíque poſſint?

☞ Syntaxis. *Id nihil naturæ copulatum habet: id eſt, non conſentit. Copulata res, & confatalis. Cum bellua quempiam copulare. Copulati incedunt illi. Iungere & copulare.*

* COQVENDVS. Oecon. 1. Quæ ad cibaria coquenda & conficienda pertinent.

COQVO, *mitigo*. 5.Tuſc.98. Tum is qui illa coxerat, minimè mirum: condimenta enim defuerunt. de Sen.1.

*——Curámue leuaſſo,*
*Quæ nunc te coquit, & verſat ſub pectore fixa.* 13.At.50.

Nec id ſolùm, ſed benè cocto & condito ſermone bono.

☞ Syntaxis. *A curis aliquem coqui, ac verſari. Benè coctus ſermo, & conditus.*

COQVVS, vel COCVS, *Lege*, COCVS.

COR, *pars in animante princeps, vitæ fons*. ‖ 3.Tuſcu.63. Ipſe ſuum
♣ cor edens hominum veſtigia vitans. *Poëta*. 1.de Diu.119. Nullum animal, quod ſanguinem habet, ſine corde eſſe poteſt. 2.de Fin.91. Hoc eſt, non modò cor non habere, ſed ne palatum quidem. Ibid.24. Nec enim ſequitur, vt cui cor ſapiat, ei non ſapiat palatus. 1.Tuſ.18. Aliis cor ipſum animus videtur: ex quo excordes, vecordes, & concordes dicuntur. pro Cæl.37. Nunc enim mihi animus ardet, nunc meum cor cumulatur ira. 3.de Orat. 166. Romanus corde ſuo trepidat. pro Qu.93. Mihi vita horrida atq; arida cordi eſt. de Amic.15. Iſq; mihi eò magis cordi eſt, quòd, &c. 5.At.3. Dionyſius nobis cordi eſt. 3.V.112. Ego cui filia maximè cordi eſt. Ora.53. Flumen aliis verborum cordi eſt.

† ADIVNC. Acerbum, 4. Tuſc. Diſſimile cordis, exiguum, exile, victum, 2. de Diuin.

☞ Syntaxis. *Illi cor ſapit. Cor ira cumulari alicui. Trepidare ſuo corde aliquem, & aliquid eſſe cordi.*

CORAM, *ad apud, ante, in conſpectu, ante oculos, ante pedes, in oculis*. 16.At.12. Sed hæc & alia maiora coràm. 5. Fam.21. Sed hæc & multa alia coràm breui tempore licebit. 6.At.1. Sed hæc poſteriùs, & coram fortaſſe commodiùs. 7.15. Vt loquerer tecum abſens, quo mihi cum coràm id non liceret, nihil eſt iucundius. 12.1. Cum coràm ſumus & garrimus quicquid in buccam venit. pro Flac.35. Teſtes coràm producti aliquid dicent, in quo, &c. de Pro. 22. Intueor coràm hæc ornamenta Reipub. ad Octau. Non prætermittam, quin quoniam id coràm facere prohibeor, abſens prohibeor, abſens proſim. 13.Fa.6. Coram P. Cuſpio tecum locutus ſum. I. P.12. Mihi verò ipſi coràm, genero meo, propinquo tuo, quæ dicere auſus es? de Am.3. Vt tãquàm à præſentibus coràm haberi ſermo videretur. 3.cont. Rul.1. Si ea coràm potiùs me præſente dixiſſent. 1.Ac.13. Quod coràm etiã ex ipſo audiebamus. 4.ad Her.10. Chares omnia coràm magiſtrum facientẽ videbat. 5.Fa.12. Sin autẽ differs me in aliud tẽpus, coràm tecũ loquar. 12.14. Præterea mihi promiſerũt coràm, & abſenti mihi ſcripſerũt, ſe, &c. 2.con. Rul.77. Veniat coràm, & mecum diſputet. pro Cl.39. Index ex altera parte coràm tenetur.

☞ Syntax. *Cùm ſumus coràm. Coràm, me præſente dixit (vnà dicta.)*

CORBIS, *caniſtrum, vas è vimine contextum*. pro Seſt. 82. Gracchus meſſoria ſe corbe contexit.

† ADVERB. Meſſoria, pro Seſt.

CORBYTA, tæ. *nauis oneraria*. 16.At.6.

CORCVLVM, *amatoriè paruum cor*. de Cla.79. P. Scipio Naſica, qui eſt Corculum appellatus. 1.Tuſc.18.

CORCYRA, *Phæacum inſula.* 16. Fam. 9.

CORCYRÆVS, 3. At. 2. 16. Fam. 7.

CORDATVS, *prudens, ſapiens.* 1. de Ora. 198. Egregiè cordatus homo Catus Ælius Sextus. & 1. Tuſ. 18. *Ennij.*

CORDAX, *Trochæus.* 1. de Ora. 193. *Lege,* TROCHÆVS.

CORDOLIVM, *cordis dolor.* 15. At. Rides ab cordolio.

CORDVBA, *vrbs.* 6. V. 56. pro Arch. 26.

CORFINIVM, *oppidum.* 8. At. 3.

CORFINIENSIS. 9. 15.

CORIA, Minerua. 3. de Nat. 59.

CORIGIA, *lorum, ſeu cingulus, à corio factum nomen.* 2. de Diu. 84. Quæ ſi ſuſcipiamus, pedes offenſio nobis, & abruptio corigiæ, & ſternutamenta erunt obſeruanda.

CORINTHIVS, *vt, vaſa Corinthia.* pro S. R. 133. 6. V. 97. Galeæ æneę cælatæ opere Corinthio. 2. Tuſc. 32. Si quid de Corinthiis tuis amiſeris. Par. 5. Quos Corinthia opera delectant. 4. Tuſ. 32. Ingenioſi, vt æs Corinthium in æruginem, ſic illi in morbum, & incidunt tardiùs, & recreantur ocyùs.

CORINTHVS. 2. con. Rull. 86. Corinthus erat poſita in anguſtiis atque in faucibus Græciæ. pro Pomp. 11. Corinthus totius ♣ Græciæ lumen. ‖ 3. de Natu. 91. Critolaus euertit Corinthum: Carthaginem Aſdrubal.

† ADIVNCT. Græciæ lumen, 2. Agra.

CORIVM. 2. de Nat. 121. Animantium aliæ coriis tectæ ſunt, aliæ villis veſtitæ, &c. 3. V. 95. Cùm iſte coria, cilicia, ſaccos imperaret. 1. ad Heren. 23. Is obuolutus & obligatus corio deiiciatur in profluentem.

CORNEOLVS, *à Corneus, diminut.* 2. de Nat. 144. Aures duros, & quaſi corneolos habent introitus.

CORNEVS. 1. de N. 102. Corneum procerúmque roſtrum.

CORNICIVS, ad ſuam veterem fabulam rediit. 4. At. 2.

CORNIGER, *vt Corniger taurus.* in Arat.

CORNIX, *auis garrula.* 3. de Nat. 14. Quis cornicis tantum notauit? quis ſortes? 1. de Diu. 14.

*Fuſcaq́ nonnunquàm curſans per littora cornix.* 1. de Diu. 10. Iupiter cornicem à læua, coruum à dextra canere iuſſit. *Lege,* CORVVS. pro Mur. 25. Cornicum oculos configere. pro Flac. 46. Hic cornici oculum, vt dicitur.

† ADIVNCT. Fuſca, 2. de Diuin.

CORNV. 2. de Natu. 121. Animantes alia ſquama videmus obductas, alias eſſe cornibus armatas, alias, &c. pro Syll. 17. Ille arma miſit, cornua, tubas, falces, &c. 2. de Diu. 26. Experiamur itaque, ſi poſſumus cornua commouere diſputationis tuæ. 13. A. 47. Panſa & Hircius, qui quaſi cornua duo tenuerunt Cæſaris, tũ cùm, &c. 9. At. 17. Ab vtroque portus cornu moles iacimus.* 2. Acad. Cur eius *Lunæ* naſcentis aliàs hebetiora, aliàs acutiora videan♣tur cornua? ‖ 10. Fa. 30. Dextrum & ſiniſtrum cornu.

† ADIVNC. Dextrum, firmum, ſiniſtrum, 10. Fa. Hebetiora, 2. Acade.

COROLLARIVM, *appendix, acceſſio, additio, quaſi lucrum.* 5. V. 118. Vt eſſet vnde Apronio ad illos fructus arationum hoc corollarium nummorum adderetur. Ibid. 185. Qui nummulis corrogatis de nepotum bonis, ac de ſcenicorum corollariis decuriam emerunt. 6. 49. Hic quaſi feſtiuum acroama, ne ſine corollario de conuiuio diſcederet, emblemata auellenda curauit.

CORONA, *inſigne regni, inſigne regium, diadema, ſertum.* 7. V. 27. Ipſe autem coronam habebat, vnam in capite, alteram in collo. 5. Tuſc. 62. Aderant vnguenta coronæ, &c. Ibidem. Iam ipſæ defluebant coronæ. 14. Att. 22. Reſcripſit ſe coronam habuiſſe honoris Cæſaris cauſa, poſuiſſe luctus gratia. 5. Fa. 12. Cum cæteris coronas impoſuerunt victoribus. I. P. 6. Is mihi ciuicam coronam deberi à Rep. dixit. pro Plan. 72. At id etiam gregarij milites faciunt inuiti, vt ſe ab aliquo ſeruatos eſſe fateantur, & coronam dent ciuicam. 14. At. 18. Brutus noſter iam vel coronam auream per forum ferre poſſet. I. P. 58. Coronam lauream alicui à Senatu decretam eſſe. 4. ad Her. 60. Corona aurea magis fulgentibus gemmis illuminata. 2. de Leg. 60. Ne ſumptuoſa aſperſione longæ coronæ, nec acerræ prætereantur.

¶ *Circulus audientium.* pro Flac. 68. A iudicibus oratio auertitur, vox in coronam turbámq; effunditur. de Clar. 192. Tamen ſi à corona relictus ſim, non queam dicere. 2. de Fin. 74. Aut ſi coronam times, dic in Senatu. 1. Tuſc. 10. Tibi ipſi pro te erit maxima corona cauſa dicenda. 2. A. 112. Cur armatorum corona ſeptus eſt Senatus? pro Mil. 1. Non enim corona conſeſſus veſter cinctus eſt, vt ſolebat* pro Qu. Gall. Redimitus coronis. ibid. Humus coronis languidulis & ſpinis cooperta piſcium.

† ADIVNCT. Aurea, 4. ad Her. & Attic. 14. Ciuica, pro Plan. & in Piſ. Laurea, multiplex, in Piſo. Longæ, 2. de Leg. Maxima, 1. Tuſc. Publica, 2. de Inu. Subita, 2. de Di.

☞ Syntaxis. *Coronam habere, deponere. Corona cinctus conſeſſus.*

CORONARIVS, *ad coronas pertinens.* I. P. 90. Mitto aurum coronarium, quod lex & decerni & accipi vetat, niſi decreto triumpho. 1. con. Rul. 12. Quod ad quenque peruenerit ex præda, ex manubiis, ex auro coronario. 2. 58. Aurum coronarium dabatur pro Conſulibus vel Imperatoribus ex prouincia decedentibus, ad decorandum triumphum.

CORONATVS, *corona donatus, qui coronam habet in capite.* 2. A. 85. Sedebat in roſtris collega tuus, amictus toga purpurea, in ſella aurea, coronatus, &c. 14. At. 16. Coronatus Quintus noſter parilibus. 2. de Leg. 63. Epulæ, quas inibant propinqui coronati.

CORPORATVS. de Vn. 4. Mundus cernitur & tangitur, & eſt vndique corporatus.

CORPOREVS, *corporatus, concretus.* de Vni. 23. Deus omne quod erat cõcretum & corporeum, ſubſtrauit animo. de Vni. 11. Corporeum & aſpectabile omne neceſſe eſt eſſe, quod natum eſt.

CORPVS. 1. Acad. 24. Corpus & qualitatem nominabant Academici, id quod ex materia & forma conſtat. 2. de Orat. 358. Corpus intelligi ſine loco non poteſt. 1. Tuſc. 52. Corpus quaſi vas eſt aut aliquod animi receptaculum. 2. 20. Sic corpus clade horribili abſumptum extabuit. Ibid. 17. Corpus bene conſtitutum. Cat. 29. Corpus effœtum. 2. Tuſ. 20. Corpus exantlatum: *id eſt, exhauſtum ærumnis cruciatibuſq́ debilitatum.* 1. Offic. 79. Corpus exercendum, & ita afficiendum eſt, vt obedire conſilio, rationíque poſſit in exequendis negotiis, & in labore tolerando. de Senect. 80. Mortale corpus. 3. Tuſc. 15. Corpus motum à ſtatu, *id eſt, à conſtitutione & temperie.* 5. 23. Cotpus omnibus oppreſſum & confectum doloribus. 5. Fam. 12. A principio enim coniurationis vſque ad reditum noſtrum, videtur mihi modicum quoddam corpus confici poſſe, in quo, &c. ad Br. 208. Sed nihil vitioſius, quàm quum vnum corpus debeat eſſe defenſionis, naſci de integrò cauſam, quum ſit ab altero perorata. 1. Tuſc. 21. Nec quicquam ſit, niſi corpus vnum & ſimplex. 1. Acad. 19. Corporis bona alia in toto, alia in partibus, ſecundùm Academicos. 2. de Orat. 342. Corporis bona veram laudem non habent. de Vniu. 14. Corporis omnis coagmentatio vel calore, vel frigore, vel aliqua impulſione vehementi labefactatur & frangitur, & ad morbos, ſenectutémque compellitur. de Senect. 77. Compagibus corporis includi. 1. Acad. 38. Corporis expers. 3. Tuſ. 1. Corporis grauitatem & dolorem animo iudicamus, animi morbum corpore non ſentimus. 11. At. 4. Morbus & corporis imbecillitas. 3. ad Her. 10. Corporis res quæ laudandæ. 4. Tuſ. 30. Vt in malis attingit animi naturam corporis ſimilitudo, ſic & in nobis. Ibidem. Vt corporis temperatio, cum ea congruunt inter ſe, è quibus conſtamus ſanitas: ſic animi dicitur, cùm eius iudicia opinionéſque concordant. 1. de Inu. 2. Corporis vires, pernicioſiſſimæ cupiditatis ſatellites. 9. Famil. Corpori omne tempus datur. 16. 4. Corpori ſeruire. 2. de Natur. 139. Quid dicam de oſſibus, quæ ſubiecta corpori, mirabiles commiſſuras habent, & ad ſtabilitatem aptas, &c. & ad omnem corporis actionem? 7. Famil. 6. Ego hîc cogito commorari, quoad me reficiam: nam & vires & corpus amiſi. 1. Offic. 85. Reipublicæ corpus totum curare, nedum partẽ aliquam tueri, reliquas deſerere Plato præcepit. 5. Tuſcul. 69. Quocirca corpus gaudere tamdiu cenſuit Epicurus, dum præſentem ſentiret voluptatem: animum & præſentem percipere pariter cum corpore, & proſpicere venientem, nec præteritam præterfluere ſinere. 1. de Finib. 55. Corpore nihil niſi præſens, & quod adeſt, ſentire poſſumus. 2. de Inuen. 1. Zeuſis muliebri in corpore pingendo plurimum aliis præſtitit. Ibidem 2. Cùm puerorum igitur formas & corpora magno hîc opere miraretur. Ibidem 3. Neque enim putauit omnia quæ quæreret ad venuſtatem vno in corpore ſe reperire poſſe. 5. Famil. 12. Atque illi artifices corporis ſimulacra ignotis nota faciebant. 7. Attic. 1. Corpore tuo alleuato. 1. de Natur. 26. Corpore externo mens cingitur. 14. Famil. 4. Corpore confectus. 16. 1. Niſi corpore confirmato, nolles nauigare. 6. 7. Corpore toto contremiſco. ad Oct. Si non vnà cum corpore ſenſus omnis vno atque eodem conſumptus eſt igni. pro Marcell. 29. Nec verò hæc vita tua dicenda eſt, quæ corpore & ſpiritu continetur. 2. Attic. 21. Corpore deformatus, fractus animo. 1. Tuſcul. 78. E corpore excedere dicuntur animi. Ibidem 80. E corpore multa exiſtunt quæ acuant mentem, multa quæ obtundant. 2. de Diu. 58. Nec enim ſanguis, nec ſudor, niſi ex corpore eſt. 1. C. 15. Ictum parua quadam declinatione, &, vt aiunt, corpore effugere. 11. Fam. 27. Corpore nondum ſatis firmo quum eſſet. 1. Tuſcul. 82. In corpore dolor, aut omninò ſenſus poſt mortem. Ibidem 46. In corpore nullus ſenſus, &c. Ibidem 104. In corpore perſpicuum eſt, vel extincto animo, vel elapſo, nullum reſidere ſenſum. Ibidem 46. In corpore viæ quaſi quædam ſunt ad oculos, ad aures, ad nares, à ſede animi perforatæ. 3. Attic. 19. Quantum corpore meo occupari poteſt, tantum mihi ex agro tuo aſſignes. 1. de Diuin. 47. Cùm mortali corpore cremato animus in lucem exceſſerit. de Senect. 37. Senex corpore nunquàm animo. 11. Attic. 25. Corpore vix ſuſtineo grauitatem huius loci. 4. Acad. 121. Corpora aſpera, leuia, hamata, vicinata. 1. Tuſcul. 42. Corpora noſtra terreno principiorum genere confecta, ardore animi concaleſcunt. 5. 54. Corpora contenta: *id eſt, quæ omni nixu intenduntur aduerſùs labores.* Ibidem 9. Corpora excitata. 1. 42. Corpora indiuidua leuia, rotunda. de Finib. 17. ἄτομοι ſunt corpora indiuidua propter ſoliditatem. Cat. 36. Corpora exercitationum defatigatio-

ne ingraueſcunt, animi autem ſe exercendo leuantur.2.de Nat. 16. Noſtra nos corpora recaleſcunt motu & exagitatione. 1. Tuſcu.52.Neque nos corpora ſumus. Ibid.47. Corpora terrena concretáque. Ibid.40. Corpora terrena & humida ſuopte nutu & ſuo ponderes ad pares angulos in terram & in mare feruntur. 2. Q.Fr.12. Sed vtros eius habueris libros (duo enim ſunt corpora ) an vtroſque neſcio. 2. de Nat.84. Corporum genera ſunt quatuor, quorum viciſſitudine, mundi continuata natura eſt.1.Tuſc.40.Eam porrò uaturam eſſe quatuor omnia gignentium corporum : *id eſt, elementorum*. 2. de Nat.146. Corporum lenocinia. Ibid.150. Corporum tegumenta, vel texta vel ſuta. 4.Aca.122.Corpora noſtra non nouimus:qui ſint ſitus partium, quam vim pars quæque habeat,ignoramus.7.Attic.22. Corpora noſtra opponimus. 2.de Orat.35. Nihil eſt enim quod vacet corpore.His autem formis atque corporibus ſicut omnibus rebus, quæ ſub aſpectum veniunt,ſede opus eſt. * Hortenſ. Vidit appendicem animi eſſe corpus, nihílq; in eo eſſe magnum. Ibidem. Quorum corpora viua cum mortuis, aduerſa aduerſis accommodata quàm aptiſſimè colligabantur, ita noſtros animos cum corporibus copulatos , vt viuos cum mortuis eſſe coniunctos. 2.de Fin.98. Nihil iam habes quod ad corpus referas. Eſt autem à te ſemper dictum,nec gaudere quemquam niſi propter corpus, nec dolere. Ibidem. Ad corpus pertinentes voluptates. Ibidem.Memoria corpore perceptarum voluptatum.pro Roſc. Amer.33. Quod non totum telum corpore recepiſſet.pro Mur. 51. Dixit duo corpora eſſe Reipublicæ , vnum debile infirmo capite,alterum firmum ſine capite:huic,cùm ita de ſe meritum eſſet,caput ſe viuo non defuturum.de Legib. Sine corpore animo vigente diuina eſt vita.

† ADIVNC. Aduerſum, ardens, clarum, graue,ingens, medium,obliquum,obſcurum,pennatum,plumatum,rutilum,ſemiferum, ſuperum, validum,varium,Arat.Aegrum,ſanctiſſimum,poſtq.ad quir.Aegra,ſanum,3.Tuſc. Alienum, pro Cluent. Aſpera & leuia & hamata,& vncinata,4.Acad. Caducum & infirmum,extremum, humanum,infinita & indiuidua,1.de Nat. Caſtum,immane,2.de Leg. Diuturna, figuratum, indiuidua,leuia, rotunda,terrena concretaque, vas aut receptaculum animi,viua,vnum,1.Tuſcu.Debile & infirmum,pro Mur.Effectum fragile, humana , immortalia, infirma , inſipiens, de Senect. Firmum, 11. Phil. Grauidum,indiuidua, vitioſum,de Diuin. Illuſtre, immortale,indiuiduum,mutabile,ſempiternum,ſquamoſum,ſolida,2.de Na.Imperfectum ac rude,reliquum,1.Fam. Impudiciſſimum,in Saluſt. Impurum & infandum,mortalia,pro Seſt.Incultum & horridum,2.cont. Rul.Indiuidua,1.de Fin.Inuiolatum, pro Rab. Maternum,pro Cluent. Modicum,5.Fam.Mortale,3.de Nat. Muliebre,2.de Inu. Pennigerum & non armigerum,7.Fam.Planum & æquabile,de vniuerſ.Solida,2.de Diuin. Totum,6.Fam.Vacillans,de Clar.

☞ Syntaxis. *Corpus bene conſtitutum, effœtum, exhauſtum, à ſtatu motum, oppreſſum,confectum. Defenſionis vnum corpus. Morbus,& corporis imbecillitas. Vires & corpus amittere.Confirmare corpus : id eſt,vires.Corpore deformatus.*

CORPVSCVLA. 1.de N.66. Iſta flagitia democriti , ſiue etiam antè Leucippi,eſſe corpuſcula quædam læuia,alia aſpera,rotunda alia, partim angulata,curuata quædam, & quaſi adunca : ex his effectum eſſe cœlum atque terras,nulla cogente natura,ſed concurſu quodam fortuito.& 2.94.

† ADIVNC. Læuia,aſpera,rotunda,angulata & curuata, & adunca,1. de Nat.Leuia,Rotunda,1.Tuſc.

CORRECTIO, *temperatio,emendatio*.3.Offic.7. Quem nos correctione quadã adhibita potiſſimum ſecuti ſumus.4.de Fin.21. Hæc videlicet eſt correctio Philoſophiæ veteris,& emendatio. ¶ *Exornatio oratoria*. 4. ad Here.36. Correctio eſt, quæ tollit id quod dictum eſt,pro eo id, quod magis idoneum videtur,reponit,hoc pacto.Quòd ſi iſte ſuos hoſpites rogaſſet,imò innuiſſet modò,hoc facilè perfici poſſet,&c. 3. de Orat.202. Tum correctio,vel antè,vel poſtquàm dixeris.

☞ Syntaxis. *Correctionem adhibere & emendationem.*

CORRECTOR, *cenſor,emendator*. 2.A.43. Iam de ipſo emendatore & correctore noſtro dicam. pro Cor.20. Corrector atque emendator ciuitatis.Orat.190.Sed tamen hic corrector,&c.

CORRECTVS, *emendatus*. 13.At.47. Laudationem Porciæ tibi miſi correctam,vt,&c.1.Acad.13.Certè enim recentiſſima quęquæ ſunt correcta & emendata maximè.

CORREPO, *irrepo*. 10,Att.14. Occultè in aliquam onerationem corrependum.1.de Nat.68.

CORREPTVS. Anteq.17. Ego repentè vi tribunitia correptus, ne conſiſtendi quidem in ciuitate habeo poteſtatem.

CORRIGENDVS. pro Mur. 60. Vt non corrigendus potiùs quàm leuiter flectendus eſſe videare.de Sen.35.Vitia ſenectutis diligentia corrigenda ſunt. * pro C. Cornel.1. De corrigenda lege retulerunt,

CORRIGO, *emendo,compenſo, correctionem adhibeo,aliquem ab errore auerto*.2.At.7. Caſtritianum mendum nos corrigemus.1.de Finib. 17. Vt ea quæ corrigere vult,mihi quidem deprauare videatur.2.Q.Fr.4.Sic ego curſu corrigam tarditatem tum equis, tum velis,15.At.1. Petiuit à me , vt eam orationem ne ambitioſè corrigerem.pro Syll.63. Itaque hac rogatione vitium legis corrigebat.Or.135. Cùm corrigimus noſmetipſos,quaſi reprehendentes. Ibid.176. Iſocrates non modò ſuperiores, ſed etiam ſe ipſe correxit.1. C.22. Tu vt vnquam te corrigas? pro Qu.83. Corrigeres hæc tu ſcilicet poſteà.10.Fam.15. Vel quod exercitus Lepidi partem eam quæ corrupta eſt ab rep.alienata,& corrigere,& coërcere præſentia mei exercitus poſſemus.in Sal.14. At lapſus ætatis tyrocinio,poſteà ſe correxit.16.Att.5. Eas epiſtolas ego oportet perſpiciam,corrigam,tum denique edentur. 2.& 5.Fam.Id ſi correxeris,mihi valdè erit gratum.6.At.2.Hoc continuò correximus. 8. A.32. Et in eodem excutiendo meam ſententiam corrigebat.* 3.Acad.Corrigere errorem pœnitẽdo.

† ADVERB. Ambitioſè,15.Att. Poſteà, pro Q. & in Salluſt. Vnquàm, I. Catil,

CORRIGOR. de Clar.310. Vel quòd à Græcis neque corrigi poſſim,neque doceri.1.Offic.146. Ita facillimè corriguntur illi in diſcendo,quorum vitia imitantur emendandi cauſa magiſtri.

† ADVERB. Facillimè, 1.Offic.

☞ Syntaxis. *Corrector,ac emendator:& contrà. Corrigere & coërcere.Perſpicere aliquid,corrigere,in diſcendo corrigi.*

CORRIPIENDVS, *rapiendus*. 1. V.5. Nam vt apertus in pecuniis corripiendis fuit.

CORRIPIO,*reprehendo,incuſo,accuſo*.8.Fam.2.Quid alios putas? clamoribus ſcilicet maximis iudices corripuerunt , & oſtenderunt planè eſſe,quod fieri non poſſet.

CORRIPIOR, *comprehendor*. 5. V.56. Hominem corripi ac ſuſpendi iuſſit in oleaſtro quodam.

† ADVERB. Acerrimè,5.de Fin.Occultè in onerariam,10.Attic.

CORROBORATVS, *firmatus, confirmatus,cui robur acceſſit*. pro Cæl.41. Ætas corroborata.pro Mil.32. Hominis ſceleratiſſimi corroborata iam vetuſtate audacia.pro Fla.62. Quorum virtus non ſolùm natura corroborata, ſed etiam diſciplina putatur.de Am.76. Omninò amicitiæ corroboratis iam confirmatíſque & ingeniis & ætatibus iudicandæ ſunt. 5. de Fin.58. Honeſta, ad quorum cognitionem & vſum iam corroborati natura ipſa præeunte deducimur.

CORROBORO, *roboro,confirmo,ſancio*.1.C.30.Qui ſpem Catilinæ cum mollibus ſententiis & coniurationem naſcentem non credendo corroborarunt. 4. Acade.31. Mens vſque eò Philoſophiam ipſam corroborat,vt virtutem efficiat.pro Seſt.10. Cùm iam virilis tua vox ſe corroborauit. *aliter*, puerilis.pro Cæl.11. Cùm is iam ſe corroborauiſſet,& vir inter viros eſſet.

† ADVERB. Vſque eò, 4. Acad.

CORROBOROR. 3.de Ora.91.Ingenia obtundi nolui,corroborari imprudentiam. 12.Famil.1.Malum corroboratur quotidiè.

† ADVERB. Quotidiè, 12.Famil.

☞ Syntaxis. *Corroborare & confirmare.Vox ſe corroborat.Corroborari cibo.*

CORRODO, *rodo*. 2. de Diuin.59. Si mures corroſerint aliquid. * Ibidem. Mures ſcuta an cribra corroſerint. Ibidem. Platonis Politiam nuper apud me mures corroſerunt.

† ADVERB. Nuper, 2.de Diuinat.

CORROGATVS. 3.A.20. Quidam corrogati conuenerunt,&c. 5.V.184. Qui nummulis corrogatis, de nepotum bonis decuriam emerunt.

CORROGO, *rogo, peto, precibus quæro*. pro Quint. 25. Næuius ab atriis Liciniis ſuos neceſſarios corrogat,vt ſibi aſſint,&c. ¶ *Congrego*.4.ad Here.10. Cùm ipſe à vicinis cum teſta ambulans , carbunculos corrogaret. Ibid. 64. Sannioni puero negotium dederat,vt vaſa,veſtimenta,pueros corrogaret.

*CORROSVS. 2. de Diu.59. Si Epicuri de voluptate liber corroſus eſſet.

CORRVMPO, *deprauo,tento,in fraudem impello,conſtruo*.pro Plan. 37.Quam quiſque tribum turpi largitione corrumperet.2.Off. 53. Corrumpere aliquem pecunia. 5. V. 158. Apronius ipſum Metellum non precio, vt Verrem, non conuiuio, non muliere, non ſermone incauto atque improbo,poſſet corrumpere.

CORRVMPOR. pro Cec.72. Iudicem pretio corrumpi.2. de N. 20. Concluſa aqua facilè corrumpitur.

CORRVPTVS. ‖ pro Deiot. 32. At ſemel iſte eſt corruptus à ♣ vobis.Part.91. Eſt genus hominum ad honeſtatem natum,malo cultu prauíſque opinionibus corruptum. pro Mur. 27. Et ea Iuriſconſultorum ingeniis pleraq; corrupta & deprauata ſunt. Sal.in Cic.1.Populus Romanus ita largitionibus corruptus eſt, vt ſeſe ac fortunas ſuas venales habeat ad Brut. 4. Animus largitionibus corruptus. 2.Offic.71. Sed corrupti mores deprauatíq; ſunt admiratione diuitiarum.pro S.R.128.Tabulæ publicæ corruptæ ſunt.4.V.104. Tabulæ publicæ corruptæ atque interlinitæ ſunt.10.Fa.15. Eam partẽ.exercitus Lepidi,quę corrupta eſt,corrigere,&c.pro Planc.48 Doce, quod debes,per quem ſequeſtrem , quo diuiſore tribus corrupta ſit. 1. V.70. Corruptis contaminatíſq; iudiciis.2.C.7.Quis corruptor iuuentutis? quis corruptus?&c.pro S.R.39. Adoleſcens corruptus,& ab hominibus nequam inductus. de Clar.261. Vitioſa & corrupta conſuetudo.)(*.Pura & incorrupta conſuetudo*. Par.125.

☞ Synt.

☞ Synt. *Corrumpere & deprauare. Corruptus atque contaminatus.*

CORRVO, *ruo, cado.* 14. At. 9. Tabernæ mihi duæ corruerunt, reliquæ rimas agunt. Top. 15. Ædes exeſæ corruerunt. 1. de Diu. 112. Cùm vrbs tanta corruit. 1. Off. 84. Lacedæmoniorum opes corruerunt. 1. de Diu. 78. Multa oppida corruerunt. 2. C. 21. Qui ſi ſtare non poſſunt, corruant. 2. Qu. Fr. 9. Et penè ille timore, ego riſu corrui. 1. 4. Vno meo fato & tu, & omnes mei corruiſtis. 4. Acad. 98. Antiochi iſta corruant vniuerſa.

CORRVPTE, *malè, prauè, nequiter.* 1. de Fin. 71. Deprauatè & corruptè iudicare de aliqua re.

CORRVPTELA, *quod ad corrumpendum valet, largitio.* 2. Offi. 53. Philippus largitionem corruptelam dixit eſſe. 2. de Leg. 38. Moles hac dulcedine corruptelâque deprauati ſunt. 1. C. 13. Adoleſcentulus, quem tu corruptelarum illecebris irretiſſes. pro Deiot. 31. Si iſta corruptela ſerui, à tanta autoritate fuerit approbata. Partit. 124. Præuaricatio eſt accuſatoris, corruptela ab reo. Parad. 6. Reus corruptelam iudicij molliens. 4. V. 134. Mulierum corruptelæ. 1. de Leg. 33. Tanta eſt corruptela malæ conſuetudinis, vt, &c. 4. Tuſc. 75. Stupra dico, & corruptelas, & adulteria, inceſta denique.

CORRVPTIO. 4. Tuſcul. 29. Morbum appellant, totius corporis corruptionem. Ibidem. Ita fit, vt in altera corruptione opinionum morbus efficiatur, & ægrotatio, &c.

CORRVPTOR, *largitor.* 2. C. 7. Quis corruptor iuuentutis? quis corruptus? &c. pro Rab. poſthumo. 5. Corruptores noſtri cauſam dicunt, nos qui corrupti ſumus, non dicimus. pro Plan. 38. Cuius tu tribus venditorem, & corruptorem, & ſequeſtrem Plancum fuiſſe clamitas.

CORRVPTRIX. 1. Q. Fr. 1. In tam corruptrice prouincia.

CORS, *villæ ſpacium intra maceriam, area.* 2. de Orat. 263. Villam in Tiburte habes, cortem in palatio. *ſunt qui legant* Chors, *ſeu* Cohors.

CORTEX. 2. de N. 120. Trunci obducuntur libro aut cortice, quo ſint à frigoribus & à caloribus tutiores. in Arat.

*Denudat folijs ramos, & cortice truncos.*

CORVSCO, *ſplendeo, emico.* 3. de Orat. 155. Flamma inter nubes coruſcat.

CORVSCVS. in Arato.

*Illa quæ fulgent luces ex ore coruſco.* 2. Tuſc. 21. Iace obſecro in me vim coruſcam fulminis.

CORVVS. 2. de Natu. 125. Miluo eſt quoddam bellum naturale cum coruo. 1. de Diu. 12. Iupiter cornicem à læua, coruum à dextra canere iuſſit. Ibid. 85. Cur à dextra coruus, à ſiniſtra cornix faciat ratum.

CORYBANTES, *Apollinis pater.* 3. de Nat. 57.

CORYCVS, *oppidum.* 12. Fam. 13.

CORYPHÆVS, *dux, princeps.* 1. de Natu. 59. Zeno, quem Philo noſter Coryphæum appellare Epicureorum ſolebat: *id eſt, principem.*

COS, *lapis quo cultri acuuntur.* 1. de D. 32. Tarquinius dixit ſe cogitaſſe cotem nouacula poſſe præcidi. 4. Ac. 135. Academici veteres ipſam iracundiam fortitudinis quaſi cotem eſſe dicebant.

COSSANVS, *à Coſſa opp. Italiæ.* 7. V. 159.

COTES, *aſpera ſaxa.* 4. Tuſcul. 33. E quibus tanquàm è ſcrupuloſis cotibus enauigauit oratio. *In hoc epitheto pondus eſt.*

† ADIVNCTA. Scrupuloſæ, 4. Tuſcul.

COTHVRNVS, *calceamenti genus, ſubere quodammodo ſubleuati: quo vtebantur tragœdi & virgines, vt eminentiores viderentur.* 3. A. 16. Qui cum palla & cothurnis nummos populo de roſtris ſpargere ſolebat. 3. de Fin. 46. *Lege,* CONVENIO.

† ADIVNCT. Maiores, minores, multi, pauci, 3. de Finib.

COVS. Or. 5. Qui Coæ Veneris pulchritudinem imitari non potuerunt. 1. de Diuin. 23. & 6. V. 135. Quid vt Venerem pictam, Coos? *accuſat. plur. eſt.*

CRABRA, *aqua nomen in agro Tuſculano, vnde etiam aqua Tuſculana, pro Cor. Bal. dicitur.* 3. con. Rull. 18. Ego Tuſculanis pro aqua Crabra vectigal pendam, quin à municipio fundum accepi. 16. Fam. 18. De Crabra quid agatur, etſi nunc quidem nimium eſt aquæ, tamen velim ſcire.

CRANON, *oppidum Theſſaliæ.* 2. de Orat. 352. Cùm cœnaret Cranone Simonides.

CRAPVLA, *helluonis vitium.* 2. A. 30. Edormi crapulam, & exhala. 5. V. 28. Qui nondum conuiuij crapulam exhalaſſent.

CRAS, *ſecundum hunc diem, craſtinus dies.* 13. Att. 30. Cras manè putat.

CRASSATOR, vel Graſſator, *latro,* de Fat. 34. Hoc modo amator bene veſtitus cauſa craſſatori fuiſſe diceretur, cur ab eo ſpoliaretur.

CRASSIPES, Dolabella. 9. Atti. 12.

CRASSITVDO, *impura quadam denſitas.* 4. Acad. 116. Extremitas, & quaſi libramentum, in quo nulla craſſitudo ſit. 1. de Di. 93. Propter craſſitudinem aëris de cœlo apud eos, multa fiebant.

CRASSVS, *denſus, plenior, pinguis, concretus.* )( *tenuis.* 2. de Natu. 17. Terra eſt infima, quam craſſiſſimus circumfundit aër. 1. Tuſ. 42. Craſſus & concretus aër. de Fat. 7. Thebis craſſum cœlum, itaque pingues Thebani & valentes: Athenis tenue, ex quo acutiores etiam Attici, &c. pro Fla. 71. Craſſus ager. 9. Fa. 12. Craſſum filium. 4. Ac. 81. Vt ergo illis aqua, ſic nobis aër craſſus offunditur. Ibid. 122. Latent omnia craſſis circumfuſa tenebris.

☞ Syntaxis. *Craſſum cœlum, aër, ager, tenebræ. Craſſum & cõcretum.*

CRASTINVS. 15. At. 8. Sed aliquid craſtinus dies ad cogitandum nobis dare pollicetur. 2. de Orat. 368. Niſi me fortè in craſtinum differre mauis.

CRATER, *poculum.* Lege, DELEGATVS.

CRATERA, *crater, vas ad hauriendum aquam.* 2. de Natur. 114. & in Arat.

*In medioq; ſinu fulgens cratera relucet.* 6. V. 131. Crateræ ex ære pulcherrimæ. 7. Fam. 1. In equo Troiano craterarum tria millia. *alij,* Craterra: *alij,* Creterra, *legunt.*

† ADIVNCT. Pulcherrimæ, 6. Ver.

CREATOR, *procreator, genitor, effector.* pro Corn. 31. Princeps ille creator huius vrbis Romulus. 2. de Diu. 64.

*Nobis hæc portenta deûm dedit ipſe creator.*

CREATIO, 3. de Leg. 10. Creatio magiſtratuum, &c. plebi libera ſunto.

CREBER, & CREBERRIMVS, *frequens, denſus.* 2. de Nat. 138. Venæ crebræ multæque toto corpore intextæ ſunt. 12. Fam. 25. Itaque crebras vel potius quotidianas cõpellationes meas non tulit. 14. A. 14. Scis enim per hos dies creberrimum fuiſſe ſermonem, me, &c. pro Planc. 83. Sed hoc neſcio quomodo frequẽter in me congeſſiſti, ſanéque in eo creber fuiſti, te, &c. 2. de Or. 56. Thucydides creber eſt rerum frequentia.

CREBRITAS, *frequentia.* 13. At. 18. Colloqui videbamur in Tuſculano dum eſſem: tanta erat crebritas literarum. de Cl. 327. Crebritas ſententiarum priſtina. 3. Fa. 1. Intermiſſa noſtra conſuetudine, & gratia, & crebritate, & magnitudine officiorum meorum ſarciam.

† ADIVNCT. Priſtina, de Clar. Tanta literarum, 13. Att.

CREBRO, & CREBRIVS, CREBERRIME, *frequenter.* 6. At. 5. Velim obuias mihi literas de omnib. rebus crebrò mittas. 5. Fa. 6. Tu ad me velim literas crebriùs mittas. 1. de L. 15. Crebrò inſiſtens, interdum acquieſcens. 3. Qu. Fr. 1. Vrbanam expolitionem vrget ille quidem, ſed etiam ipſe crebrò interuiſo. 1. de D. 93. Hetruſci ſtudioſiùs & crebriùs hoſtias immolabant. Ibid. 56. Quæ creberrimè commemorantur à Stoicis. 2. de Fin. 6. Qui crebrò dicat, &c. Ora. 202. Sed in vtroque & frequentiores ſunt, & liberiores poëtæ: nam & transferunt verba crebriùs, &c.

☞ Syntaxis. *In aliquo crebrum eſſe. Conuicijs crebrum eſſe. Officiorum crebritas ac magnitudo.*

CREDIBILIS, *probabilis, veriſimilis.* 2. de Inu. 48. Credibile eſt, quod ſine vllo teſte auditoris opinione firmatur, 4. Acad. 85. Nec admodùm credibili videbatur, nullum eſſe pilum, &c. 2. de Ora. 89. Non eſt credibile, quod intereſſe mihi ſit viſum inter eum, qui, &c. 1. de Inu. 80. Quod pro credibili ſumptum erit, id infirmabitur, ſi erit omninò incredibile. 7. V. 157. Hoc credibile fore non arbitrabar. Orat. 124. Narratio credibilis eſſe debet.

☞ Syntaxis. *Non credibile. Pro credibili ſumptum. Res credibilis.*

CREDIBILITER, *veriſimiliter, probabiliter.* pro Deiot. 17. At quàm non modò non credibiliter, ſed ne ſuſpicioſè quidem. *Hic animum aduertas.*

CREDITOR, *is cui quacunq; de cauſa aliquid debetur.* 5. Att. 21. S. C. modò factum eſt in creditorum cauſa, vt centeſimæ perpetuo fœnore ducerentur. pro Quin. 84. Qui cum omnibus creditoribus ſuis malè agat. Ibid. 73. Cæteri ſponſores & creditores non conuenerunt. 6. A. 11. Quotidiè ſponſores & creditores L. Trebellij conueniunt. Ibid. Fraudare creditores. 1. Att. 1. Vnà agebant cæteri creditores. pro Flac. 20. Nec tabulæ creditoris proferuntur. 5. Att. 21. Familiares habet Brutus tuus quoſdam creditores Salaminiorum.

† ADIVNCT. Cæteri, pro Quint. Familiares, 14. Atti. Vniuerſi, 1. Att.

CREDITVS. 2. Offic. 84. Solutio rerum creditarum. de Prou. 7. Dicere ius de pecuniis creditis. pro Dom 1. Vt omnia veſtræ ſapientiæ, fidei poteſtatíque commiſſa creditáque eſſe videantur. 7. V. 187. Sicilia, quæ mihi defendenda credita eſt. Ibid. 35. Mihi honorem illum non ſolùm datum, ſed etiam creditum ac commiſſum puto.

† ADVERB. Dementer res, 3. in Cat. Temerè, pro Syll.

CREDO, *fidem habeo, adhibeo, tribuo, authoritatem tribuo, authoritatem & fidem adiungo, mihi perſuadeo.* pro S. R. 112. Nemo credit niſi ei quem fidelem putat. Qu. de Pet. 30. Quamobrem ἐπιχάρμειον illud teneto, Neruos atque artus eſſe ſapientiæ, NON, temerè credere. 2. de Diu. 86. Stoici omnia cum ſuperſtitioſa ſollicitudine & miſeria credunt. 3. Fam. 11. His ad te ſcripſi me purgans diligenter, te leuiter accuſans in eo, quòd de me citò credidiſſes. 9. Attic. 11. Rectè non credis de numero militum, ipſo dimidio plus ſcripſit Clodia. de Clar. 100. Audiui equidem iſta de maioribus natu, ſed nunquàm ſum adductus vt



UNIVERSIDAD NACIONAL DE EDUCACION A DISTANCIA BIBLIOTECA
UNED

crederem. 2.de Diu.14. Nemo ſomniis crederet, niſi, &c. 1. de N.72. Quod & non prædicanti tibi tam facilè credam, ſicut mali ædificij domino glorianti ſe architectum non habuiſſe. pro Q.R.45. Si negabit credi oportere, cui ipſe crediderit? eius teſtis ad iudicem fidem, infirmabit, cuius propter fidem & religionem iudicis teſtes comparabat? pro S.R.1. Credo ego vos mirari quid ſit, quòd, &c.13.Att.32. Mihi crede iſtud vt cætera. 9.4. Non ſum (mihi crede) mentis compos. 12.Fa.1. Finem nullum facio (mihi crede) Caſſi de te cogitandi. 1.6. Illuſtrabit (mihi crede) tuam amplitudinem hominum iniuria. 4.ad Her. 49. Nimiùm Quirites animis ſimplicibus, nimiùm creditis vnicuique. *Credere & habere fidem alicui* )( *Abrogare fidem alicui, & infirmare fidem alicuius.* de Clar. 320. Credo, quòd videret ex Conſularibus neminem, &c. pro Cæl.53. Rem tanti ſceleris ſeruis ignotis non eſſe credendam.

¶ *Concredo, committo.* 2.de Leg.40. Credere pecuniam alicui. 5.V.6. Committere conſilia, & credere omnes res alicui. pro Pomp.68. Credere omnia vni: *id eſt, deferre omnia ad vnum.* pro R.P.39. Poſtquàm exegit, quod crediderat. 1.Famil.7. Qui per prouinciam imperij tui pecunias ei credidiſſent. pro Rab.Poſt. 4. Rabirius credidit populis: *id eſt, pecunias mutuas dedit* Ibidem. Is regi Alexandrino grandem pecuniam crediderat. 10.Fam.21. Chirographa omnia, ex quibus credidi, Leucippo dabo proferenda. de Ar.29. Alterum putabo regem, ſi habuerit vnde tibi ſoluat, quod ei per ſyngrapham credidiſti. 13.Att.15. Credere ſe tectis alicuius.

CREDOR. 1. Q.Fr.1. Omnia alicui & credi rectiſſimè, & committi poſſe. pro S.R.62. Non temerè creditur, neque leui coniectura res penditur.

† ADVERB. Citò de aliquo, 3.Famil. Facilè, 1.de Natu. Faciliùs, 12.Famil. Firmiùs. 5.Tuſc. Prorſus, rectiſſimè, 1.ad Q.Frat. Rectè de aliquo, 9. Attic. & in Part. Stultè pecuniam, pro Rab.poſth. Stultiſſimè, 2.de Nat. Temerè, de Pet.Conſ. Valdè, 9.Fam.

☞ Synt. *Committere, credereq́ ſe fidei alicuius. Adducor vt credam. Ex chirographo credere, & per ſyngrapham. Creditur Id creditur.*

CREDVLITAS, *credendi facilitas.* 10.Fam.23. Credulitas error eſt magis quàm culpa, & quidem in optimi cuiuſque mentem facillimè irrepit.

CREDVLVS, *ſimplex, antiquus, qui facilè credit.* 15.Att.16. Verba mihi dari facilè patior in hoc, méque libenter præbeo credulum. 2.de Diu.117. Poſtquàm homines minùs creduli eſſe cœperunt. pro Font.13. Stultus auditor & credulus. de Sene.36. Senex ſtultus, credulus, obliuioſus, diſſolutus. de Am.99. Hęc in fabulis ſtultiſſima perſona eſt, improuidorum & credulorum ſenum.

CREMATVS, *combuſtus.* 14.A.34. Itaque nec inhumati ſunt, nec deſerti, nec diſperſis buſtis humili ſepultura cremati. 1.de Diu. 47. Cùm mortali corpore cremato animus in lucem exceſſerit.

CREMOR, *incendor.* 2. de Leg.57. Sylla primus è patritiis Corneliis igni voluit cremari.

CREO, *procreo, gigno, facio.* 2.de Nat.57. Artis maximè proprium eſt, creare & gignere. 2. de Orat.219. Natura fingit homines, & creat imitatores & narratores facetos. 1.Tuſcu.54. Principium extinctum, nec ipſum renaſcetur, nec à ſe aliud creabit. 5.de Fin. Omnium rerum quás & creat natura, & tuetur, ſummum bonum eſt in corpore. 2.de Orat.123. Creare, alere, confirmare. 2. de Diu.55. Nonnunquàm etiam errorem creat ſimilitudo. 1.V. 62. Creare periculum alicui. * pro C. Cornel. 1. Tribunos per Pontificem creauerunt. 3.de Leg.9. Creare Conſules.

¶ *Paro, necto, obijcio.* Antequàm. 23. Nemini iniuſtè periculum creaui.

CREOR, pro S.R.75. In vrbe luxuries creatur. 9.Att.11. Id aſſequetur, ſi per Pr. Coſſ. creantur: nos autem in libris habemus, non modò Coſſ. à Pr. ſed ne Prætores quidem creari ius eſſe. Ibid. Maius imperium à minore creari ius non eſt. de Ar.40. Ne patribus cædes periculáque creentur. 1.Offic.22. Quæ in terris gignuntur omnia ad vſum hominum creantur.

† ADVERB. De integro Cenſores, 4.Ver. Iniuſtè periculum, Anteq.ir. Ritè Conſules, 3.de Leg.

☞ Syntaxis. *Ars creat & gignit. A ſe aliquid creare. Creare errorem, periculum. Creatur luxuries, imperium.*

CREPIDA, *ſolea, calceamentum contrarium cothurno: Cothurnus ſublatus, crepidæ depreſſæ ſunt.* pro R. P. 27. Scipionis non ſolùm chlamyde, ſed etiam cum crepidis in Capitolio ſtatuam videtis.

CREPIDATVS, *ſoleatus.* in Piſon.92. Is nocte intempeſta crepidatus, veſte ſeruili nauem conſcendit.

CREPIDO, *ora terræ, quæ alluitur aqua, prærupti ſaxi, & viarum extremitas, vel ripa paulò eminentior.* 7.V.96. Piraticus Myoparo ad omnes vrbis crepidines acceſſit. Or.224. Deinde omnia tãquàm crepidine quadam, comprehenſione longiore ſuſtinentur.

CREPITVS, *ſonus colliſione excitatus, aut percuſſione.* 7.V.161. Nulla vox alia inter crepitum dolorémque plagarum audiebatur. 4.Tuſc.19. Terrorem pallor & tremor, & dentium crepitus conſequitur. Top.52. Pedum crepitus, ſtrepitus hominum. 2.ad Her.8. Nũ qui ſtrepitus, clamor, crepitus exauditus ſit. 9.Fa.22. Stoici etiam crepitus aiũt æquè liberos, ac ructus eſſe oportere.

† ADIVNC. Honeſti, liberi, 9.Famil.

☞ Syntaxis. *Crepitus plagarum, dentium, pedum.*

CREPO. *Lege,* PERCREPO.

CREPVNDIA, *quæ pueris dantur, oblectandi cauſa.* de Clar.313. Totum aliquem non næuo aliquo aut crepundiis, ſed corpore omni velle cognoſcere.

CRES, Cretis, *Cretenſis.* pro Mur.74. Cretes, quorum nemo guſtauit vnquàm cubans. 1.de D.34. Epimenides Cres.

CRESCENS. 2. de D.142. Et aduenientes & creſcentes morbos intelligunt.

CRESCO, *augeſco, adaugeſco, accreſco, adoleſco, exoleſco, mano, ſerpo, ingraueſco, propagor, ætate procedo, aſcendo, in altiorem locum peruenio.* 2. de Diuin.33. Oſtris & conchyliis omnibus contingit, vt cum Luna creſcant, paritérque decreſcant. 1.de D.100. Cùm lacus Albanus præter modum creuiſſet. in Sa.3. Plerunq; reſpub. priuatis creſcit inimicitiis. 1.ad Here.28. Iam ſatis huius voluminis magnitudo creuit. pro Pomp.45. Cùm accepta calamitate ex eo prælio hoſtium opes animíque creuiſſent. pro Seſt.69. Ex quo intellectum eſt, mihi abſenti creuiſſe amicos. pro Arch. 13. Ex his ſtudiis hæc quoque creſcit oratio. pro Mur.37. Expectatio muneris, quæ rumore nonnullorum creuerat. pro S.R. 83. Si mihi liberet accuſare, accuſarem alios potiùs, ex quibus poſſem creſcere. de Aruſ.45. Creſcebat in eos odium, à quibus, &c. pro Cl.77. Ex inuidia alterius creſcere. 7.V.172. De multis mihi creſcere licebit: *id eſt, in altiorem locum peruenire.*

† ADVERB. Incredibiliter, de Aruſp. Pariter, 2. de Diuinat. Pariter cum ætate ſtudia.

☞ Syntaxis. *Creſcere numero, dignitate, materia. Creſcere ex inuidia.*

CRETA, *inſula.* 5.A.13. Eſt enim nobis Creta notior, quàm Roma Cydæ. pro Plan.17. Is fuit in Creta.

¶ *Terra alba, & tenax.* pro Flac.37. Hæc quæ eſt à nobis prolata laudatio, obſignata erat creta illa Aſiatica, qua vtuntur omnes in publicis & priuatis literis.

CRETATVS, *creta ſparſus.* 2.Att.3. Etenim mihi eius caligæ, vt faſciæ cretatæ, non placebant.

CRETENSIS, *Cres.* 3.de Nat.53. Tertius Iupiter Cretenſis Saturni filius. 5.A.14. Cretenſis iudex. Ibid.13. Cydam Cretenſem portentum inſulæ. Ibid.14. Dura natio, ſcilicet Cretenſium.

*CRETERRA, *Nonius ait idem ſonare quod Situlam.* 2. de Nat. 114. In medióque ſinu fulgens creterra relucet. *Hanc veriorem lectionem quàm Cratera ait Had. Iunius in Nomenclatore.*

CRETICVS. *Qu. Metelli cognomen, quòd Cretam vicerit.* 1.At.16.

¶ *Pes in verſu, qui ex longa & breui & longa.* Orat.218. & 3. de Orat. 181.

CRETIO, *hæreditatis aditio.* 13.At.44. Ex eo cognoui cretionem Cluuij, ô Veſtorium negligentem, liberam cretionem, teſtibus præſentibus ſexaginta duobus. 11. 12. Puto enim cretionem ſimplicem fuiſſe.

† ADIVNCT. Libera, 13.At. Simplex, 11.Attic.

CRETVLA, *diminutiuum à Creta.* 6.V.58. Signum in cretula.

CREVI, *à verbo cerno decerno.* 3. de Leg.6. Quodcunque Senatus creuerit, agunto. 2.21. Quibus diuis creuerint procuranto.

CRIBRVM, *vas piſtorum, ad grana, farinámve purgandam.* 2.de Diu.59. Quaſi verò quicquam intereſt, mures, ſcuta an cribra corroſerint.

CRIMEN, *criminatio, infamia.* 9.Att.6. Ἀχαριστίας crimen ſubire non audeo. Ibid.3. Ingrati animi crimen horreo. 7. V.105. Inferre crimen proditionis alicui. pro Cor.56. Tum luxuria illius, quæ non crimine aliquo libidinis, ſed communi maledicto notabatur. Ibid.2. Laudem imperatoriam criminibus auaritiæ obteri. pro R.P.27. Poſthumo crimen veſtitus afferret? pro Syll. 68. P. Syllæ perſona non ſuſcipit crimen tantorum facinorum, ac tam atrocium. pro R.P.36. Hoc decem millium crimen. pro Cæl. 51. Duo ſunt crimina vna in muliere ſummorum facinorum, auri, &c. veneni, &c. Ibid.65. Maximi facinoris crimen. Ibid. 56. Fingere crimen maximi ſceleris. pro S. R. 72. Tanti maleficij crimen. Ibid.113. In crimen mandati iudiciúmque infamiæ reuocari. pro Syl.13. Crimen cõiurationis. 2.de Or.104. Siue ex crimine cauſa conſtet vt facinoris: ſiue ex controuerſia, vt hæreditatis: ſiue ex deliberatione, vt belli; ſiue ex perſona, vt laudis: ſiue ex diſputatione, vt de ratione viuendi. Ibidem. At noſtræ ferè cauſæ, quæ quidem ſunt criminium, &c.4. V. 192. Auaritiæ ne crimina frugalitatis laudibus deprecetur. pro L. Varen. Ea cædes ſi potiſſimum crimini datur, detur ei, cuia interfuit. con. C.Anton. Vt non eſſet locus tam ſanctus, quo non aduentus tuus crimen afferret.

¶ *Facinus, peccatum, fraus, noxa, culpa, delictum, maleficium.* 2.de Orat.199. Non continuò ſi quis populi motus factus eſt, id C. Norbano in nefario crimine & fraude capitali eſſe ponendum. 7.V.44. Iſtam accuſator in magnis criminibus abiiciendam putabat. Ibid.72. Scio mihi crimini datum iri, pecuniam accepiſſe. pro S.R.48. Vita ruſtica, quam tu probo & crimini putas eſſe oportere. 7. Famil. 3. Sunt enim qui criminis loco putant eſſe,

UNED

eſſe,quòd viuam.pro Dom.95. Id quod mihi crimini dabatur,
crimen non erat. 4. ad Her. 48. Non apertiſſimæ res erant cri-
mini datæ, non omnes hæ teſtibus comprobatæ. de Clar. 276.
Cum accuſatione ſua Q. Gallio crimini dediſſet, ſibi eum ve-
nenum parauiſſe.pro quint.8.Falſum crimen, quaſi venenatum
aliquod telum iacere.2.de Orat.330. Quæ ſuſpicionem & cri-
men afferūt.pro Flac.33.Qui probari poteſt in ea pecunia non
referēda crimen ſibi ipſum facere? in qua crimen eſſet nullum,
ſi referret.11.A.21.Aut ſupicioni crimen,aut inuidię materiam
dediſſe videbimur.4.ad Her.47.Inferre crimina.)(.*Diluere cri-
mina.*de Am.66. Ne criminibus aut inferendis delectetur ami-
cus,aut credat oblatis. pro Mil. 97. Miloni facinoris ſuſpicio,
non facti crimen obſtat. 6. V. 100. Darétque operam, vt is eo
crimine damnaretur, ne ipſe eſſet in crimine:in crimen voco,
vel reuoco.*Lege*,V o c o.7.V.45.Te hoc crimine non arguo:ſed
ne illa quidem communi vituperatione reprehendo. pro Clu.
39.Oppianici cauſa crimen hoc Aſinianum cum teſtibus mul-
tis,tum verò indicio Aiulij probabatur pro M. Scau. Proditio-
nis eſt in crimen vocatus.pro S. R.42. Commentitium crimen
confirmare. pro Qu. Ligar. Nouum crimen & ante hunc diem
inauditum ad te Qu. Tubero detulit: ídque C.Panſa auſus eſt
confiteri. Ibidem. Cùm tu id neque per te ſcires, neque audire
aliunde potuiſſes.Ibid.Sed quoniam diligentia inimici inueſti-
gatum eſt,quod latebat: confitendum eſt. 5.V.205.Falſum eſſe
crimen. Ibidem. Vtrùm crimini defenſio, an comitatus exilio
quæritur?Ibidem.206. Cur in hoc vno crimine iſto genere de-
fenſionis vteris? Sunt quædam omninò in te ſingularia,quæ in
nullum alium hominem dici, neque conuenire poſſunt: quæ-
dam tibi cum multis communia. Ergo vt omittam eiuſmodi
cætera,quæ forſitan alij quoque etiam fecerint:illud,in quo te
grauiſſimè accuſaui defendes?

† Adivnct. Atrociſſimum, pro Deiot. Certum, commentitium, fictum', incredibile, perſpicuum, pro S.R. Certa, certiſſima, grauiſſima, maiora. nouum, pauca, tantum ac tam manifeſtum, verum,pro Cluent. Certa propriaque, leuius, manifeſta,nefaria,notiora,tanta ac tam manifeſta, 3. Verr. Commune, ingens, multa,pro Flac.Decumanum, domeſticum ac vernaculum, falſum, graue & vehemens, maximum,paruum,5. Verr. Diſſolutum, fœdiſſima, pro Syll. Falſa,1. Offic. Graue, permulta, tantum, de Diuin. Grauiſſimum,maxima,2.Philip. Inane, maxima plurimáque, reliqua,4. Verr.Inaudita,integrum,inuidioſum, leuia, magna, nauale, obſoleta, quotidiana, totum, 7. Verr. Infinita, in Piſon. Iniquum, ſuſpicioſum. de Part. Inuidioſiſſimum & maximum, magnum,genere ipſo maius, probroſum, vinarium, pro Font. Nefarium,2.de Nat.Nouum & ante hunc diem inauditum, pro Q. Lig. Obſcurum, 6. Verr. Proprium quæſtionis, pro Cæl. Tribunarium,5.Offic.Tot,tantáque,4.Phil.

☞ Syntaxis. *Crimen ſubire,inferre,ſuſcipere,fingere.Reuocari in crimen. Ex crimine cauſa conſtans. Ponere alicui in crimine nefario. Abijcere in magnis criminibus culpam.Dari,eſſe crimini,& loco criminis. Alicui facere crimen.Crimen inferre, diluere. In crimine dãnari.In crimen vocari.*

Criminatio, *crimen, accuſatio.* pro Qu. R. 37. Criminatio tua quæ eſt? Roſcium cum Flauio pro ſocietate decidiſſe. 1.de Inu.104. Cùm omnia quæ in negotio gerendo acta ſunt, cum vniuſcuiuſque indignatione & criminatione colligimus. 2. de Orat. 321. Quæ valeant contra falſam criminationem. 3.con. Rul. 3. Criminatio qua in me abſentem viſus eſt. pro Seſt. 77. Nihil adhuc criminationis eſt in Seſtium. de Amic. 67. Ab aliquo oblatas criminationes depellere.

† Adivnct. Acerrima accuſatorum, ſubita,2.de Inu.Falſa,2.de Or. Inaudita,pro Q.Tota,pro Roſc.

☞ Syntaxis. *Vti in aliquem criminatione. Id criminationis eſt in te. Criminationes offerre.*

Criminor, *criminationem vel crimen infero, vel offero, culpæ, vitio,crimini do,criminatione vtor,criminis loco pono,in crimen voco vel reuoco,accuſo.*pro S.R.44.Quod beneuolentia fit, id odio factum criminaris.pro Mil.12.Conciones illæ quibus inuidioſè potentiam meam criminabatur.3. Offic. 79.C. Marius.Qu. Metellum apud populum Romanum criminatus eſt,illum bellum ducere.pro Cæl.51.Venenũ quod eiuſdem Clodiæ necãdę cauſa paraſſe Cælium criminantur. pro Syll. 43. Ne cui liceret illud iudicium temerè creditum criminari.pro Planc.38. Libet enim mihi neſcio quid etiam de illa tribu criminari. Ibid. 78. Quòd tu me eſſe ingratum criminaris.2.A.3.De amicitia quam iſte à me violatã eſſe criminatus eſt,pauca dicam.6. V.59.Iam enim nõ libet omnia criminari.de Opt.15. Criminari criménue diſſoluere argumentando. 2. ad Her. 9. Cùm accuſatorem calumniari criminabatur.Ibid.48.Secundus locus eſt,cùm conſideramus,illæ res de quib.criminamur,ad quos pertineant.

† Adver. Inuidioſè potentiam,pro Mil.

☞ Synt. *Criminari inuidioſè.Criminor te,& criminor feciſſe te.Hoc de te criminor.Hæc omnia ego criminor.De hac re criminor illum.*

Criminose, & Criminosivs, *ſuſpicioſè, accuſatoriè, acerbè.*pro Deiot.21.Sed tamẽ acta res criminoſè eſt.pro S.R.55. Criminoſè & ſuſpicioſè dicere aliquid. de Cl. 131. Qui ſuſpicioſius aut criminoſius dicere, audiui neminem.

Criminosior. 4.ad Her.52.*Lege*, Freqventatio.

Criminosvs, *ſuſpicioſus,quod criminis ſuſpicionem mouet,& affert.*|| 4. V.162. Quid ille putabat hoc Verri criminoſum fore. pro Cl.94.Acerbus criminoſus.pro Lig.5.Quod ſi eſt criminoſum,neceſſitatis crimen eſt,nõ voluntatis.de Cla.221.Et Orator incitãs animos,acer,acerbus,criminoſus.pro Plan.46. Officioſam amicitiam nomine inquinas criminoſo. Ibid. 4. Non enim timeo,ne id mihi criminoſum ſit.pro Syll. 36. Mihi non videtur in hunc id criminoſum eſſe debere.

☞ Syntaxis. *Suſpicioſè & criminoſè dicere.Id criminoſum ſi eſt,voluntatis tamen non eſt.Criminoſum nomen.Id in illũ eſt criminoſum.*

Crines, *capilli.* 5. V.76.& Or.153.

Crinitvs, *qui crines habet.* 6. V. 124. Gorgonis os pulcherrimum, crinitum anguibus.4. Ac.89. Crinitus Apollo.Poëtæ.2. de N.14.Stellæ quas Gręci cometas,noſtri crinitas vocãt.*aliàs, & emendatè* cincinnatas.

Crinomenon, *illud in quo quaſi certamen eſt controuerſiæ,quod Græcè κρινόμενον dicitur.*Or.126.Vt omni erroreſublato,rẽ planè, quæ venit in cõtrouerſiã,videre poſſimus.*Lege*,Ivdicatio.

Crispvs, *intortus.*3.Tuſc.44.Abiete criſpa.*Poëta.*

Crispisvlcans. Top.61. Criſpiſulcans igneum fulmen.

Criticvs, *poëmatum iudex quo nomine Ariſtarchus & Ariſtophanes grammatici appellati fuerunt.*9 Fam.10.Ego inter Niciam noſtrum,& Vidium iudex ſum.profert alter (vt opinor) duob. verſiculis expenſum, Niciæ, alter Ariſtarchus hos ὀβελίζει.ego tãquàm criticus antiquus iudicaturus ſum, vtrùm ſint.τοῦ ποιητοῦ, an παρεμβεβλημένοι.

Crocodilvs, *lacerta eſt Ægypti immenſæ magnitudinis.* 2. de Nat.124.|| Crocodili, fluuiatileſque teſtudines, &c. ortæ extra aquam,ſimul ac primùm niti poſſunt, aquam perſequuntur.vide Ibidem. 129. 1. de Nat. 83. Crocodilum, felem, & ibim non violari ab Ægypto.

Crocota, *veſtis muliebris crocea.*de Ar.44.

Crocvs, vel *Crocum.*3. de Orat. 97. Vnguentum magis laudatur,quod terram,quàm quod crocum olet.*Incer.Meliora vnguenta ſunt quæ terram,quàm quæ crocum ſapiunt.

Crodimvs, *locus.*pro Font.9.

Crommyacris, *Cypri promontorium.* 12. Fam.13. Valle, &c. Cypro à Crommyacride.

Κρόνος, *Lege*, Satvrnvs.

Crotalvm, *inſtrumenti genus, quod manu pulſatur laminis quibuſdam ex ære rotundis,ſonũ ex colliſione reddentibus,non admodùm cymbalo diſſimilè.* I.P.20.Neque collegæ tui cymbala & crotala figi.*aliàs*,Crotalia.

Croto, *vrbs Italiæ.*9. Attic.21.

Crotoniatæ. 2.de In.1.1.de Nat. 27.

Crvciamentvm, *cruciatus.*11. A.8.Nec grauiora verè ſunt tormẽta carnificum,quàm interdum cruciamenta morborum.

† Adivnct. Grauia,11.Phil.

Crvciatvs, *cruciamentem, tormentum, pœna,ſupplicium.*3.de Nat.81.Summo cruciatu ſupplicióque Varius homo importuniſſimus periit.2.Offic.25. Dionyſius maximo cruciatu mortis angi ſolitus eſt,qui,&c.2.de D.23.Magno animi cruciatu vitam agere.4. Catil.10. Vt omnes animi cruciatus & corporis etiam egeſtas & mendicitas conſequatur. pro S. R. 119. Is vel ſeſe in cruciatum dari cupit,dum,&c.3. V.9.Qui ciues Rom.cruciatu & morte affecerit. 11.Att.11. Confectus iam cruciatu ſummorum dolorum.2.de Fin.94.Cui venę,&c.tetros cruciatus cient. 2.Tuſc.19.*Poëta.*

† Adivnct. Acerbiſſimum, 7.Ver. Magnus,2. de Diuin.Malus, 13 Phil.Maximus,pro Syll. & 2. Offic.Miſeri,1.de Leg.Mœſtus,13.Philip. Summus,5.Tuſc.Tetri,2.de Fin.

Crvciatvs. Anteq.19.Illi ſcelerum ſuorum conſcientia cruciati populo Ro. pœnas dabunt. 11. A. 9. Cruciatus eſt à Dolabella Trebonius,&c.

Crvcio, *cruciatu afficio,conficio,afflicto, torqueo,premo, examino, angoribus conficio,ſupplicijs macto,maiore malo macto.* 8. Attic. 23. Officij mei deliberatio me cruciat,cruciauítque adhuc.

Crvcior. de Aruſp. 39. Dolere corporis cruciari & conſumi. Para.2.Tuæ te ærumnæ premunt,tuæ libidines te torquent, tu dies noctéſq; cruciaris.2.de Fin.14.Quorũ alter lætitia geſtiat, alter dolore crucietur.Ibid.65.Cruciari vigiliis & fame.

† Adverb. Diu, impunè,7.Ver.

☞ Syntaxis. *Cruciatu ſummo & ſupplicio perire.In cruciatum dari.Dolorum cruciatus.Cruciatus ab aliquo.Cruciari,& conſumi.*

Crvdelis, *durus,inhumanus,ferreus,ferus,teter,immanis,importunus,omnis humanitatis expers,natura aſper,ſingulari immanitate & crudelitate præditus,prædo barbarus atque immanis,inexorabilis, omni duritate atq; immanitate teterrimus, immemor humanitatis, immanſuetus, qui maxima aſperitate & immanitate naturæ eſt.* )(. *Clemens, miſericors.*ad Brut.12.Lepidus crudelis in liberos.2.de Orat. 198. Quiſpiam in alicuius calamitate crudelis. 9. Att.4. Bellum crudele & exitioſum ſuſcipi à Pompeio intelligebam. 2.adHer.29.Animus ferus,crudelis & inhumanus.pro Deiot. 2.

Crudelis Caſtor eſt,ne dicam ſceleratum & impium.

☞ Syntaxis. *Ferus,crudelis,inhumanus.*

**CRVDELITAS**, *ſæuitia,immanitas,inhumanitas,feritas, acerbitas, atrocitas,importunitas,acerbitas morum immanitaſq; natura.*)(*Clementia*.3.Offi.46.Eſt enim hominum naturæ,quam ſequi debemus,maximè inimica crudelitas.1.Qu.Fr. 3. Inimicorum crudelitas nondum eſt noſtra calamitate ſatiata.1.de Orat. 225. Ij quorũ crudelitas noſtro ſanguine non poteſt expleri.11. A.8.Is ſuam inſatiabilem crudelitatem exercuit, non ſolùm in viuo, ſed etiam in mortuo.pro Seſt.135.Non eſt ea medicina,ſed carnificina atque crudelitas.pro Dom.59. Vxorem meam vexauiſtis,rapuiſtis,omni crudelitate lacerauiſtis.4.ad Her.68. At iſte ſpumans ex ore ſcelus,anhelans ex infimo pectore crudelitatem,contorquet brachium.pro Dom. 60. Crudelitas, quam in me atque in meos adhibuiſtis.9.At.19.Nihil abeſt à me longiùs crudelitate.pro Flac.24.Homo crudelitate barbarus. 7. V. 143. Libido crudelitatis exercendæ.con.C.Ant. Cui ſpectaculũ eiuſmodi tua crudelitas præbuit.Hortenſ. Qui crudelitate excogitata necabantur.

† ADIVNCT.Arrogans,5.Fam.Domeſtica, pro Q.R. Grauior atque crudelior,3.Verr.Immanis,7.Phil.Immanis & fera, 14. Phi.Importuna in aliquem,de Prou.Inaudita,regia,pro Rab.Incredibilis, 4.Phil. Inimica,3.Offic.Inſatiabilis,teterrima,11.Phil. Multò melior, ſumma,4. Catil.Nefaria,7.Verr.Singularis,5.Verr.Tanta,in Vat.

☞ Syntaxis. *Crudelitas inſatiabilis.Carnificina & crudelitas. Lacerare omni crudelitate. Ex infimo pectore crudelitatem anhelare. Homo crudelitate barbarus. In aliquem adhibere crudelitatem.*

**CRVDELITER**, *durè,acerbè.*)(.*Diſſolutè*.4. C.10. Qui de exitio vrbis tam acerbè támque crudeliter cogitarit.1.Offi. 82. Illud conſiderandum eſt, ne quid temerè, ne quid crudeliter fiat. ad Brut.4.Crudeliter eripere aliquid cuipiam.1.C. 30. Crudeliter animaduertere in aliquem.pro Syll.75.Crudeliſſimè perire.

☞ Syntaxis. *Crudeliter cogitare,facere,mori. Hinc vis duplex crudelitatis,per peſtem & in alium allata.*

**CRVDITAS**, *ſtomachi affectio, cùm malè concoxit, vel eſt ſtomachi redundantia ex ægra concoctione*.de Fat.34.Cruditas morbi, cauſa eſt,de Sen.44.& 2.de Fin.23.15.Fa.17.Decius,Sulla mortuus crudelitate.9.18.Cruditate ſatius eſt hìc quàm iſtic fame.

**CRVDVS**, *immaturus*.de Sen.71.Poma ex arboribus ſi cruda ſunt, vi auelluntur:ſi matura & cocta,decidunt.

¶ *Cruditate affectus*.2.de Fini.23.Aſoti,qui in menſam vomant, crudíque poſtridiè ſe rurſus ingurgitent.pro Cl.168.Dico illum cùm ad illud prandium crudior veniſſet, & ſibi tum non peperciſſet,ægrotaſſe,&c.1.de Orat.124.Noluit,inquiunt,hodie agere Roſcius,aut crudior fuit.Ibidem 125. Nemo videtur, quia crudus fuerit,ſtultus fuiſſe.

**CRVENTO, CRVENTOR**,ris.*ſanguine imbuo*.Poſtq. in Sen. 5. Ne propter me ciuium vulneribus reſp. cruentaretur. pro Seſt. 80.Tribunus plebis templum cruentauit.de Ar.35. Secures ſuas cruentari ſcelere voluit.* con. C. Anto. Cæde nefaria cruentauit ſe.2.A.86.Cruenta oratio.

† ADVERB.Impiè,1.de Diu.

**CRVENTVS**. 4. A. 4. Antonius cruentus ſanguine ciuium Romanorum.2.de Or.170.Et tu cum gladio cruento,comprehenſus es.pro Milo.34.Tu P.Clodij cruentũ cadauer eieciſti domo.

☞ Syntaxis. *Cruentus,abſolutè.&,Sanguine cruentus.*

**CRVOR**, *ſanguis è vulnere* Anteq.9.Liberos veſtros ad cædem & cruorem non ſum paſſus extrahi pro S.R.19. Cruorem inimici quàm recentiſſimum oſtendere.

† ADIVNCT.Ciuilis, in Piſo. Iucundus,4.Phil. Quàm recentiſſimus inimici,pro Sex.Roſc.

**CRVS**, *tota illa pars,quæ à coxendicis ceruice incipit,& ad extremos pedis digitos,pertingit* pro S.R.56. Quòd ſi luce quoque canes latrent,cùm deos ſalutatum aliqui venerint,opinor iis crura ſuffringantur.11.A.14.Qui præſtantiſſimos ciues Pollentia expulit,& quidem fracto crure. 13.27. Perire eum non poſſe,niſi ei crura fracta eſſent.1.de Na.102.Ibes ſunt aues excelſæ,cruribus rigidis,corneo proceróque roſtro.

**CRVSTA**, 6. V. 52. Vaſis cruſtæ aut emblemata detrahebantur.

**CRVSTVMINVS** ager, *à Cruſtumio op.& flu*.pro Fla. 71. Cruſtumina tribus.pro Pl.38.& pro Cor.57.

**CRVX**, *patibulum*.3.V.7.Verres ciues Rom.in crucem ſuſtulit.7. At.11.In crucem tolli.5.de Fin.92.Polycrates Samius ab Oronte prætore Darei in crucem actus eſt.pro Cl.187.Strato in crucem actus eſt execta lingua. 7. V.12. Vt quam damnatis ſeruis crucem fixeras, hanc indemnatis ciuibus Romanis reſeruares? 1. Qu. Fr. 2. Is crucem ſibi ipſi conſtituit, ex qua tu eum antè detraxiſti.3. V.9. Qui ciues Roma morte, cruciatu,cruce affecerit.I.P.42.Non ego ſi te cruci ſuffixum viderem, maiore efficerer lætitia ex corporis tui laceratione.13.A.21.Hoſtis teterrimus omnibus bonis, cruces ac tormenta minatur.7. V. 168. Itaque illa crux ſola poſt conditam Meſſanam illo in loco fixa eſt.14. Att. 18. Quis enim audeat violare, propoſita cruce, vel ſaxo? Ibid.17.De ſaxo in crucem.

† ADIVNCT. Certa,pro Mil.

☞ Syntaxis. *In crucem tollere,agere,figere. Alicui crucem conſtituere. Suffigere cruci. Crucem & ſaxum proponere.*

**CVBICVLARIS**, *ad cubiculum pertinens*.2. de D.134. Quidam ſomniauit,ouum pendere ex faſcia lecti ſui cubicularis.5. Tuſ. 59.Lectus cubicularis.

**CVBICVLARIVS**, *cubiculi,miniſter*. 5.V.8. Hunc veſtri ianitores,hunc cubicularij diligunt.6.At.2.Nihil per cubicularium.

**CVBICVLVM**, *conclaue,cella,teſtudo*.5. V. 56. Is cùm iſte etiam cubaret,in cubiculum introductus eſt.7.Fam.1.2. de Orat.263. Quando Galba de triclinio tuo exibis? Cùm tu,inquit,de cubiculo alieno.pro.Deiot.21.3.Q.Fr.1.Grande cubiculum autem, & hybernum altum,valdè probaui.Ibidem.Nec atriolum habere poterat, adiuncta cubicula,& eiuſmodi membra.5. Tuſc.59. Cùm fores cubiculi clauſerat,&c.

† ADIVNCT. Alienum, altum,ampla,hybernum,ſubgrande,3.de Or. Adiuncta,3.ad Quint.Frat.

**CVBILE**, *lectus*.2.de Nat. 126. Beſtiæ in cubilibus deliteſcunt. 4.C.17.Nemo inuentus eſt tam miſer,qui non cubile ac lectulum ſuum ſaluum eſſe velit. de Ar.39. Cùm,quòd ineas,cubile non ſentis.9. Fam.22.Pherei hic cubile inire eſt auſus.ibidem. Vſurpata duplex cubile. pro Clu.15.Non limen cubiculi, non cubile filiæ.2.Tuſc.39.Vt collocet in cubili, vt vulnus obliget. 5.90. Mihi cubile terra. I. P.83.Scelera tua non veſtigiis odorantes ingreſſus tuos,ſed totis volutationibus corporis & cubilibus perſecuti ſumus.4.V.190.Vt omnes mortales huius auaritiæ non ſolùm veſtigia,ſed etiam cubilia videre poſſint.

† ADIVNCT. Duplex,9.Fam.Saluum,4.Catil.

☞ Syntaxis. *Inire cubile alicuius.Vitiorũ cubilia,non modò veſtigia.*

**CVBITO**, *ſæpe cubo*. pro Cæl.36. Qui tecum ſemper puſio, cum maiore ſorore cubitauit.

**CVBITVS**, *menſura,quãtum è cubito brachij ad extremam manum eſt*. 13.Att.13. Biennium præteriit, cùm ille καλλιππίδης aſſiduo curſu cubitum nullum proceſſerit.2.de Leg.66. Nam ſuper terræ tumulum, noluit quid ſtatui, niſi columellam tribus cubitis non altiorem.

**CVBO**, *recumbo, accumbo*.5.V.56.Is cùm iſte etiam cubaret,in cubiculum introductus eſt.pro S.R.64. Cùm pater cœnatus cubitum in idem cõclaue cum duobus filiis iſſet.ibid. Duo filij propter patrem cubantes.2. de Diuin.20. In eo conclaui ei cubandum fuiſſet,quod proxima nocte corruit.1.de Inu.144.Alexandrum Pheræum vxor ſua,cùm ſimul cubaret,occidit,de Som.1. Deinde cubitum diſceſſimus.2.de D.122. Alligandi eſſent omnes,qui cubitum irent.2.Tuſc.61.Itaque narrabat eum grauiter de hoc ipſo cubantem diſputauiſſe. ,.ad Her.33.Ægrotus in lecto cubans. pro Mur. 74. Cretes quorum nemo guſtauit vnquàm cubans.2.de Ora.353.Simonides dicitur ex eo quòd meminiſſet,quo eorum quiſq; loco cubuiſſet,demonſtrator vniuſcuiuſque ſepeliendi fuiſſe.

**CVIAS**, *vnde qua ex gente,vel ſecta*.5.Tuſcul.108. Socrates cùm rogaretur, cuiatem ſe eſſe diceret, mundanam, inquit: totius enim mundi ſe incolam & ciuem eſſe arbitrabatur.

**CVIVS**, *adiect. id eſt,cuius*. 3.V.142. Vt optima conditione ſit is, cuia res ſit, cuius periculum. Ibid. 16. & 68. * pro L. Varen. Ea cædes ſi potiſſimùm crimini datur, detur ei,cuia interfuit, non ei,cuia nihil interfuit.

**CVIVSDAMMODI**. 5. de Fini. 36. Iam verò animus non eſſe ſolùm, ſed etiam cuiuſdammodi debet eſſe.2. de Diu.34. Num etiam ſi fiſſum cuiuſdãmodi fuerit in iecore,lucrum oſtẽditur.

**CVIVSMODI**.5.Tuſ.121.Vbi enim meliùs vti poſſumus hoc cuiuſmodi eſt,otio.2.de Inu.124.Legẽ cuiuſmodi ſit, conſeruârit.

**CVIVSMODICVNQVE**.pro Clu.17.Cuiuſmodicũq; mater ſit.

**CVICVIMODI**.pro S.R.95. Vereor enim cuicuimodi es Roſci,ne,&c.3.Att.22. Túque ad me velim omnia quàm diligentiſſimè, cuicuimodi ſunt, ſcribas. 2. de Leg. Neque in populo, lex,cuicuimodi fuerit illa.12.At.19.

**CVIVSQVEMODI**.2.de Fin.3.Quum enim fertur quaſi torrẽs oratio, quamuis multa cuiuſquemodi rapiat nihil tum teneas, nihil apprehendas. pro Flac.40. Tabulæ cuiuſquemodi. 6.V.7. Homines cuiuſquemodi.

**CVLCITRA**, *puluinus,lectulus*. 3.Tuſc.45.Collocemus hunc in culcitra plumea,pſaltriam adducamus,&c.13.At.49. Silius culcitras non habet.

† ADIVNC. Plumea, 3,Tuſc.

**CVLEVS**.2.de Inu.149.Quidam iudicatus eſt parentem occidiſſe, & ſtatim quòd effugiendi poteſtas non fuit, ligneæ ſoleæ in pedes inductæ ſunt,os autem obuolutũ eſt.folliculo & præligatum:deinde eſt in carcerem deductus,vt ibi eſſet tantiſper,dum culeus,in quem coniectus in profluentem deferretur,cõpararetur,&c.1.Q.Fr.2, Inſuere aliquẽ in culeum.pro S.R.30.& 70.

**CVLINA**, *popina*. 9.Famil.10. Oblitúſne es fungorum illorum, quos apud Niciam? & ingentium culinarum cum Sophia Septimiæ? 15,18.Vbi igitur,inquies, philoſophia? Tua quidem in culina,mea moleſta eſt.

**CVLMEN**, *columen*.in Arat.



UNED

*In cœlum victor magnum ſub culmine portat.*

CVLMVS, *frumẽti calamus, à radice ad ſpicam.* de Senect. 51. Her-
beſcens viriditas, quę nixa fibris ſtirpium ſenſim adoleſcit, cul-
móq; erecta geniculato, vaginis iam quaſi pubeſcẽs includitur.

† ADIVNCT. Geniculatus, de Sen.

CVLPA, *cauſa, meritum, crimen, reprehenſio.* de Vn. 39. Ego me,
ſi quid poſteà fraudis aut vitij euenerit, extra omnem culpam
cauſámque pono. pro Lig. 1. Cùm à te non ſolùm liberationem
culpæ, ſed etiam errati veniam impetrauiſſent. de Senec. 7. Sed
omnium iſtiuſmodi querelarum in moribus eſt culpa, non in
ætate. 3. de Leg. 10. Senatori qui non aderit, aut cauſa, aut culpa
eſto. Ibid. 37. Nam Caſſię legis culpam Scipio tuus ſuſtinet. quo
autore lata eſſe dicitur: tu ſi tabellariam tuleris, ipſe præſtabis.
6. Fam. 1. Simus igitur ea mente, vt nihil in vita nobis præſtan-
dum præter culpam putemus. 9. 16. Nihil eſt ſapientis præſta-
re, niſi culpam. 15. Att. 27. Atticæ meæ velim me ita excuſes,
vt omnem culpam in te transferas. 8. 6. Malo Tyronis vere-
cundiam in culpa eſſe, quám liberalitatem Curij. 7. 3. Vt
iam ne iſtius quidem rei culpam ſuſtineam, quo minùs diu
fuerim in prouincia, quàm fortaſſe fuerit vtile. 2. Qu. Fr. 12.
Cum Domitius dixiſſet, veſtra culpa hæc acciderunt equi-
tes Rom. 9. Att. 4. Iudicans hæc eius opera accidiſſe & culpa.
2. de Orat. 15. Magis adeò id facilitate quàm vlla alia culpa
mea contigit. Qu. de Pet. 32. Hoc ſine maxima culpa negli-
gentiæ fieri non poteſt. pro Mar. 13. Et ſi aliqua culpa tenemur
erroris humani, à ſcelere certè liberati ſumus. pro Plan. 52.
Neque verò, vt te liberent aliqua culpa, quam tu vereris, ne à
CVRRENS.3.A.19. Quanquàm ille non eguit conſilio cuiuſquam,ſed tamen,vt dicitur,currentem excitaui.1.Qu.Fr.1.Hęc, non eò dixi,vt oratio mea dormientem excitare, ſed potiùs vt currentem incitare videatur.6.Att.7. Quintus filius currentem animum patris ſui ſorori tuæ reconciliauit.2.Qu.Fr. 14. Quare facis tu quidem fraternè,quòd me hortaris, ſed mehercule currentem nunc quidem, vt omnia mea ſtudia in hunc conferam. 5.At.19.Sæpe tu me currentem hortatus es. 13.42. Quòd me hortaris,&c currentem tu quidem,ſed,&c.15.Fam. 15. Currentem,vt aiunt,incitare.

† ADVERB. Perfacilè,de Clar.

Syntaxis.*Currentem excitare,incitari,hortari*.

CVRRICVLVM,*ſpatium quo curritur,ſtadium, currus, curſus*. de Am. 40. Deflexit enim iam aliquantulùm de ſpatio curriculóque nos maiorum.pro Mur.46. Cùm te de curriculo petitionis deflexiſſes,animúmque ad accuſandum tranſtuliſſes. de Vn.38. Qui rectè & honeſtè curriculum viuendi à natura datum confecerit.pro Rab. 6. Qui ex conſtituto ſpatio defenſionis in ſemihoræ curriculum coëgiſti.pro Mur.57. Quaſi deſultorius in quadrigarum curriculum incurrere.pro Rab. 30. Exiguum nobis vitæ curriculum natura circumſcripſit, immenſum gloriæ. pro Ar.28.In hoc tam exiguo támque breui vitæ cirriculo. 7.A. 7.Omne curriculum induſtriæ noſtræ,in foro,in curia, in amicorum periculis propulſandis elaboratum eſt.pro Marc.2. Nec fas eſſe dicebam verſari me in veſtro veteri curriculo, &c. de Senec.27.Athletæ in curriculo ſe exercent. de Senec. 38. Hæ ſunt exercitationes ingenij,hæc curricula mẽtis.de Cl.173.Qui tantùm abſit à primo, vix vt in eodem curriculo eſſe videatur. Orat.12.Ciceronem oratorem ex Academiæ ſpatiis extitiſſe:illa enim ſunt curricula multiplicium variorúmque ſermonum.

de Clar.331. Tuum enim forum,tuũ erat illud curriculum,&c. Ibid.22.Vereor ecquodnam curriculum aliquando ſit habitura tua ſingularis induſtria. 2.de Legib.21. Quod ſine curriculo & certatione corporum fiat. 4.V.179. Si ne minimum quidem de meo periculo, quod mihi ſemper propoſitum fuit, deceſſero. 1.Acad.43.Breuia curricula vitæ.2.de Leg.38. Curricula equorum. in Arat. Sol conſiſtens in Cancro conuertit curriculum. de Aruſp.21. Tui ſacerdotij ſunt tenſæ,curricula,&c.4. ad Her. 4.Sic iſti cùm in artis curriculum deſcenderunt,aiunt,&c. * ad Timæ. Ratione & mente diuina ad originem temporis curriculum inuentum eſt Solis & Lunæ.

† Adivnc. Aeternum,Arat. Breuia vitæ,1. Acad. Exiguum vitæ, immenſum gloriæ,pro Rab.Tam exiguum,tam breue vitæ,pro Arch.Vetus, pro Marc.

☞ Syntaxis. *De ſpatio,curriculoq; deflectere, & ſe deflectere. Curriculum conficere.Cogere in hora curriculum.In curriculo verſari.Curricula mẽtis. De curriculo ſuo decedere. In artis curriculũ deſcendere.*

Cvrro, *curſum conficio,curſum teneo,curſum curro*.2.contra Rull. 43. Cur non eoſdem curſus hoc tempore quos anteà cucurrerunt. 3. Offic.42. Qui ſtadium currit, eniti debet vt vincat.10.

♣ At.4. Curio cucurrit Puteolos. ‖ 2.23. Si dormis,expergiſcere: ſi ſtas,ingredere:ſi ingrederis,curre : ſi curris, aduola.5.de Fini. 84. Procliuiùs currit oratio.12.Attic. Sedulò iis factis Calypſo ſubſidio currat.

♣ Cvrritvr, *imperſ*. 7. V.91. Curritur ad prætorium, quo iſtum è conuiuio illo præclaro reduxerat paulò antè mulieres cum cantu atque ſymphonia.

† Adverb. Apertè eoſdem curſus,2.cont. Rull. Certatim ad opus,2. Phil.Furtim,4.Attic. Longiùs,2.de Finib.Procliuiùs,5.de Fin.Raptim in ſententiam, 1.Attic.

Cvrrvs, *vehiculum*. 2.de Diui.144. Quidam viſus eſt in ſomnis curru quadrigarum vehi. Poſtquàm in Sene.27. Equis inſignibus & curru aurato in patriam reportari. 1.Tuſc.113. Cùm ſacerdotem ad ſacrificium curru vehi fas eſſet. 13.Attic.21.Nec eſt melius quicquam, quàm vt Lucullus ſuſtineat, currum, vt bonus ſæpe agitator. pro S. R.98. Suis manibus in curru Automedontem collocat. pro Cæl.34. Claudia, quæ patrem triumphantem de curru detrahi paſſa non eſt.

☞ Syntaxis. *Quadrigarum curru.Currum ſuſtinere.*

Cvrsans. 1.de Diuin.14.

*Fuſcáque nonnunquàm curſans per littora cornix.*

Cvrsim, *curſu.*)(.*Senſim*. 2.P.42. Ille ſenſim dicebat,quod cauſæ prodeſſet : tu curſim dicis aliena.9.Attic.Quid autem Plancius tam curſim.11.A.4. Alter in Aſiam irrupit curſim.2.de Or. 364. Quæ ego ſerò & curſim arripui, & ſucciſiuis operis, vt aiunt.Ibidem.252. Tantum licet furtim,ſi quando & curſim.5. Tuſc,13. Cum ampliſſima dignitate,vt ad eas curſim perrectura.4.ad Her.68. Cum Gracchus deos inciperet precari, curſim iſti impetum faciunt.

☞ Syntaxis. *Curſim dicere,irrumpere,facere impetum.*

Cvrso, *frequenter curro*. pro S. R. 60. Poſteà homines curſare vltrò & citrò non deſtiterunt de Sen.17. Cùm alij malos ſcandant,alij per foros curſent.9.Att.11. Ne curſem huc & illuc via deterrima.

† Adverb. Temerè,2.de Nat.Vltrò,Citrò,pro S.R.

Cvrsor,2.de Diu.144.Curſor ad Olympia proficiſci cogitans, viſus eſt in ſomnis curru quadrigarum vehi.2.Tuſc.56. Curſores in ſtadio exclamant.4.ad Her.4.Ladas & Boius curſores.

Cvrsvs, *curriculum,lapſus,iter,nauigatio*.pro Mur.33. Cùm cõtento curſu hoſtium claſſis Italiam peteret.pro Pomp.34. Qui vnquàm tam breui tempore, tantos curſus conficere potuit.1. de Orat.147. Qui ingrediuntur ad ſtadium,quíque iam ſunt in curſu. 4.Fam.2. Sed etiam perſpicis, qui curſus rerum, qui exitus futurus ſit.3.ad Her.36. Exortus, curſus, occaſus nemo miratur,quia quotidiè fiunt.3.At.8.Ille incertus alium curſum petiuit.5.15. Ille tibi non ignotus curſus animi & induſtriæ meæ. 8.A.11. Quem enim curſum induſtria tenere potuiſſet, ſine forenſibus cauſis,ſine iudiciis 1.Att.1. Vides in quo curſu ſumus. 3.de Nat.83. Dionyſius cùm ſecundiſſimo vento curſum teneret,ridens;Videtíſne,inquit,&c.8.Attic.3.Infero mari nobis incerto curſu nauigandum eſt. 3.Offic. 50. Naues in curſu frumento onuſtas vidi. 3.de Natu.24. Stellæ curſus certos & conſtantes habent.1,Offic.117. Implicari aliquo certo genere curſúque viuendi. 2. de Natur.69. Partus matureſcit nouem Lunæ curſibus. 1.de Leg.24. Perpetui curſus conuerſionéſque cœleſtes. de Somn.9. Orbis extimus, in quo infixi ſunt illi qui voluuntur ſtellarum curſus ſempiterni.ibidem.19.Hunc vt comites conſequuntur,alter Veneris,alter Mercurij curſus,2,de Na. 49.Stellæ nunquàm curſus ſui veſtigium inflectunt.de Som.12. Illi autem octo curſus,&c.1.de Diu.100. Si lacus emiſſus lapſu & curſu ſuo ad mare profluxiſſet. pro Seſt.47. Vita breuis eſt, curſus gloriæ ſempiternus. de Clar.324. Hortenſius tamen hunc curſum confecit.1.de Orat.161. Tantus curſus verborum fuit,& ſic euolauit oratio, vt,&c.3.225.Curſus vocis per omnes ſonos.Ora.201.Interdum curſus eſt in oratione concitatior,interdum moderata ingreſſio.2.de Orat.234. Defeſſus iam labore & itinere diſputationis meæ. 1.de Natu.95. Ingreſſus,curſus, accubatio,inclinatio,ſeſſio,&c.7.V.88.Tenere eundem curſum. Topic.1.Reuocare aliquem è curſu.2. contra Rull.43. Qui per rectum curſum regnum tenere non potuerunt.4.ad Heren.4.Si quis ad Olympiacum venerit curſum. * Hortenſ. Quo magis hi *animi* fuerint ſemper in curſu, id eſt, ratione & inueſtigandi cupiditate. de Conſolat. Nec omnibus eundem curſum in cœlum patere.

† Adivnct. Admirabilis,orationis,forenſis,inuſitatus verborum,de Clar. Aequales æterníque,ætherij,celeres & certi,certi & conſtantes, diſpares aſtrorum,immutabiles, magnus, ordinati,perennis,ac perpetui,rati,& immutabiles, varij,2. de Nat.Aequus,1.de Finib. Aeternus gloriæ, maximus, breuis & ſempiternus, pro Seſt. Annui, 1.de Natur. Apertus ad laudem,14.Phil. Aſſiduus,13.Attic. Celerior ætatis,5.Phil. Certi,infeſtus,legitimus,Arat. Certus,de Sen.Concitatior,inuidioſus, incitatior, Orat. ad Brut. Contentus, pro Mur. Contrarij, decorus,de Vniuerſ. Facilior ad gloriam,maritimi,pro Planc. Non ignotus,1.Att. Immoderati,3.de Nat.Incertus,ſecundus,8.Attic.Incredibilis,4.Tuſc. Interior,4.Acad.Lunaris atque infimus,ſempiterni,de Som.Scip.Maritimus,popularis,de Prouinc.Medius,in Vat.Montiuagi atque ſylueſtres,5.Tuſc.Otioſus vitæ,4. Catil.Par.1.Offic. Perfacilis,pro Cæl.Rectus,2.cont.Rull.Reliquus,in Part.Simillimus totius vitæ,13.Fam.Suſpectus honorum,3.Fam.Tanti,pro Pomp.Vagantes,1.de Diuin.

☞ Syntaxis. *Eſſe in curſu.Rerum curſus & exitus.Petere curſum.Solis curſus animi,induſtriæ.gloriæ,nauis. Genus atque curſus viuendi. Curſus & conuerſio cœleſtis.*

Cvrtvs, *decurtatus,mutilus*.Or.168. Meæ aures perfecto completóq; verborum ambitu gaudent,& curta ſentiunt,nec amant redundantia.Ibid.173.Nihil inconditũ,nihil curtum,nihil claudicans,&c.4.de Finib.36. Eorum enim omnium multa prætermittentium, dum eligant aliquid quod ſequantur, quaſi curta ſententia:at verò illo perfecta atque plena,eorum qui,&c.

Cvrvatvs. 1.de Nat.66.Corpuſcula curuata,& quaſi adunca.

Cvrvlis. C.2. Non denique hæc ſedes honoris, ſella curulis, vnquàm vacua mortis periculo fuit, *id eſt, ſedes Conſulis*. de Ar. 27. Curulis ædilitas.7.V.36.Curulis ſella.

Cvstodia, *carcer, præſidium, vigilia, excubiæ, conſeruatio*. 2.de Natu.158. Canum tam fida cuſtodia, támque amans dominorum adulatio. de Clar.330. Teneamus eam domi ſeptam liberali cuſtodia, tueamúrque vt adultam virginem caſtè, &c. pro Mur. 64. Cùm in eiuſdem anni cuſtodia te atque L. Murænam fortuna poſuiſſet. I.P.48. Exercitus præſidium populi Romani, cuſtodia prouinciæ.pro Mur.79. Deiici de vrbis præſidio & de cuſtodia ciuitatis deturbari. pro Syll. 42. Cùm illæ tabulæ priuata cuſtodia continerentur. 11.A.24. Id ſignum cœlo delapſum Veſtæ cuſtodiis continetur.de Somn.7. Retinendus eſt animus in cuſtodia corporis. 7. A. 19. Idcirco in hac cuſtodia tanquàm in ſpeculo collocati ſumus. Ibid.24. Cuius ego excubias & cuſtodias mei capitis cognoui in Conſulatu meo. pro Pomp.16.Publicanorum familiæ,quas in portubus & cuſtodiis habent. pro Rab.21. Ignauiam ſuam tenebrarum & parietum cuſtodiis tegere. 1. C.8. Illam coloniam meis præſidiis,cuſtodiis, vigiliiſque muniui. pro Planc. 2. Non extimeſco, ne Cn. Plancio cuſtodia meæ ſalutis apud nos obſit. pro Marc.33.Nos tibi & excubias & cuſtodias pollicemur. 12.A.24. Hæc mea ſedes eſt, hæc vigilia,hæc cuſtodia, hoc præſidium ſtatiuum.2.de Leg.29.Vt aduigiletur ad cuſtodiam ignis.pro Mil.57.Milo vitam ſuam nunquàm in periculum ſine præſidio & ſine cuſtodia prouehebat.7.V.68. Dare aliquem in cuſtodiam. *id eſt, in carcerem*.Ibid.143. Includere aliquem in cuſtodias.ad Brut.6.Eripere aliquem ex cuſtodia. 3. C.14. Cenſuerunt, vt P. Lentulus in cuſtodiam traderetur.1. Q.Fr.2.Is hominem comprehendit,& in cuſtodiam Epheſi tradidit.pro R.P.22.Is in cuſtodia fuit regia, & vita eius oblata pœnæ eſt.1.de Diuin.52. Socrates cùm eſſet in cuſtodia publica, &c. 1. C.19. Tu te ipſe in cuſtodiam dediſti.1.Tuſc.118. Emittíque nos è cuſtodia,& leuari vinculis arbitremur.Ibid.71. Socrates cùm poſſet educi è cuſtodia, noluit. * Oecon. 1. Hunc ſexum cuſtodiæ & diligentiæ aſſignauerat natura. Incer. Cuſtodia caſtrorum non honoris,ſed oneris exiſtimatur.

† Adivnc. Fida,publica,2.de Nat.Horribiles,4.Catil.Infelix capitis, pro Planc.Libera & non ſollicita,2.Offic. Liberalis, de Clar. Magnificæ,10.Attic.Optima,tutiſſima,priuatæ,7.Ver.Priuata,pro Syll.Regia, pro Rab.

☞ Syntaxis. *Cuſtodia fida,liberalis.De cuſtodia deturbari. Cuſtodia detineri. Ad cuſtodiam aduigilare. In cuſtodiam,in cuſtodias dare,includere,tradere. Educere è cuſtodia.*

Cvstodiendvs, 15. At,13. Orationem tibi miſi:eius cuſtodiendæ & proferendæ arbitrium tuum ſit. * Oecon. 1. Ouium cæterarúmque pecudum fœtus atque fructus, clauſtro cuſtodienda erant,nec minùs reliqua vtenſilia.

Cvstodio, *Aſſeruo, tueor, ſeptum cuſtodia teneo,in vigilia alicuius rei maneo,priuata cuſtodia contineo,incolumen ſeruo,obſeruo,præſideo.ſpeculor, conſeruo*. 1.C.6. Multorum te oculi & aures ſpeculabuntur atque cuſtodient.pro Milo.68. Dilecta iuuentus, quæ

tuum corpus domúmque cuſtodit.10.A.26. Vt Brutus prouinciam tueatur,defendat, cuſtodiat, incolumémque ſeruet. 1. de Orat.27.Poſſe percipere animo,& cuſtodire memoria.2. 7. Cuſtodire literis,quæ è ſummis viris dicta ſint. 12. A.22. Hîc me non ſolùm amicorum fidelitas, ſed etiam vniuerſæ ciuitatis oculi cuſtodiunt.

CVSTODIOR. ad Brut. 6. Aliquem cuſtodiri vt parricidam. Quint.de Pet.43.Fac,vt abs te cuſtodiri atque obſeruari ſciant. 6.Fam.5.Liber tuus & legitur à me diligenter, & cuſtoditur diligentiſſimè.

† ADVERB. Diligentiſſimè librum, 6. Famil. Diligentiſſimè ſeipſum, 14.Atti.Publicè,7.Ver.Rectè,pro Quint.Sanctiſſimè ſigna & ornamenta vrbis,de Prou.

CVSTODITVS.2.A.49.Poſteà cuſtoditus ſum à te, tu à me obſeruatus.*hîc pro*, Cuſtoditus,*alij legunt*,Cultus.

☞ Syntaxis. *Aures & oculi ſpeculantur,& cuſtodiunt,Cuſtoditur ab illo liber.*

CVSTOS, *vtriuſque ſexus,præſes,antiſtes,conſeruator, vindex*. 6.V. Clamor à vigilibus fanique cuſtodibus tollitur.2.cont.Rull. 15. Tribunus plebis præſes cuſtóſque libertatis. Ibidem Rull. 24. Cuſtos & vindex cupiditatum.2.C.27. Nullus eſt portæ cuſtos, nullus inſidiator vitæ. 2.A. 45. Quoties te pater eius domo ſua eiecit?quoties cuſtodes poſuit,ne limen intrares? 12.P.24. Qui multorum cuſtodem ſe profiteatur, eum ſapientes ſui primùm capitis aiunt cuſtodem eſſe oportere.pro Dom. 141. Cuſtos ac præſes templi.pro Seſt.54.Cuſtos & conſeruator vrbis.pro Flac. 45. Hermippus cuſtos T. Aufidio prætore in frumento publico eſt poſitus.Poſtquàm in Senat.16.Tu me comitiis prærogatiuæ primum cuſtodem præfeceras.2.con.Rull. 22. Qui tribus quas voluit,vocauit nullo cuſtode ſortitus.pro Seſt. 137.Senatus Reipub.cuſtos,præſes,propugnator.3.A.27.O præclarum cuſtodem ouium(vt aiunt)lupum.4. de Fin. 17. Sapientia cuſtos & procuratrix hominis.2.Offic.23. Malus cuſtos diuturnitatis, metus. * Prognoſt.Caprigeni pecoris cuſtos.Incer. Ad militiam euntibus dari ſolebant cuſtodes, quibus primo anno regerentur. 7. V.12.Quid ais bone cuſtos ſeruatórque prouinciæ.

† ADIVNCT.Antiquiſſimus, 1.Cat.Bonus, 5.Ver. Bonus defenſórque prouinciæ,7.Ver.Diligentiſſimus pacis,& otij,de Pro.Præclarus ouiũ, 3.Ph.Totus,Di.

☞ Syntaxis. *Præſes ac cuſtos.Cuſtos & vindex.Vigil & cuſtos.Cuſtodes ponere.Cuſtos & conſeruator.Cuſtos,præſes,propugnator.Sapientiæ cuſtos atque procuratrix.*

CVTIS,*pellis,corium*.10.Fa.18.Sed non poſſum non exhorreſcere, ſi quid intra cutem ſubeſt vulneris, quod priùs nocere poteſt, quàm ſciri curarique poſſit.

CYBÆA,*nauis oneraria*.7.V.43.Nauem verò Cybæam maximam triremis inſtar pulcherrimam atque ornatiſſimam palàm ædificatam ſumptu publico, &c. 6. 17. Rogatus de Cybea quid reſponderit.

† ADIVNCTA.Aedificata,maxima,7.Ver.

CYBELE,*magna mater,Idea mater*. de Ar.24. Hanc matrem magnam accepimus, agros & nemora cum quodam ſtrepitu fremitúque peragrare.de Senect.45. Sacra Idæa Magnæ matris. 2. de Leg.22.Mater Idæa.de Ar.22.Mater dea,*aliter*, Idæa:*ſic enim nobis corrigendus locus videtur.*

ΚΥΚΛΟΣ. *Lege*,CIRCVLVS.

CYBIRA,*oppidum*.6.V.30.13.Fam.21.

CYBIRATÆ.6.V.30

CYBIRATICVS.Ibidem 47.

CYBISTRA,*oppidum ad montem Taurum in Cappadocia*.15.Fa.2. 5.At.18.

CYCLOPS,*monſtri genus*.7.V.45. Cyclops Ætnam ſolam & eam partem Siciliæ tenuiſſe dicitur.

CYDAS.5.P.13.O Cydam Cretenſem portentum inſulæ, hominem audaciſſimum & perditiſſimum.

CYDNVS,*Ciliciæ flumen*.2.A.26.

CYGNEVS,*cygni peculiaris*.Cygnæa vox & oratio.3.de Or.6.

CYGNVS,*auis candidiſſima,quæ & Olor*.1.Tuſc.73. Cygni non ſine cauſa Apollini dicati ſunt, ſed quòd ab eo diuinationem habere videantur: quia prouidentes quid in morte boni ſit, cum ♣ cantu & voluntate moriuntur. ‖ 2.de Nat. 123. Quæ autem altiora ſunt,vt anſeres,vt Cygni, &c. adiuuantur proceritate collorum.

† ADIVNCT.Prouidens,1.Tuſcul.

CYLINDRVS,*omne quod volubile eſt, qualis eſt columna lapidea, teres,qua terra denſatur & æquatur*. 1. de Natur. 24. At mihi vel cylindri,vel quadrati,vel coni,vel pyramidis forma videtur eſſe formoſior.de Fat.43.Qui protruſit Cylindrum, dedit ei principium motionis:volubilitatem autem non dedit.Ibidem. Cylindrum volui,& turbinem verſari putant.Ibid.41. Chryſippus reuertitur ad cylindrum & turbinem ſuum, quæ moueri incipere, niſi pulſa non poſſunt. 5. Tuſc. 65. In ſummo ſepulchro Archi- ♣ medis,ſphæra erat poſita cum cylindro.‖ 2.de Nat. 47. Cenum tibi ais & Cylindrum,&c.videri pulchriorem.

CYLLENIVS.in Arat.

*Cedit clara fides Cyllenia.——id eſt,lyra Mercurij.*

CYLO, vel CYLLO, *cynedus,impudica,patiens turpiter canens*, in Sall.18.Quicquid impudicorum,cylonum,&c.fuit in vrbe, &c.

CYLONIVS, *Cylonis Athenienſis: de quo Thucydides libr*. 1. 2. de Leg.28.Nam illud vitioſum Athenis quòd Cylonio ſcelere expiato,Epimenide Crete ſuadente, fecerunt contumeliæ fanum & impudentiæ.

CYMBA,*parua nauis,ſcapha*.3. Offic. 58. Cymbarum ante oculos multitudo.

CYMBALVM.I.P. 20. Neque collegæ tui cymbala & crotala fugi.ibid.22.Domum cantu & cymbalis perſonare.

CYMEVS,*fundus Romæ*.pro Fl.46.

CYNICVS.3.de Orat.59.Ab Antiſthene Cynici primùm, deinde Stoici.1.Off.148.Cynicorum verò ratio tota eiicienda.

♣ CYNEAS.1.Tuſc.59.A Pyrrho ad Senatum eſt miſſus Cyneas.

CYNNA,*quater Conſul Romanus*.5.Tuſcul.35. Cynna collegæ ſui Conſulis C.Octauij præcidi caput iuſſit.

CYNOCEPHALVS,*ſimiarum de genere,ſed maior & fortior*.6. At. 1.Erat præterea cynocephalus in eſſedo, nec deerant onagri.

CYNOSVRA, *minor vrſa, altera ἄρκτος: duæ enim ἄρκτοι ſunt*.2. de N.106. Ex his altera apud Græcos Cynoſura vocatur, altera Helice.4.Acad.66.*Lege*,HELICE.

† ADIVNCT.Parua,2.de Nat.Paruula,4.Acad.

CYNOSVRÆ,*oppidum & promontorium in Arcadia*. 3.de Nat.57. Cynoſuris humatus Æſculapius.

CYPRIVS.pro Dom.53.Rex Cyprius. 1. de Diuin. 53. Eudemus Cyprius.

CYPRVS,*inſula*.5.At.21.12.Fa.13.pro Fl.30.

♣ CYPSELLVS,5.Tuſc.109.De maratus quidem Tarquinij, regis noſtri pater Tyrannum Cypſellum quod ferre non poterat fugit Tarquinos Corinthos, & ibi ſuas fortunas conſtituit. de Fat.13.Neque fuit neceſſe Cypſellum regnare Corinthi.

CYRENÆ,*vrbs*.pro Pla.13. Deſiderârunt te, inquit, oculi mei, cùm tu eſſes Cyrenis.

CYRENAICVS,3.Offi.116. Ab Ariſtippo Cyrenaici atque Annicerij Philoſophi nominati.3.de Or.59.Ab Ariſtippo,quem illæ magis voluptariæ diſputationes delectârant,Cyrenaica Phi- ♣ loſophia manauit. ‖ 4. Acad. 20. Quid de tactu, & eo quidem quem Philoſophi interiorem vocant, aut doloris, aut voluptatis?in quo Cyrenaici ſolo putant veri eſſe iudicium, quia ſentiatur.Ibid.142.Aliud iudicium Protagoræ eſt,qui putet id cuique verum eſſe,quod cuique videatur,aliud Cyrenaicorum,qui præter permotiones intimas nihil putant eſſe iudicij,&c.3.Tuſ. 52. Cyrenaicorum reſtat ſententia, qui tum ægritudinem cenſent exiſtere,ſi nec—opinato quid euenerit.2.de Fin.115.Cyrenaici quidem non recuſant,ſcilicet, *totum diem eſſe in voluptate*.3.Tuſ.28. Cyrenaici non omni malo ægritudinem effici cenſent,ſed inſperato,nec—opinato malo.

CYRENENSIS.2.cont.Rull.50.Agros Cyrenenſes.

CYRENÆI.4.Acad.76.

CYRHESTICA, *Syriæ pars proxima Siliciæ*.5.At.18.

ΚΥΡΙΑΣ,*δόξας*.*Lege*,SENTENTIA.

♣ CYRSILVS 3.Offi.48.Athenienſes, cùm Perſarum impetum nullo modo poſſent ſuſtinere,ſtatuerêntq; vt vrbe relicta, coniugibus & liberis Trœzene depoſitis, naues conſcenderent, libertatémque Græciæ claſſe defenderent: Cyrſilum quendam ſuadentem vt in vrbe manerent,Xerxémque reciperent,lapididus obruerent.

CYRVS.1.Qu.Fr.1. Cyrus ille à Xenophonte non ad hiſtoriæ fidem ſcriptus,ſed ad effigiem iuſti imperij de Clar.112. At Cyri ♣ vitam & diſciplinam legunt,&c.‖de Sen.30.Cyrus quidem apud Xenophontem eo ſermone quem moriens habuit, cùm admodùm ſenex eſſet,negat ſe vnquàm ſenſiſſe, ſenectutem ſuam imbecilliorem factam,quàm adoleſcentia fuiſſet.2.de Fin.116.Lege laudationes, Torquate,non eorum qui ſimul ab Homero laudati,non Cyri,non Ageſilai,non Ariſtidis, &c. neminem videbis ita laudatum, vt artifex callidus comparandarum voluptatum videretur.1.de Diui. 46. Quid ego quæ magi Cyro illi principi interpretati ſunt, ex Dionyſij Perſici libris præferam? nam cùm dormienti ei ſol ad pedes viſus eſſet, ter eum ſcribit fruſtrà appetiuiſſe manibus, cùm ſe conuoluens ſol elaberetur, & abiret,ei magos dixiſſe, quod genus ſapientum, & doctorum habebatur in Perſis,ex triplici appellatione ſolis, XXX. annos Cyrum regnaturum portendi.2.de Leg.56. At mihi quidem antiquiſſimum ſepulturæ genus id fuiſſe videtur,quo apud Xenophontem Cyrus vtitur,&c.

CYZICVS,*vrbs Aſiæ*.I.V.& alibi.

CYZICENI,6.V.135.& pro Pomp.20.Vrbem Cyzicenorum.

# D

D *Latinorum lit erula muta: in numeris valet quingenta.* 1 Att. 5. H-S. DCXX.

DACTYLICVS. Orat. 191. Dactylicus numerus.

DACTYLVS, *pes in verſu.* Or. 217. Dactylus, qui eſt è lõga & duabus breuibus. 3. de Or. 180. Pedes heroi tres: dactylus, ſpondæus, anapæſtus.

† ADIVNC. Accommodatior, Orat. Aequalis, de Clar.

DÆMON, *lar.* de Vn. 34. Dij quos Greci δαίμονας appellant, noſtri (vt opinor) lares, ſi modò hoc rectè conuerſum videri poteſt.

DÆMONIVM, *genius, ſapiens.* 1. de Diu. 122. Hoc nimirũ eſt illud, quod de Socrate accepimus, quodq́; ab ipſo in libris Socraticorũ ſæpe dicitur, eſſe diuinũ quiddã, quod Dæmonium appellat, cui ſemper ipſe paruerit, nunquàm impellenti, ſæpe reuocanti.

DALMATA. 5. Fam. 11. Dalmatis dij malè faciant, qui tibi moleſti ſunt.

DALMATIA, *regio in Illyrijs.* Ibid. 10. *ter.*

DALMATICVS. 15. 10. Cæſar de meis rebus geſtis Dalmaticis adhuc non refert.

DAMNATIO, *condemnatio.* 7. At. 3. Omnes damnati, omnes ignominia affecti, omnes damnatione ignominiáque digni. I. P. 87. Reorum acerbiſſimę damnationes.)(. *Libidinoſiſſimæ liberationes.* pro Cl. 55. Quid eſt illa damnatione iudicatum, niſi, &c. 4. V. 100. Hanc damnationem duci non oportet. 1. ad Her. 26. Ne parua quidem dubitatio poteſt remorari damnationem.

† ADIVNCT. Aliena, pro Dom. Acerbiſſimæ reorum.)(. Libidinoſiſſimæ liberationis, in Piſo. Miſera, 10. Fam. Inuidioſæ, 4. Ver. Quotidianæ, 2. ad Q. Frat.

DAMNATORIVS, *vt damnatorium iudicium.* 5. V. 55.

DAMNATVS. pro R. P. 8. Cauſa iudicata atque damnata. 7. V. 107. Næuius iniuriarum damnatus eſt. 1. Tuſcu. 50. Sed plurimi contrà nituntur, animóſque quaſi capite damnatos morte mulctant. Ibid. 98. Capite damnari. ad Brut. 12. Si Lepidus poſitis armis de vi damnatus eſſet. pro Flac. 43. Nicomedes, qui & furti, & pro ſocio damnatus eſt. pro Clu. 7. Cauſa, quæ ipſa opinione hominum tacita propè conuicta & damnata ſit. de Clar. 305. Iam Qu. Varius ſua lege damnatus exceſſerat. 1. de Orat. 231. Ergo ille quoque damnatus eſt, non ſolùm primis ſententiis, quibus, &c. ſed etiam illis, quas, &c. pro S. R. 114. Damnatus per arbitrium, & rem reſtituit, & honeſtatem omnem amittit. 2. V. 39. Qui ambo peculatus damnati ſunt. Ibidem. Qui de maieſtate damnatus eſt. 1. A. 23. Lex quæ iubet ei qui de vi, itémq; ei qui maieſtatis damnatus ſit, aqua & igni interdici.

DAMNO, *condemno, improbo, conuinco.*)(. *Abſoluo.* pro Dom. 9. Eos ego potiſſimùm damnare debui. 7. Attic. 12. Damnare aliquem ſceleris. Par. 134. Damnare aliquem ſtultitiæ. 4. ad Her. 33. At eum vos iurati capite damnaſtis. Ibid. 24. Maiores noſtri, ſi quam vnius peccati mulierem damnabãt, ſimplici iudicio multorum maleficiorum conuictam putabant.

DAMNOR. 6. V. 100. Vt is eo crimine damnaretur, pro S. R. 113. Turpi iudicio damnari. 7. V. 11. Damnari nomine coniurationis. pro Cl. 116. Damnari de repetundis. de Clar. 180. Damnari ambitus. * con. C. Anton. Qua lege duos conſules deſignatos vno tempore damnari vidimus.

† ADVERB. Honeſte, iampridem, 2. Verr. Iniquè à ciuibus, pro Pub. Seſt. Palàm voce omnium, 7. Verr.

☞ Syntaxis. *Cauſa iudicata, atque damnata. Iniuriarum damnatus, capite, de vi. Cauſa conuicta & damnata. Damnare aliquem ſtultitia, de vi, nomine coniurationis.*

DAMNVM, *iactura, detrimentum, incommodum, malum, fraus.* 1. Offic. 32. Nec contra officium eſt, maius damnum anteponi minori, vt ſi, &c. de Cla. 125. Damnum Gracchi immaturo interitu res Romanæ Latinæque literæ fecerunt. 10. Famil. 28. Magnum damnum factum eſt in Seruio. 7. 35. Quòd declamationibus noſtris cares, damni nihil facis. 1. At. 13. Nihil eſt damni factum noui. 5. de Fin. 91. Si mercatura aliquid damni contraxerit. 1. Fam. 9. In meis damnis ex autoritate Senatus reſarciendis. 2. cont. Rull. 21. Non quæro flagitium huius iacturæ atque damni. 3. Offic. 23. Qui coniunctionem ciuium dirimunt, eos leges morte, exilio, vinculis, damno coërcent. 1. A. 12. Quis vnquàm tanto damno Senatorem coëgit? 1. de Leg. 61. Damna & detrimenta. 13. At. 27. Ἐπίτευγμα magnum nullum fieri poteſt: ἀπότευγμα vel non magnum moleſtum futurum eſt. Topic. 22. Damni infecti promittere. pro Q. R. 32. Iudicium damni iniuria conſtitutum. pro Q. R. 54. Cùm lis conteſtata cum Flauio damni iniuria eſſet. * Hortenſ. Quod damnum eſt, quod non euocetur atque eliciatur voluptate.

† ADIVNCT. Aleatoria, tantum, 2. Philip. Magnum, 9. Famil. Maius, minus, 1. Offic. Maxima, 13. Attic. Nouum, 1. Attic. quæſtuoſum, 14. Attic.

☞ Syntaxis. *Damnum facere: id eſt, pati. In illo magnum ſit malum. Damnũ contrahere. Iactura & damnum. Damnum ac detrimentum.*

DANAI, *Græci.* 2. de Fin. 18.

DANDVS, DATVR, &c. *Lege,* Do.

DARDANI, *populi fere in ſinu Illyrico, à Troianis oriũdi.* pro Seſt. 94.

DARDANVS, *Philoſophus Stoicus.* 4. Acad. 69.

DAREVS. 5. de Fini. 92. Polycrates ab Oronte Darei prætore in crucem actus ſt.

DATIO. 2. cont. Rull. 59. Cuius iudicium legúmque datio tollitur. *aliàs,* latio, *à fero.*

DATVM & Acceptum. de Ami. 58. Hoc quidem eſt nimis exiguè & exiliter ad calculos reuocare amicitiam, vt par ſit ratio acceptorum & datorum. Ibid. Nec obſerua, ſtrictène plus reddat, quàm acceperit.

* DATVS. *Vide pòſt,* Do.

DE *præpoſitio, vim habet ſignificandi A, Ex quo: nimirum ipſam materiam.* 7. Fam. 29. Duos parietes de eadem fidelia dealbare: *prouerbium.* 16. At. 16. Atticus pecuniam numerauit de ſuo.

¶ *Cum poteſtate partis, copia, quantitatis* 2. con. Rull. 20. Comitia de minore parte populi facta. 35. Non adimitur cuiquam gleba de Syllanis agris. 2. de Diu. 134. Miſit coniectori, quantum viſum eſt, de argento: tum ille, Nihílne de vitello? Parad. 1. Cæteri multa de ſuis rebus ſecum aſportabant. 4. V. 113. Nihil ex ſacro, nihil de publico attigit. 1. de Ora. 51. Quicquid erit quacunque ex arte, quocunque de genere. pro S. R. 24. Cui de tanto patrimonio nihil relictum eſt.

¶ *Cum vi ſubiecta materia tractata.* pro Qu. 33. De re pecuniaria iudicium eſſe. Ibid. 31. De capite ſuo priore loco cauſam dicere. Orat. 116. Explicare mentem ſuam de quaque re. Ibid. 39. De rebus bellicis canere bellicum. de Clar. 44. Sit ſanè vt iubet, de iſto. 5. V. 124. Recita de epiſtola reliqua. 1. de Orat. 212. Philoſophus qui de ſua vi ac ſapientia vnus omnia penè profitetur. pro Q. R. 12. De quo nomine ad arbitrium adiſti, de eo ad iudicem veniſti. 13. At. 13. Illa quæ habes de Academicis, fruſtra deſcripta ſunt. 3. de Orat. 207. His de rebus ſol me ille admonuit, vt breuior eſſem. 9. Att. 6. Itaque neque de otio noſtro ſpero iam, neque, &c. de Cl. 114. Sunt orationes eius ieiunæ, multa præclara de iure. pro Seſt. 72. Quæ etiam collegæ eius moderatio de me. pro Corn. 45. Quis dubitaret de iure pacis & belli omnibus iuris peritiſſimis Imperatores noſtros anteferre? 1. de Orat. 41. Nihil te de ratione vitæ didiciſſe, nihil quæſiſſe, nihil ſcire conuincam. 1. de Diuin. 56. Somnium de Simonide, qui, &c. 2. 5. Vt Græcis de Philoſophia literis non egeant. 11. Fam. 21. Conſiliis tuis, quæ ſcribis de agris aſſignandis ab vtriſque veſtrûm vehementer aſſentior. 12. Atti. 19. Non potuit honorificentius à me fieri de nepote. pro Mil. 99. Fama de interitu Clodij. ibidem. Lętitia de interitu Clodij. 7. At. 2. Epiſtola in qua eſt de periculis reip. 5. V. 100. Recita decretum de tributis. 2. Q. Fr. 15. O iucundas mihi tuas de Britannia literas. 2. con. Rull. 6. Vt in omnibus meis factis atq; conſiliis veſtrum de me factum conſiliúmque laudetur. 2. de Inuen. 146. Deinde, vtra lex de genere omni, vtra de parte quadam, vtra communiter in plures, vtra in aliquam certam rem ſcripta videatur. 2. de Orat. 76. Præcepta de re militari cuipiam dare. Ibid. 83. Cuiuſmodi artificium de ipſo iure ciuili Craſſus componi poſſe dixit. Ibid. 123. Oratio Craſſi de Colonia Narbonenſi, & altera de lege Seruilia. 2. de Diu. 2. Primus liber eſt de contemnenda morte, ſecundus de tolerando dolore, &c. 12. Att. 15. Liber de minuendo mœrore. de Clar. 31. Philoſophia de natura. 3. Offic. 82. Ipſe autem in ore ſemper Græcos verſus de Phœniſſis habebat. 2. C. 22. Poſtremum genus eſt de delectu Catilinæ.

¶ *Eſt & ſignificatio vocum, Inter, Ex.* de Clar. 131. Is accuſator de plebe fuit. 1. de Diuin. 133. Aſtrologi de circo. 2. A. 65. Exultabat gaudio perſona de mimo modò egens, repentè diues. Eximi de reis. *Lege,* EXIMO. 5. Att. 18. Mitte ad nos de tuis aliquem tabellarium. 1. 1. De iis, qui nunc petunt, Cæſar certus petatur. 11. Famil. 21. Cùm quidam de collegis noſtris agrariam curationem ligurirent, diſturbauit rem. 8. Att. 1. Ei ſtatim reſcripſi, hominémque certum miſi de Comitibus meis. 1. de Orat. 191. Nemo de iis qui peritiſſimi ſunt, huic anteponendus eſt. Ibid. 72. Magnum quoddam opus eſt, atque haud ſciam, an de humanis operibus longè maximum. pro Milo. 66. Vnus de illis. de Clar. 83. Oratio Lælij de collegis non melior, quàm de multis, quam voles, Scipionis. Ibid. 125. Ego iſtum de ſuperioribus penè ſolum lego. de Orat. 50. De firmiſſimis alia prima ponet, alia extrema. ibidem. Id ſecundum erat de tribus. 2. de Legib. 40 Deinceps in lege eſt, vt de ritibus patriis colantur optimi. 1. Q. Fra. 1. Legatos habes, de quibus dignitate præſtat Tubero. de Opt. 9. Is habeatur ſanè Orator, ſed de minorib. pro S. R. 98. De tribus & decem fundis, iſte tres poſſidet. 7. A. 21. De tribus enim quæ propoſui, hoc extremum eſt. pro Lig. 15. Quàm multi eſſent de victoribus, qui, &c. cùm etiam de victis reperiantur quàm multi, qui, &c. 1. de Inu. 76. Quodlibet exemplum de iis quæ propoſita ſunt. 1. Offi. 108. De Græcis autem facetus Socrates, *id eſt, ex Græcis.* 1. de Legib. 24. Ex tot generibus nullum eſt animal

animal præter hominem quod habeat notitiam aliquam Dei: de ipſiſque hominibus nulla gens eſt, quæ non habendum ſciat eſſe Deum. Ibidem. Ac primùm de tribus illis quæ antè dixi, beneuolentiæ præcepta videamus. pro Dom. 108. Nemo fuit, &c. qui rem vllam de meis bonis attigerit. pro Fl. 9. Si quis vnquàm de noſtris hominibus fuit, &c.

¶ *Cum vi temporis.* 2. Qu. Fr. 14. De multa nocte vigilare.

¶ *Loci ratione.* 1. de Diu. 93. Apud Hetruſcos propter craſſitudinem aëris de cœlo multa fiunt. 6. V. 85. Hæc agebantur de ſella ac de loco ſuperiore Ibidem 44. De manibus prædam amittere. pro Cl. 163. A. Binnius quidam caupo de via Latina. 2. de Orat. 8. Hominem audietis de ſchola, &c. Orat. 47. Non enim declamatorem de ludo, aut rabulam de foro quærimus. pro Cecin. 60. Saxum de terra tollere. pro S. R. 151. Excipere aliquem qui de manibus alterius effugiſſet. 5. At. 4. Ecce autem de tranſuerſo L. Cæſar, &c.

¶ *Autoritatis.* pro S. R. 27. De amicorum ſententia Roſcius Romam confugit. 13. At. 31. Cæſar non eſt facturus quicquam niſi de meo conſilio. pro Cæl. 68. Facere aliquid de ſententia atque autoritate alicuius. 2. Tuſc. 34. Minos leges ſanxit de Iouis ſententia. 6. At. 3. Puer literas patris aperire ſolet, ídq; de meo conſilio. 4. 2. Vix tamen ſibi de mea voluntate conceſſum eſt. 7. 5. Nihil faciam niſi de ſententia tua. 12. Fam. 3. Facere aliquid de conſilio alicuius. 3. At. 4. V. 41. Capere conſilium de ſententia alicuius. 2. de Inu. 3. Tum Crotoniatæ publico de conſilio virgines vnum in locum conduxerunt.

¶ *Cum vi voculæ Ab.* pro Dom. 127. Agri de hoſtibus capti. pro Cec. 103. Nec minùs vereretur, ne contemnere Ebutium, quàm de eo contemptus eſſe exiſtimaretur. 12. At. 23. Id de Marcello ſcire poteſt. 1. 11. Poſteà Meſſala Conſul de Pompeio quæſiuit, quid de religione ſentiret. Ibid. 9. De eo mihi Thylius ſe audiſſe ſcribit hæc, eſſe hominem cum Antonio, &c. Ibid. 1. Accipere aliquid de aliquo. 1. de Leg. 3. Quæro, an ita factum, de Mario, vt ſcribis, acceperis. 13. At. 31. Is C C. iugera de M. Pilio emit.

¶ *Tandem, pro, propter, & gratia, vel culpa.* 9. 15. Pompeius miſit ad me Magium de pace: quæ viſa ſunt, reſpondi. pro Domo 47. Collegia tribunorum tota reperientur, quæ coëant de hominum locupletiſſimorum bonis. 12. At. 3. Sed velim ſcire, hodiéne ſtatim de auctione, aut quo die venias. 1. A. 12. Cùm languerem de via. 1. Acad. 1. Feſſus de via. Part. 127. Defenſor autem de æquitate nitatur. 1. Offi. 39. Regulus de captiuis commutandis Romam miſſus eſt. 1. de Orat. 186. Quod quidem certis de cauſis aliter exiſtimatur. Orat. 191. Qua de cauſa fit, vt, &c. 2. At. 16. Si quid de ea cauſa veneirũt. de Ar. 39. Corpus noſtrum tenuiſſima ſæpe de cauſa conficitur. 8. Att. 21. Is de quo angor & crucior. 8. Fam. 15. Intemelij in armis ſunt, neque de magna cauſa. Ibid. 8. Eos tibi & rem de qua miſi, velim curæ habeas. pro Clu. 120. Excipere quibus de cauſis non liceat, &c. 7. At. 2. Nam de illo altero minùs ſum admiratus. 12. 42. De Othone diffido. 7. 5. De repub. quotidie magis timeo. 3. 8. Me metus de fratre in ſcribendo impedit.

☞ Syntaxis. *Pecunia hæc de meo eſt. Collegia de pijs facta. De quo nomine iudicem accedis? Eſt ille de noſtris hominibus? De tranſuerſo. Id faciam de tuo conſilio. De nuncio accipere: id eſt, à. De illa cauſa non venias: id eſt, propter. Capta de hoſtibus vrbs.*

DEA. *Lege,* DEVS. pro Rabir. 5. Ab Ioue optimo Maximo cæteríſque diis deabúſque immortalibus pacem ac veniam peto, precórque, vt, &c. 3. de Nat. 45. Qui de dea matre eſt, Deus ſit neceſſe eſt. Anteq. 24. Dij deæque immortales qui, &c.

† ADIVNCT. Bona, pro Dom. Cuſtos rerum intimarum, 2. de Nat. Immortales, pro Rab. Sanctiſsima, 7. Ver. Speculatrices & vindices facinorum & ſcelerum, 3. de Nat.

DEALBATVS. 3. V. 145. Columnæ, quas dealbatas videtis.

DEALBO, *tectorium induco.* 7. Fam. 29. Duos parietes de eadem fidelia dealbare. *Prouerbium.*

DEALBOR. 3. V. 145. Quòd ſi tanta pecunia columnas dealbari putaſſem, certè nunquàm ædilitatem petiuiſſem.

DEAMBVLATVR. 1. de Leg. 14. Quin igitur ad illa ſpatia noſtra ſedéſque pergimus? vbi cùm ſatis erit deambulatum, requieſcemus. 2. 1. Satis iam deambulatum eſt. 2. de Orat. 256. Eamus deambulatum: & ille, Quid opus fuit de? Imò verò, inquit, quid opus fuit te?

DEBEO, *faciendum eſt, vt, &c. conuenit, oportet.* ad Brut. 1. Ciuis talis, qualis & prudentiſſimus & fortuna optima eſſe debet. Orat. 70. Magni iudicij & ſummæ facultatis eſſe debebit moderator ille, &c. 1. Fa. 7. Qui & te maximè debuerunt, & plurimùm iuuare potuerunt. 2. de D. 91. Oculorum fallaciſſimo ſenſu iudicant ea, quæ ratione atque animo videre debebant. 9. Att. 8. Si volent grati eſſe, debebunt Pompeium hortari vt mihi ſit amicus. de Vn. 40. Quantũ eſſet, quod deberet accedere: ὅσον δέον προσγίνεσθ. 2. de Or. 310. Nã principia habere hãc vim magnoperè debent, vt poſſint, &c. ibid. Principia cauſarum propria eſſe debent.

¶ *Refertur etiam ad æs alienum.* 10. Att. 17. Is debet mihi multos nummos. 13. Fam. 14. Huic in tua prouincia pecuniam debet P. Cornelius. Ibid. 56. Ille debet mihi pecuniam. 4. V. 60. Debebat Epicrates vllum nummum nemini. 13. Fa. 61. Ei Nicenſes pecuniam grandem debent ad ſeſtertiûm octogies. 2. A. 71. Appellatus es de pecunia quam pro domo & pro lectione debebas. Ibidem 93. Seſtertiûm quadringenties debuiſti. 5. Att. 21. Scaptius ait illos putare talenta ducenta ſe debere. Ibid. Quid vos? quantum, inquam, debetis? reſpondent C C. pro Q. R. 26. Debeo tibi ex ſocietate nihil, &c. pro Quin. 15. Nec ſocietas tibi quicquam debet, nec priuatim Quintius debuit. 14. At. 21. Calendis Ianuariis debuit, adhuc non ſoluit. Ibid. 22. Si mihi Dolabella, quod debet diſſoluerit. 16. 14. Illi turpe erit eo nomine quod ſatiſdato debeat, non diſſoluere.

¶ *Et ad ea quæ variè deſtinantur.* 2. de Inu. 97. Hoſtiæ, quas debuiſti. pro Mar. 28. Cùm patriæ, quod debes, ſolueris. 5. Fam. 13. præſtitimus patriæ, quantum debuimus. 11. 11. Tantum tibi debeo, quantum perſoluere difficile eſt. Poſtqu. ad Quir. 17. Huic ego homini tantum debeo, quantum hominem homini debere vix fas eſt. 2. Fa. 6. Eſt animi ingenui, cui multum debeas, ei plurimùm velle debere. 10. 12. Perficere, vt ne minùs reſpublica tibi, quàm tu reipub. debeas. 1. 9. Et quoniam tibi incredibilem quendam amorem & omnia in teipſum ſumma & ſingularia ſtudia deberem reip. quæ te in me reſtituendo multùm adiuuiſſet, eum certè me animum merito ipſius debere arbitrabar. 1. de Orat. 121. Hoc ſummum beneficium Qu. Maximo debeo, quod, &c. 1. de L. 5. Debes hoc munus ſtudioſis literarum. 1. Att. 11. Qui mihi laudem illam eo minùs deberet, quòd, &c. 2. A. 27. Quo etiam maiorem tibi gratiam debeo, qui, &c. 8. Fa. 12. Qui me odiſſe, qui magna mihi debebat beneficia, cœpit. Ibidem. Soluere beneficia. 10. 12. Id noſtræ neceſſitudini debere me iudico.

DEBEOR, *in pecunijs.* 5. V. 189. Cùm frumentum deberetur, pecuniam poſcere. pro Cec. 16. Pecuniam alicui ex partitione deberi. 3. Fa. 5. Pecunia quæ mihi ex publica permutatione debetur. 1. de Orat. 168. Antè petitam eſſe pecuniam, quàm eſſet cœpta deberi. 2. A. 96. Ne iſte quidem ex iſta ſyngrapha deberi dicit, pro iis rebus, quæ, &c.

¶ *In alijs rebus.* 1. Fa. 9. Qui ex me fructus debentur. 4. A. 4. Cui pro diuinis meritis diuini honores debentur. 2. de Ora. 345. Sua cuique virtuti laus debetur. 4. ad Her. 55. Vita hominis fato debetur. pro Seſt. 47. Vita neceſſitati debetur. I. P. 91. Et pœnam, quę tanto facinori deberetur, ſubire. 3. V. 48. Nullum eſt tantum malum, quod non tibi pro multis ſcelerib. debeatur. 7. 76. Supplicia quæ debentur hoſtibus. 1. C. 16. Miſericordia, quæ tibi nulla debetur. 7. V. 27. Veneri ac Libero reliquum tempus deberi arbitrabatur. I. P. 6. Is mihi ciuicam coronam deberi à repub. dixit. 2. de Orat. 8. Deberi à me tantis hominum ingeniis putauit, vt, &c. 1. Offic. 58. Neceſſaria vitæ præſidia debentur, iis maximè, quos antè dixi. 2. de Fin. 17. Gratia non debetur ei, qui, &c. 1. Qu. Fr. 1. Communis fides, quæ omnibus debetur. 13. Fam. 75. Cuius cauſa omnia cùm cupio, tum mehercule etiam debeo.

† ADVERB. Diutiùs, Top. Diutiùs munus, 3. de Orat. Magnoperè nihil, pro Planc. Nimium diu penſionem, 2. Phil. Omnino non, 1. Q. Frat. Plurimùm alicui, pro C. Corn. Balbo. Priuatim, pro Qu. Vltrò, ibid. Valdè, 6. Attic.

DEBILIS, *mancus, infirmus, imbecillis, leuis.* )( *Firmus.* 3. C. 3. Aut eos infirmos ſine illo ac debiles putabam. pro Mil. 95. Equites Romani, quorum vires erant debiles. pro Mur. 51. Duo corpora eſſe reip. vnum debile, infirmo capite: alterũ firmum, ſine capite. pro Seſt. 24. Si gladium paruo puero, aut ſi imbecilli ſeni aut debili dederis. pro Rab. 21. Q. Scæuola mancus, & membris omnibus captus ac debilis. 8. A. 31. Mutius ſenex & debilis veniebat in curiam. 1. de Di. 55. Tum ille etiã debilis factus eſt. pro Mil. 25. Occurrebat mancam & debilem Pręturam ſuam futurã Conſule Milone. de Cl. 219. Qui hac parte animi tam debili eſſet.

☞ Syntaxis. *Infirmus ac debilis. Imbecillis & debilis. Mancus, membris captus, ac debilis.*

DEBILITAS, *infirmitas.* I. P. 1. Tarditas ingenij, ſtupor, debilitáſque linguæ. 5. de Fin. 84. Bonum, integritas corporis, miſera debilitas. 4. 20. Itaque id agunt, vt à ſe dolores, morbos, debilitates repellant. 1. 49. Dolores humili animo imbecillóque ferre miſerum eſt, ob eámq; debilitatẽ animi multi ſeipſos penitùs perdiderũt. 3. Tuſ. 81. Separatim autẽ certæ ſcholæ ſũt de ſeruitute, de debilitate, de cæcitate, &c. 1. de Inu. 36. Morbus. debilitas, &c.

† ADIVNCT. Miſera, 5. de Finib.

☞ Syntaxis. *Linguæ ſtupor ac debilitas. Hîc perpende vim longè minorem ſequi.*

DEBILITATIO. I. P. 88. Debilitatio atque abiectio animi.

DEBILITATVS, *fractus.* 5. Fam. 13. Fractus & debilitatus. Anteq. 27. Oppreſſa eſt reſpubl. armis, metu debilitata ſeruili. pro Dom. 135. Mens debilitata metu cóncidit. pro Quint. 4. Vt multis incommodis veritas debilitata tandem recreetur. pro Dom. 25. Ciuitas fracta malis, muta, debilitata, abiecta metu. 1. de Orat. 122. Simul ac me fractum ac debilitatum vidit. pro Flac. 62. Fractum & debilitatum Græciæ nomen. 3. C. 10. Recitatis literis debilitatus atque abiectus; conſcientia cõuictus repentè conticuit. 2. con. Rul. 90. Neruis vrbis omnibus exectis, vrbs ipſa

ſoluta & debilitata relinquitur.2.C.14. Si Catilina meis conſiliis circumcluſus ac debilitatus ſubitò pertimuerit. Ibidem.24. Naufragorum eiecta & debilitata manus. Ibid. 10. Debilitatus ſtupris.pro Dom.40.Tuus præcipitans iam & debilitatus tribunatus.1.de Fin.47. Plerique autem victi & debilitati tradunt ſe libidinibus conſtringendos. Poſtquàm ad Quir.19. Aut debilitata virtute,aut fracto animo eſſe.2.de Ora.195. Afflictus,debilitatus,mœrens,&c.ad Brut.9.Minimè decet te animo debilitatum videri.Orat.3. Vereor ne tardem ſtudia multorum, qui deſperatione debilitari nolent,&c.pro Seſt.79. Multis vulneribus acceptis, ac debilitato corpore & contrucidato, ſe abiicit exanimatus.2.de Orat.142.Debilitatus à iure diſcendo.

**Debilito**, *debilem facio,frango,infringo,minuo,comminuo,exhaurio,neruos incido, execo, eneruo, affligo.* pro Fl.73. Membra vxoris debilitauit lapidibus, fuſtibus, ferro, manus contudit, digitos confregit,neruos concidit.5.Atti.4. Tua profectio ſpem meam debilitat.5.A.4. Vtrùm hoc eſt confirmare militum animos? an debilitare virtutem? 5.Tuſcu.76.Dolor ardentes faces intentat: is fortitudinem, patiētiam ſe debilitaturum minatur.pro Mur. 80. Horum ego audaciam debilito,ſceleri reſiſto. Poſtquàm in Senat.35.Quid eſt,quod animum meum frangere aut debilitare poſſit? in Vat.18. Tribunitios furores debilitare & reprimere.pro Cæl.60.Sed hæc facta illius clariſſimi viri mentio,& vocem meam fletu debilitauit, & mentem dolore impediuit. pro R.P.48. Sed me dolor debilitat,includítque vocem.pro Pl.103. Noli animum meum debilitare luctu.pro Mur.43.Hæc amicorum ſtudia debilitant.

**Debilitor**, pro Mar.8. Nulla eſt tanta vis,quæ non debilitari ac frangi poſſit.14.Fam.3.Debilitor lacrymis.pro Mur.45. Eiuſmodi candidatorum amici intimi debilitantur.8.A.4.Conſenſus populi, ſi nos langueſcimus, debilitetur neceſſe eſt. 5.de Fin.41.Si vincunt,lætitia ſe efferunt:victi debilitantur.pro Deiot.7.Actio cauſæ maximè debilitatur loco.1.de Orat.24. Cùm Druſi Tribunatus infringi iam ac debilitari videretur. 1. Q.Fr. 1. Animum frangi & debilitari moleſtia non oportet.3.de Ora. 190. Verſus debilitatur, in quacunque eius ſit parte titubatum. pro Cec.42.Saucij ſæpe homines cùm corpore debilitātur,animo tamen non cedunt. 1.Famil.6. Et ipſa die, qua debilitantur cogitationes inimicorum.*Hortenſ.Vt fame debilitetur equuleorum nimis effrænata vis.

† **Adverb.** Maximè, pro Deiot.

☞ Syntaxis. *Ciuitas fracta,debilitata. Abiectus,fractus,& debilitatus.Nomen fractum,& debilitatum.Vrbs ſoluta & debilitata.Stupris debilitatus.Debilitatum & contrucidatum corpus.Debilitare audaciam,virtutem.Frangere & debilitare animum.*

**Debitio**, *debitum.* 14.Att.13. Quintus de emendo nihil curat hoc tempore: ſatis enim torquetur debitione dotis. pro Planc. 68. Diſſimilis eſt pecuniæ debitio & gratiæ:nam qui pecuniam diſſoluit, ſtatim non habet id quod reddidit: qui autem debet: & retinet alienum,gratiam autem & qui refert,habet:& qui habet in eo ipſo quod habet,refert.

† **Adivnc.** Diſſimilis, pro Planc.

**Debitor**, *propriè is eſt, à quo inuito exigi pecunia poteſt.* 7.At.17. Ticinius debitoribus ſuis renunciauit,vt eodem fœnore vteretur.9.Fam.16. Hæc eſt leuior plaga ab amico quàm à debitore. pro Fl.48. Fecit eadem omnia quæ noſtri debitores ſolent: negauit enim ſe omninò verſuram illam feciſſe Romæ.2.Offi.78. Pecunias creditas debitoribus condonare. I.P.86. Nónne Fuſidium creditorem debitoribus addixiſti?

☞ Syntaxis. *Condonare pecuniam creditoribus. Addicere debitoribus creditorem.*

**Debitvm**, *debitio,æs alienum,pecunia debita,nomen.* 13.At.23.Ne exiſtimes,qui non debita conſectari ſoleant, quod debeatur remiſſuros. 1.Q.Fr.2. Itémque miſit ad Apollonienſes, ne de bonis quę Octauij fuiſſent,diminui paterentur,priuſquàm Fundanio debitum ſolutum eſſet.Antequàm.2.Fidei conducit in loco debitum retribuere.

**Debitvs**, *meritus, iuſtus.* pro Mil.86. Vobis illæ ſeræ quidem, ſed iuſtæ & debitæ pœnæ ſolutæ ſunt.pro Corn.59. Cui munus hoc debitum, & debitam iuſtámque gratiam refero. 2.de Orat. 208. Vt etiam iracundiam non iniuſtam, ſed meritam ac debitam fuiſſe defenderes.3.14.Alicui debitam gratiam meritámq; referre. Brut.7. & 7. A.10. Iuſtum ac debitum honorem alicui decernere. 1. C.20. Vita multis ſuppliciis iuſtis debitíſque erepta.ad Brut.15. Huic habiti à me honores nulli niſi debiti. pro Fla.54. Soluere pecuniam alicui iam diu debitam. 14.A.31. O fortunata mors, quæ naturæ debita, pro patria eſt potiſſimùm reddita. 5.Famil.8.Reddere officium alicui iamdiu debitum.ad Brut.16, Benefacta pro debitis exigimus. de Opt.3. Docere debitum eſt, delectare honorarium, permouere neceſſarium. pro Qu.39.Quod debitum non eſt,id datum non eſt.pro Cl.34.Pecuniam alicui non debitam ſoluere.12.At.24.Leuatio quædam eſt,ſi minùs doloris,at officij debiti.pro Quint.41. Satis eſt argumenti nihil eſſe debitum Næuio,quòd,&c.

† **Adverb.** Iam diu,pro Flac.& 1.Cat.

☞ Syntax. *Soluere iuſtas ac debitas pœnas.Referre debitam iuſtámue gratiam.Merita & debita iracundia.*

**Decantandvs.** 1. de Diui.105. Sola enim multorum annorum memoria non decantandi augurij,ſed diuinandi tenuit diſciplinam.

**Decantatvs**, *peruagatus.peruulgatus.* 2. de Orat.140. Quæſtiones omnes animo percurſas,ac propè decantatas habere debet.13.At.34. Etenim hæc decantata erat fabula.

**Decanto**, *canto,celebro,peruulgo.* 2.de Orat.75. Græcus doctor, qui alicui peruulgata præcepta decantet.4.de Fin.10.Quæ quidem efficit, ne neceſſe ſit iiſdem de reb. ſemper quaſi dictata decantare,neque à commentariolis ſuis diſcedere. 3.Tuſcu.53. Sed iam decantauerant fortaſſe.

**Decedens.** 2.Fam.15.Ego de prouincia decedens quæſtorem Cælium præpoſui prouinciæ.8.1. Quod tibi decedenti pollicitus ſum,me,&c.

**Decedo**, *cedo,diſcedo,morior.*)( *Accedo.* Antequàm 20. Ego inimicorum amentiæ ſalutis omnium cauſa decedam. Ibid.13. Si violentiæ impetu opprimimur,decedam pro omnibus vnus tribunitio furori. pro S. R. 73. Tametſi viciſſe debeo, tamen de meo iure decedam.4.V.43.Prætor vi cogat aliquem de ſuis bonis omnibus decedere.16.At.2.Sed cùm videas quantum de iure noſtro deceſſerimus,quid hęres? 6.2.Vt ex Cypro equites ante certam diem decederent.2.con.Rull.67. Decedere de poſſeſſione. 2. Offic. 63. Paulùm nonnunquàm de ſuo iure decedere. pro Cæl.38.Dici ſe nulla cupiditate inductum de via deceſſiſſe. pro Flac. 17. Senatus nihil à ſuperioribus continuorum annorum decretis deceſſit.2.Fam.11. Itaque conſtituiſſe dicuntur,in Cariam ex noſtra prouincia decedere. pro Clu. 167. An vt de cauſa eius nihil decederet? ad cauſam nouum crimen accederet? pro Quint.16. Decedit ex Gallia Romam ſimul Næuius.de Senect. 73. Vetat Pythagoras iniuſſu Dei de præſidio & ſtatione vitæ decedere.1.Fam.9.Sunt etiam qui putent,ſi decedas,à te relinqui poſſe,qui prouinciæ præſit.2.15.Ex prouincia decederet. 4.V.48.De prouincia decedere.pro Cornel.11. Qui de ciuitate quàm de ſententia decedere maluit.13.At.19. ζηλότυπον id fortè putabam,quod omnes illi deceſſerant.1.5.Pater nobis deceſſit ad VIII.Calend.Decemb.

**Decedor.** de Sen.62.Salutari,appeti,decedi,aſſurgi.

† **Adverb.** Alicunde,pro Cec.Certè,5.Ver.Aliquando de ſententia, pro Mur.Planè poſt annum,2.Fam.

☞ Syntaxis. *Decedere de prouincia,de poſſeſſione,de ſuo iure,de vita.*

**Decem** & tres.pro S.R.20.Fundos decem & tres reliquit.

**Decem**, & ſex.*pro ſexdecim.*pro Cl.74.*Lege*, Triginta.

**December**, *Lege*, Dies.*item*, Mensis.

**Decempeda**, *eius menſura inſtrumentum,quo terram metiuntur metatores.* 14.A.10. Saxa peritus metator, vrbem in decempeda ſua diuiſerat. pro Mil.75. Qui cum architectis & decempedis villas multorum hortóſque peragrauit. 4. Acad.126. Solis magnitudinem quaſi decempeda metiri.

**Decempedator**, *agri metator* 13.A.37. L. Antonius æquiſſimus agri publici & priuati decempedator.

**Decemprimi**, *qui δεκάπρωτοι Gracè dicuntur, nomen erat legationis Amerinorum:vt quinque primi, Agyrinenſium,in Sicilia, πεντάπρωτοι à Gracis.* pro S. R. 25. Itaque Decurionum decretum ſtatim fit,vt decemprimi proficiſcantur ad L.Syllam.

**Decemscalmvs.** *videtur Cicero hoc vſus quaſi adiectiuo Actuarioli.Lege*, Scalmvs.

**Decemviri.** 1.de Orat.58.& 2.con.Rull.16.Noſtri decemuiri qui duodecim tabulas perſcripſerunt.

**Decemviralis**, *vt ampliſſimum collegium decemuirale.* 6.V. 108.& 1.con.Rul.14.Pecunia decemuiralis.de Orat.*

**Decemviratvs**, *decem virûm magiſtratus,& officium.* 2.contra Rull.59.

**Decenter**, *decorè.* pro Cecin.74. Iura à maioribus decentiſſimè deſcripta.

**Decentia**, *conuenientia, condecentia, decorum.* 2. de Nat. 145. Venuſtatem,ordinem,&,vt ita dicam, decētiam oculi iudicant.

**Decernendvs.** 3.Fam.10. Ego cenſui ſumptus legatis quàm maximè ad legem Cotneliam decernendos.

**Decerno**, *ſtatuo, conſtituo, in animum induco, deſtino, mihi certum eſt, conſilium eſt, animo intendo, conſilium capio, indico,cenſeo, ſancio,decretum facio,decretum interpono, creui,ſententiam dico vel foro,decreto* 6.Atti.6. Decreueram cum eo valdè familiariter viuere.2.de Orat.156.Minimè,inquit Antonius,ac ſi decreui philoſophari potiùs,vt Neoptolemus apud Ennium paucis. 15.Fa. 4.Supplicationem mihi nunc decreuit.4. de Finib.22. Cùm Senatus triumphum Africano decerneret.3.At.15. Nihil impertiſti tuæ prudentiæ ad ſalutem meam, quod aut in meipſo ſatis eſſe conſilij decreueras,aut,&c.4. V.161. Senatus decreuit, populúſque iuſſit.4.C.5. Vos mea diligentia patefactam eſſe coniurationem decreuiſtis. 1. Famil. 1. Craſſus treis legatos decernit, nec excludit Pompeium: cenſet enim etiam ex iis

qui

qui cum imperio ſunt.1.Qu.Fr.1.Cùm ad templum monimen-
tùmque noſtrum ciuitates decreuiſſent. 7. Att. 15. Poſthumus
de quo nominatim decreuit Senatus vt iret in Siciliã. pro Do.
74. Nullum eſt in hac vrbe collegium, quod non ampliſſimè
de mea ſalute decreuerit,3.V.119. Verres contra edictum ſuum
ſine vlla religione decernebat. pro Fl.P. Orbius contra te om-
nia decreuit.10. At.12. Res quas Cæſar ſtatuit, decreuit, egit,
&c. 16. 18. Coſſ. de conſilij ſententia decreuerunt ſecundùm
Buthrotios. 4. 2. Nunciat iam populo pontifices ſecundùm ſe
decreuiſſe. 16. 20. Quæ Conſules decreuerunt ſecundùm Cæ-
ſaris decreta & reſpõſa ad Brut. 15. Decreui vt in factis ad eum
diem Bruti nomen inſcriberetur. 1. Fam.3. In primiſque vt quæ
Titus Appius de eius re decreuerit, ea comprobes. ad Brut. 15.
Decernere honores alicui. 2. ad Her. 19. De eadem re ſæpe alius
aliud decernit, aut iudicat. pro Qu.6. Vno iudicio de fortunis
omnibus decernere. 10. Att. 10. Sed vtinam meo ſolùm capite
decernerem. 2. de Ora.201. Pro mea omni fama fortuníſque de-
cerno.16.At.21. Res iſta eſt firma, quam Coſſ. de conſilij ſenten-
tia decreuerunt.

Decernor. 7.3. Sic omnia facere omnis debet, ne armis de-
cernatur. 2. de Orat.317. Certamen quod ferro decernitur. 5. At.
21. Nullos honores mihi niſi verborum decerni ſino. 8. 5. Pen-
deo animi expectatione Confinienſi, in qua de ſalute reip. de-
cernitur. pro Dom. 18. Non oportet quicquam vni extra ordi-
nem decerni. 3. Fam.10. Ad me adire quoſdam memini, qui di-
cerent nimis magnos ſumptus legatis decerni. 2.7. Itémq; peti-
ui à te nõ vt decernatur aliquid noui, quod ſolet eſſe difficilius,
ſed vt ne quid noui decernatur. Ibid. 11. Sũ ſollicitus, quidnam
de prouinciis decernatur. 3. Qu.Fr.1. Prætor edixit ne ad ludos
pecuniæ decernantur.

† Adverb. Atrociùs, grauiùs, planè, 11. Phil. Ampliſſimè, ſeuerè, pro
Dom. Cautè, variè, 6. Verr. Communiter ſupplicationes, 14. Phil. Dili-
genter, fortiter, de Repub. 4. Catil. Gratis honores omninò nemini
ſupplicationes, de Prou. Conſul. Grauiſſimè, ornatiſſimè, 1. Att. Hono-
rificentiſſimè de ſalute, pro Pub. Seſt. Iniurioſè, 1. ad Q. Frat. Iuſtè,
ſapienter, pro Cluent. Liberè, 14. Fam. Maturè, ſeriùs, 5. Philip.
Nominatim de aliquo, 7. Att. Quàm honorificentiſſimè, 3. Fam. Rectè,
pro S.R. Verè, ad Octau.

Decretvs. pro Cęl.38. Si eſſet aliqua diſſimilis iſtiùs, quæ ha-
beret palàm decretum ſemper aliquem, &c. pro Dom. 24. Lex
decreta. 3. C. 14. Atque hoc idem decretum eſt in L. Caſſium. 1.
Fam.7. Stipendium Cæſari decretum eſt, & decem legati. 2. de
Orat. 347. Decreta virtuti præmia. ad Brut. 7. Honos debitus
diis immortalibus decretus eſt. 15. Fam. 5. Itaque feci ſupplica-
tionem decretam, *id eſt, decreui ſupplicationem quidam enim ſic
diſtinguunt*. 7. Att. 1. Annuus ſumptus mihi decretus eſt. de Pro.
37. Is prouinciam deſponſam, non decretam habere videtur. *id
id, perpetuam, non ad tempus demandatam.*

† Adverb. Seuerè, epiſt. ad Brut.

☞ Syntaxis. *Decernit Cato, Senatus, Conſules. Decernere honores, &
de honoribus. Decretam facere ſupplicationem: id eſt, decernere.*

Decerpo, *delibo, excerpo, aufero*. pro Mar.7. Nihil tibi ex iſta
laude centurio, nihil præfectus decerpit. 2. de Ora.229. Ne quid
iocus de grauitate decerperet.

Decertvs. 5. Tuſc.38. Humanus animus decerptus ex mente
diuina.

Decertandi. 1. Offic.34. Duo genera decertandi ſunt, vnum
per diſceptationem, alterum per vim: illud proprium eſt homi-
nis, hoc belluarum.

Decertatio, *dimicatio, concertatio*. 11. A.21. Harum rerum
omnium decertatio Conſulibus commiſſa eſt.

Decerto, *depugno, dimico*. 5. Fam.8. Cùm multis conſularibus
tanta contentione decertaui, quanta nunquàm anteà. 5. de Fin.
5. Locus vbi Demoſthenes & Æſchines inter ſe decernare ſoliti
ſunt. de Pro.33. Cæſar cum acerrimis nationibus Germanorum
pręliis fœliciſſimè decertauit. pro Do.63. Vi & armis cõtra vim
decertare. 2. A.2. An decertare mecum voluit contẽtione dicen-
di? pro Planc.87. Iure & legibus diſceptando decertare.

† Adverb. Acerrimè, 2. Tuſc. Cominùs ferro inter ſe, in Piſo. Confe-
ſtim, 5. Phil. Feliciſſimè præliis, de Pro. Conſular.

☞ Syntaxis. *Magna contentione decertare. Prælijs, vi, & armis decer-
tare (vnà) Diſceptando decertare.*

Decessio, *abitur, diſceſſus*. 4. Fam. 4. Im mecum ſæpe de tua
manſione aut deceſſione communicat. 6. At.5. epiſt.5. Mihi de-
ceſſionis dies λελεληθότως obrepebat. 1. Qu.Fr.1. Ego ti ſpem ma-
turæ deceſſionis afferebam.

¶ *Detrimentum, diminutio*. pro R.P.30. Non intelligo hoc quale
ſit, vtrùm acceſſionem decumæ centeſima, an deceſſionem de
ſumma fecerit. Ibid. Deceſſionem milletalentûm eſſe factam.
2. de Diu.36. Hęc deceſſio capitis aut acceſſio ſubitóne fieri po-
teſt? de Vn.16. Nec enim vlla deceſſio fieri poterat, nec acceſſio.

† Adivnct. Matura, 1. Q. Frag. Moleſta, 1. Tuſc. Tarda, 4. Fam.

Decessvs, *deceſſio, mors*. de Am. 10. Me ipſe conſolor, & ma-
ximè illo ſolatio, quòd eo errore careo, quo amicorum deceſ-
ſu plerique angi ſolent. 2. A.97. Deceſſus è prouincia. 8. Fam.10.
Quod ad deceſſum tuum attinet.

Decet, *conuenit, decorum eſt, dignum eſt, poſtulat ius, patitur, par eſt,
aptum eſt*. 3. de Or.208. Nunc quod aptum ſit, id eſt, quod maxi-
mè deceat in oratione, videamus. 1. Offic. 125. Quid deceat, &
quid actum ſit perſonis, &c. 1. de Ora.120. Non enim pudendo,
ſed non faciendo id quod non deceat, impudentiæ nomen fu-
giendum eſt. Ibid.130. Quem non decet, hũc ad id quod poſſit,
detrudendum puto. 2.83. In quibus neque abeſſe quicquam de-
cet, neque redundare. 6. At.3. Quo maiorem ſpem habeo, nihil
fore aliter ac deceat. Ora.70. Vt in vita, ſic in oratione nihil eſt
difficilius, quàm quod deceat, videre. Ibid.74. Decere declarat,
quaſi aptũ eſſe conſentaneúmq; perſonæ, quod in omnibus re-
bus valet, contráq; itẽ dedecere. 1. Offic.93. Quod decet, hone-
ſtum eſt: quod honeſtum eſt, decet. Ibid.110. Nihil decet inui-
ta, vt aiunt, Minerua. 1. de Diu. 39. Sed exemplis grandioribus
decuit vti. 6. A. 1. Res confecta eſt, minùs quidem ille ſeuerè
quàm decuit, non tamen omninò diſſolutè. de Opt.10. Si eodem
modo putant dici pro Milone decuiſſe. 1. Offic. 113. Nec velle
experiri, quàm ſe aliena deceant. Ibid. Id enim maximè quemq;
decet, quod eſt cuiuſque ſuum maximè. Or.191. Decet hoc ne-
ſcio quomodo illum. de Pro.41. Hoc decet me, & conuenit iis
rebus quas geſſi. 3. de Fin.64. Decet chariorem eſſe patriam no-
bis, quàm noſmetipſos. 4. Tuſc.34. Oratorem iraſci non decet,
ſimulare non decet. 2. de Leg.7. Fieri ſic decet.* in Clod. Quem
decet muliebris ornatus. quem inceſſus pſaltriæ.

☞ Syntaxis. *Id decet, & aptũ tibi eſt. Id erit aliter, ac deceat. Quod
decet, honeſtum eſt. Hæc illum decent.*

Decido, *cado*. 2. Offic. 43. Ficta omnia tanquàm floſculi deci-
dunt. de Sen.71. Poma ex arboribus, ſi matura ſint, décidunt. de
Ar.54. Ne in vnius imperium res, decidat, admonemur. 2. At.21.
Decidere ex aſtris.

¶ *Deciſionem facio, tranſigo, pactionem facio, decerno*, de Aruſ. 42.
Clodius cum propinquis ſuis decidit, ne reos faceret. pro Qu.
17. Decidis ſtatuíſq; tu, qui ad denarium ſolueretur. ibid. Per te
C. Aquili decidit P. Quintius, quòd liberis Scapulę diſſolueret.
3. V.125. Dicebat iſte, niſi cum muliere decideretur, in poſſeſ-
ſionem ſe ire iuſſurum. 4. 79. Qui cum reo tranſigat, pòſt cum
accuſatore decidat. 3.56. Qui medimnis DCC. decidere voluit.
pro S.R.114. Tranſigere atque decidere cum aliquo. Ibid. 32.
Magno tuam dimidiam partem deciſiſti. Ibidem.4. Tuam par-
tem dimidiam, quemadmodum vis, decide. Ibidem. De tota re,
inquit, deciſiſti: ergo huc, &c. pro Qui. 19. Decidere de omni-
bus rebus rationibúſque ſocietatis.

† Adver. Celeriter tanquàm floſculos, 2. Offic.

☞ Syntaxis. *Tranſigere atq; decidere cum aliquo. De omnibus rebus
decidere.*

Decimvs. 2. A. 77. Hora diei decima ferè ad ſaxa rubra venit.

Decipio, *capio, impono, circumuenio, frudo, circumſcribo, induco, fal-
lo, ſupplanto, fucum facio, in fraudem impello, in errorem induco, ver-
ba do, errorem obÿcio, errorem incutio, in fraudem deduco, aucupor,
eludo*. 2. de Diu.116. Nam illa amphibologia, quæ Crœſum de-
cepit, vel Chryſippum potuiſſet fallere. 13. At.13. Niſi fortè me
communis φιλαυτία decipit. 1.6. Quod te de Traiano negotio
decepiſſe ſcribis, id ego Tadio gratum eſſe intellexi. 2. de Orat.
289. Decipere expectationem alicuius.

Decipior. 4. Aca.66. Decipi, falli, capi.

Decisio, *tranſactio*. pro Qu. R.48. Dicam deciſionem factam
eſſe, quæ facta non eſt. pro Flac.88. Deciſionis arbiter C. Cæci-
lius fuit. pro Cec.104. Noſtra deciſio de æquitate.

† Adivncta. Mediocris & tenuis, vetus, pro Q. R. Propria, 1.
Acad.

Decisvs. 7. V. 119. Quibus omnibus rebus actis atque deciſis,
producuntur è carcere. *id eſt, tranſactis.*

Decivs. 1. Tuſc.89.

Declamatio, *domeſtica exercitatio & vmbratilis, & commen-
tatio incluſa, quo in genere pueri apud magiſtros exercentur*. pro
Mur. 44. Non placet mihi declamatio potiùs quàm perſaluta-
tio. 1. Tuſc. 7. Hæc mihi ſenilis eſt declamatio. pro Planc.47.
Vulgaris & peruulgata declamatio. *Hîc aſpice ſynonymiam vul-
garem.* Declamationis nomen apud nullum autorem antiquum
ante ipſum Ciceronem inueniri poteſt. *Seneca.*

† divnct. Quotidiana, 15. Fam. Senilis, 1. Tuſc. Vulgaris & peruaga-
ta, pro Planc:

Declamator. 3. de Orat. 136. Non eum declamator aliquis
ad clepſydram latrare docuerat. pro Plan.83. Non vobis videor
cum aliquo declamatore diſputare? Ora.47. Declamator de lu-
do. *Lege*, Rabvla.

Declamatorivs. 1. de Orat.73. Declaratur, vtrùm in hoc
declamatorio ſit opere iactatus. 3. Qu.Fr.3. Puer magis illo de-
clamatorio genere delectatur: in quo, quoniam ipſi fuimus, pa-
tiamur illum ire noſtris itineribus.

Declamitans. de Cl.310. Cõmentor declamitãs (ſic enim
nunc loquuntur) ſæpe cum M. Piſone, aut cum aliquo quotidie.

Declamito. 1. de Ora. 251. Græci, qui annos complures ſe-

dentes declamitant.1,Tuſ.7.Vt enim anteà declamitabam cauſas,quod nemo diutius fecit, ſi hæc mihi ſenilis eſt declamatio. 16.Fam. 21. Præterea declamitare Græcè apud Caſſium inſtitui,Latinè autem apud Brutum exerceri volo. 2. A. 42. Quanquàm tu quidem vini exhalandi, non acuendi ingenij cauſa declamitas.

† Adverb.Græcè,16.Fam.Multùm,Latinè,de Clar.

☞ Synta.*Declamitare cum verbo:item cauſas,& Græcè:Latinè,&c.*

Declamo,*exerceor in declamationibus.* 2.de Fin. 5. Ad fluctum, aiunt declamare ſolitum Demoſthenem,vt fremitum aſſueſceret voce vincere. 6.V. 149.Ille inſanus, qui pro iſto contra me vehementiſſimè declamaſſet,libellum mihi dat.3. Fa. 11. Maieſtas eſt (vt Sylla voluit) ne in quemuis impunè declamare liceret.14.Att.12. Haud amo vel hos deſignatos,qui etiam declamare non coëgerũt.pro S.R.82. Quæ mihi viſus eſt ex alia oratione declamare.5.A.19.Ipſe intereà decem & ſeptẽ dies de me declamauit,vt digeſtio potiùs quàm declamatio videretur.

† Adverb. Impunè in quemuis, 3. Famil. Intereà decem & ſeptem dies,5.Phi.Vehementiſsimè contra aliquem,6.Ver.

☞ Syntaxis. *Declamare vehementer,ad fluctus,ex alia oratione,de aliquo.*

Declarandvs,1.Fa.13. Itaque hoc ſæpiùs dicendum tibíq; non ſignificandum ſolùm,ſed etiam declarandum arbitror, nihil mihi eſſe potuiſſe tuis literis gratius.2.Offic.6. Hoc autem tempore tantùm nobis declarandum fuit,cur,&c.

† Adverb.Maximè,3.de Orat.Tantùm,2.Offic.

Declarans.3.de Fini.13. Plura vocabula idem declarantia.3. de Or.218.Geſtus ſententiam non demonſtratione, ſed ſignificatione declarans.1.de Diu. 127. Homo ſignis quibuſdam conſequentia declarantibus futura præſentit.

Declaratio.15.Fa.21.Liber iſte,quem mihi miſiſti, quantam habet declarationem amoris tui.

† Adivnct.Iucundiſsima,10.Famil.

Declaratvs.2.Att. 23. Clodius Tribunus plebis declaratus.

♣ ‖pro Mur.2.Declaratus Conſul.

Declaro,*ſignifico,demonſtro,oſtendo,pronuncio.*5.A. 39. Lepidus gemitu & mœſtitia declarauit, quantũ haberet odium ſeruitutis.Orat.210.Quod plurimis locis perorationes noſtræ,voluiſſe nos ea animo contendiſſe declarant.2.de N.6.Præſentiam ſæpe Diui ſuam declarant.1.de Orat.190. Propriam cuiuſque rei vim definitione declarare.de Vn. 35. Qui eatenus ſe nobis declarant,quoad ipſi volunt.pro Mur.3.Profectò etiam rectiùs in iudicio Conſulis deſignati,is potiſſimùm Conſul qui Cõſulem declarauit,autor beneficij populi Romani,defenſórque periculi eſſe debebit.2.cont.Rul.4.Itaque me non extrema tribus ſuffragiorum, ſed primi illi veſtri concurſus, non ſingulæ voces præconum,ſed vna voce vniuerſus populus Conſulem declarauit.Ora.74.Decere perfectionem declarat officij.Ibidem.Decere declarat quaſi perfectum eſſe,&c. 1.de D. 39. Declarant illa quidem acumen interpretis, ſed, &c. 1.Offic. 26. Declarauit id modò temeritas C.Cæſaris,qui,&c.Parad.6.Copiam rerum declarat ſatietas rerum & abundantia.1.de Or.193. Actionum genera quædam maiorum conſuetudinem vitámque declarant.6. At.1.Qui declarauit,quanti me faceret,cùm ſæpe,tum in Bruſa. pro Dom.98. Is nullam beneuolentiam inſignem in rempublicam declarat.*de Clar.104.Tempus declarandi ingenij.

Declaror. 3. de Orat. 46. Verba vſitata & propriè demonſtrantia ea quę ſignificari & declarari volemus.1.de Diu.2.Volatibus auium cantibúſq;, vt certiſſimis ſignis,declarari res futuras.2.de Nat.163. Multa oraculis declarantur, multa vaticinationibus.2.de Or.280.Cannius exclamat, neutrum illis literis declarari.*ſc* A.F.P.R.

† Adver.Apertè,obſcurè,2.de Diu.Apertiùs literis,15.Fam.Faciliùs beneuolentiam,13.Fam.Parum,3.Tuſc.Planè,13.Att.

☞ Syntaxis. *Diui declarant ſuam præſentiam,i.apparent. Declarare aliquem Conſulem:id eſt,pronunciare,ſignificare,& declarare.*

Declinandvm. de Amic. 62. Nonnunquàm declinandum eſt de via,modò ne ſumma turpitudo ſequatur.1.Off.145.Quæ autem parua videntur delicta, ab his eſt diligentiùs declinandum.

♣ ‖ 8.At.15. Neq; ea tam pertimui ſi ſubeunda eſſent, quàm declinanda putaui ſi honeſtè vitare poſſem

Declinatio, *deflectio.*)(.*Appetitio.*3.de Nat.33.Nullum animal eſt,in quo non & appetitio ſit, & declinatio naturalis. pro Cl. 148.2.At.19.Neq; hæc tua recuſatio confeſſio ſit captæ pecuniæ, ſed laboris & periculi declinatio. de Fat.22.1.de Fin.19. Epicuri atomorum declinatio commentitia, de Fat.47. Cùm attuliſſet nullam cauſam, quæ iſtam declinationem efficeret; tamen,&c. 1. C. 15. Ictum parua quadam declinatione, &,vt aiunt, corpore effugere. 3. de Orat. 205. Declinatio breuis à propoſito.

† Adivnct. Breuis à propoſito,3.de Or.Commentitia,de Fat.honeſta periculi,3.Att.Naturalis,3.de Nat.parua,1.Catil.

Declino, *deflecto, decedo, vito,declinationem efficio,de via deducor.*)(.*Appeto,aſciſco.*2.de Orat.157. Sed vt eò reuertatur, vnde huc declinauit oratio : vidéſne,&c.Ora.138.Vt declinet à propoſito deflectátq; ſententiam.4.Tuſc 13.Vt bona natura appetimus,ſic à malis naturâ declinamus?quæ declinatio,ſi cum ratione fit,cautio appellatur.1.de Leg 57.At ego huc declinabam non inuitus.1.Offic.19.Declinare vitia.Ibid.11.Et declinare ea quæ nocitura videãtur.de Fat.22. Motus extra põdus & plagã, cùm atomus declinat interuallo minimo.1. de Fin. 19. & 1. de N.69.Epicurus ait,ſine cauſa declinare atomos.de Fat.46.Atomum loco moueri,& declinare dicis. Ibidem. Quæ ergo noua cauſa in natura eſt,quæ declinet atomum. *id eſt, deflectat.* Ibid. 18.Cum duo indiuidua per inanitatem ferantur, alterum è regione moueri,alterũ declinare.pro Seſt.73. Magna rerum permutatione impendente declinaui paululùm.pro Milon.41.Declinare laqueos iudicis.2.At.19.Declinare periculum ſine moleſtia.Orat228.Tectè declinare impetum aduerſarij.5.de Fin.5. Declinare de via ad dextram.14.At.19.Non arbitrantur Antonium à Capua declinaturum.pro Planc.97. Vrbem illam declinaui,quæ,&c.pro Clu.106.Declinare de ſtatu ſuo.

Declinor.3.de Nat.33.Appetuntur quæ ſecundùm naturam ſunt,declinantur contraria.

† Adver. Aliquantùm,à propoſito,tectè impetum, Or.ad Brut. Diligentiſſimè à vitiis,1.Offi.Naturaliter,de Fat.Paululùm,pro Seſt.

☞ Syntaxis. *Declinare de via,à via.Declinatio & appetitio natura. A propoſito declinatio.Oratio declinans:ſcilicet à propoſito.Loco mouetur,& declinat atomus.Ille à Roma declinauit.De ſtatu ſuo declinare.Vitium,periculum declinare.*

Decoctor, *qui ſuam rem confecit,inficiator,fraudator.*2. A.44. Decoctoribus lege Roſcia certus locus erat conſtitutus.2.C.5. Exercitus collectus ex ſenibus deſperatis, ex ruſticis mendiculis,ex decoctoribus.

Decoctvs. 3. de Orat.101. Suauitas auſtera,ſolida.)(. *Dulcis, decocta.*I.P.61.Argentum decoctum.

Decolor, *quod colorem amiſit, ſine colore.*2.Tuſc.20. Iam decolorem ſanguinem omnem eſorbuit.*Poëta.*

Decoloratio, *liuor.* 2. de Diuin. 58. Sed & decoloratio quædam ex alia contagione terrena, maximè poteſt ſanguini ſimilis eſſe.

Decoloratvs, *ſine colore.*2.ad Here.8. Si tumore aut liuore decoloratum eſt corpus mortui, ſignificat eum veneno necatum.Ibid.44.Mortuum,deformatum,tumore præditum,corpore decoloratum conſtat fuiſſe.

Decoqvo, *malè rem rego, conturbo.* 2.A.44. Tenéſne memoria prætextatum te decoxiſſe? Ibidem. Qui fortunæ vitio,non ſuo decoxiſſet.9.Att.11. Sciebam eum agrum decoquere quoto anno.

♣ ‖ *aliàs,*de ſolo ſolere quærere.

Decor, *Lege,* Decvs.1.Ac.33.Theophraſtus ſpoliauit virtutẽ ſuo decore,imbecillámq; reddidit : quòd negauit in ea ſola poſitum eſſe beatè viuere.1.de Fin.36.Factis virorum fortium,non emolumento aliquo,ſed ipſius virtutis decore laudandis.

Decoratvs, *ornatus.* 5.Tuſc.119. Caſſum quiddam,& inanis vocis ſono decoratum.

Decore, *decenter.*1.Offic.114.Vt ea ſi non decorè,at quàm minimè indecorè faciamus.1.de Ora.144.Loqui ad rerum dignitatem aptè & quaſi decorè.3.180.Quibus hi tres pedes in principio continuandorum verborum ſatis decorè cadunt. 1. de

♣ Diu.20. Formata decorè.

☞ Syntaxis. *Aptè,& quaſi decorè.Decorè cadens pes.*

Decorandvs, pro Lig.6.O clementiam admirabilem, atque omniũ laude,prædicatione,literis,monumentíſq; decorandam.

Decoro, *celebro, orno, cohoneſto.*)(.*dedecoro.* Antequàm.3. Quos maiores noſtri æterna triumphi laude decorarunt. pro Cor.16. Quem pop. Romanus ſingularibus honoribus decorauit. I.P. 27. Reſpublica quam ipſe decorârat atque auxerat. 1.Tuſc.34.

*Nemo me lacrymis decoret,nec funera fletu*
*Faxit cur? volito viuu' ora per virûm.*

de Clar.263.Hæc omnia vitæ decorabat grauitas & integritas. ad Oct.Scipiones patriã ſuam ſpoliis triumphíſq; decorarunt.

Decoror. 1.de Or.194.Cùm honeſtus labor honoribus, præmiis,atque ſplendore decoratur.4.Acad.4.Quę populari gloria decorari in Lucullo debuerunt, ea ferè ſunt & Græcis & Latinis literis celebrata.1.de Orat.232. Socrates reſpondit ſeſe meruiſſe,vt ampliſſimis honoribus & præmiis decoraretur.pro Ar. 22. Omnes denique illi, Maximi, Marcelli, &c. non ſine communi omnium noſtrûm laude decorantur.4.V.112.Id oppidum maximis monumentis decoratur.

☞ Syntaxis. *Decorare & augere honore,præmijs,laudibus,ſplendore, monumentis.*

Decorvm, *decus.* Orat.70. Vt in vita, ſic in oratione nihil eſt difficilius,quàm quod deceat,πρέπον appellant Græci,nos dicamus ſanè decorum. huius ignoratione non modò in vita, ſed ſæpiſſimè & in poëmatis,& in oratione peccatur.1.Off.93.Hoc loco continentur, id, quod dici Latinè decorum poteſt, Græcè enim πρέπον dicitur : huius vis eſt ea,vt ab honeſto non queat ſeparari. 1.Offic.96. Decori deſcriptio duplex:nam & generale quoddam decorum intelligimus , quod in omni honeſtate verſatur;

verſatur:& alíud huic ſubiectum,quod pertinet ad ſingulas par-
tes honeſtatis. *& ibi de vtroque decoro*.ibid.Decorũ,quod Poetæ
ſequuntur.13.At.16.Illam Academiam σύνταξιν, totam ad Var-
ronem traduximus, quæ modò fuit Catuli Luculli, Hortenſij:
deinde quia παρὰ τὸ πρέπον non videbatur, quod erat homini-
bus nota,&c.ſimulac veni ad vllam, eoſdem illos ſermones ad
Catonem Brutúmque tranſtuli. 1.Off.97.Seruare decorum.pro
Seſt.119.Scio,quid grauitas veſtra,quid hęc aduocatio,quid il-
le cõuentus,quid dignitas populi Rom.& quid periculi magni-
tudo,quid ætas,quid honos meus poſtulet. *decori eſt explicatio.*

† ADIVNCT. Generale,1. Offic.

**DECORVS**, *decens,conueniens,πρέπον, conſonus.*)(.*Indecorus*.5.At.
9.Patras accedere ſine iis impedimentis,non ſatis viſum eſt de-
corum.1. Offic.66. Nihil niſi quod honeſtum decorúmque ſit,
expetendum eſt. 2. de Nat. 151. Aurum res ad vſum apta,& ad
ornatum decora.de Senect.28.Sed tamen decorus eſt ſermo ſe-
nis quietus & remiſſus. 2.de Leg.45.Color albus præcipuè de-
corus Deo eſt.1.de D.118.Quod non decorum eſt,nec dignum
diis. 2. de Leg.20.Quæ cuique diuo decoræ gratæq́ue ſint ho-
ſtiæ,prouidento.1.Offi.111.Omninò ſi quicquam eſt decorum,
nihil eſt profectò magis quàm æqualitas vniuerſæ vitæ, tum
ſingularum actionum.1.de Diuin.62. Epicurus ſentit nihil vn-
quàm elegans,nihil decorum.4.Aca.Hoc tibi non ita decorum
eſt.4.At.15.Vt vix ſatis decorum videretur,eum plures dies eſſe
in Tuſculano.1.de Diu.22.

*Otia qui ſtudijs læti tenuêre decoris.* Hor.
*Et Lycum nigris oculis nigroq́ Crine decorum.*

☞ Syntaxis. *Aurum ad ornatum decorum. Sermo decorus, quietus, remiſſus. Decorus Deo color albus. Decorum & dignum hoc tibi. Hoc mihi decorum,& gratum eſt.*

**DECREPITVS**, *ſenectute affectus, confectus,qui ſumma ſenectute eſt.* pro Cæl.38. Triſtis ac decrepitus ſenex.

**DECRESCO**, *ſubcedeo,decedo.* 2.de Diu.33. Oſtreis & conchyliis omnibus contingit,vt cum Luna creſcant paritérq; decreſcant: *id eſt,exhauriantur.*

**DECRETVM**, *interdictum,conſultum.*4. V. 119. Qui Romæ totum edictum,& annua decreta vendidit.3.93.Qui decretis edi-
ctíſque tuis in te concitati ſunt.pro S.R.25.Decurionum decre-
tum ſtatim fit,vt Decemprimi proficiſcantur ad L.Syllam.2.ad
Her.19. Iudicatum eſt, de quo ſententia lata eſt, aut decretum
interpoſitum.4.V.119.Verres ab Siculis ob decreta interponen-
da pecuniam accepit. pro Dom. 74. Omnes publicanorum ſo-
cietates de meo conſulatu ampliſſima atq; ornatiſſima decreta
fecerunt.13.Fam.56.Pecuniam neque ex edicto,neque decreto
depoſitam habuit. Poſtq. in Sen.2.Senatus,à quo ſæpè munifi-
centiſſimis decretis honeſtati ſumus.9. Att.18.Cæſar volet au-
gurum decreta facere.1. A.3. Ne qua tabula vllius decreti Cæ-
ſaris aut beneficij figeretur.3.con.Rull.43. Cur non item & de-
creto, & palàm regionem illam petiuerunt? 16.At.17.Si ea de-
creta,quæ de Cæſaris actis interpoſita ſunt,non ſeruantur,ma-
gna perturbatio rerum futura eſt.Ibid.19.Decretum quod Coſſ.
ſecundùm Buthrocios fecerunt, quamprimùm confirmet &
probet. Ibid.16. Liberaliſſimum decretum abſtulimus,quod &
obſignatum ab ampliſſimis viris. pro Mil. 40. Cùm Pompeius
de me decretum Capuæ feciſſet.10. A. 12.Si omne ius decretis
Reip.ſtatueretur.

¶ *Dogma ſcitum*.4.Acad.27. Sapientia neque de ſe ipſa dubitare debet,neq; de ſuis decretis,quę Philoſophi vocant δόγματα: quorum nullũ ſine ſcelere prodi poterit.4.Ac.109. Nullum ſapientis decretum eſſe poteſt,niſi comprehenſum,perceptum,& cognitum. 2.de Fin.28.Eſt enim tanti Philoſophi,audacter ſua decreta defendere.*con.C.Anton. Cùm grauiſſimis veſtris decretis abſens notatus eſt.16.At.21.Quem arbitramur decretum Conſulum comprobaturum.

† ADIVCNT. Ampliſſima atque ornatiſſima, diuina atque immortalia, pro Dom. Annua, noua, 3. Verr. Egregium,2. Phil. Falſa,3. Phil. Falſum,4,Academ.ibidem ſtabile.Fixum,ratum,firma, pro Mur.Grauiſſima, 11. Phil. Honeſtiora,4. Phil.Honorificentiſſima, pro Deiotar. Iuſtum & ſeuerum, 8.Att. Liberaliſſimum, 1. Att. Magnificentiſſima, Poſtq.ad Quir. Multa,ſuperiora.pro Flac.Præclarum,5.Tuſc.Vetus,2. de Diuin.

☞ Syntaxis. *Decretum edictumq́ interponere, facere decretum. Decreti tabulas figere. Decretum auferre:id eſt,obtinere.*

**DECVMA**, *decima pars,quam arator decumano dabat.*5.25.Quantum decumanus edidiſſet, tantum ſibi decumæ dare oportere. Ibid. 104. Ager vectigalis populo Rom. ex parte decuma. pro Dom.50.Decumæ facinorum & ſtuprorum.5. V. 88. Addicere decumas alicui. *Lege*, SCRIPTVRA. Ibid. 110. Agri. Leontini decumæ anno tertio venierunt tritici medimnis XXXVI. & 112. Ratio decumarum ſine plurimis literis confici non poteſt.Ibid.Totidem medimna decumæ debeantur. Ibidem. 113. Pluribus millibus medimnum veniſſe decumas agri Leontini. quàm. Ibid. Vt pluribus medimnis decumas emeret. Ibid. 114. Minùs tribus medimnis in iugerum neminem dediſſe decumę. Ibid.Neminem minùs tribus decumis dediſſe.

† ADIVNCT. Certæ,magnæ,reliquæ, 5.Verr.

☞ Synt. *Ager ex decuma parte vectigalis. Addicere decumas alicui.*

**DECVMANVS**, *magnus, & publicanus qui decumas exigit.* 2. de Fin. 24. O Publi, ô Gurges Galloni, es homo miſer, inquit. cœnaſti in vita nunquàm bene, cùm omnia in iſto conſumis, ſquilla atque accipenſere,cum decumano.5.V.110. ad 118. De decumanis,qui decumas exigebant.

† ADIVNCT. Certi,pro Quint.Languidus vigiliis, miniſtri ac ſatellites cupiditatum ſuarum,plenus ſqualoris ac pulueris,5.Verr.Principes & quaſi Senatores cupiditatum ſuarum,4.Verr.

**DECVMBO**, *cubo, iaceo.* 2. Tuſc. 41. Mittunt etiam vulneribus confecti,ad dominos,qui quærant,ſi ſatisfactum iis ſit, ſe velle decumbere.Ibidem.Quis non modò ſtetit,verùm etiã decubuit turpiter.3.A.35. Quod gladiatores nobiles faciunt, vt honeſtè decumbant, faciamus nos principes orbis terrarum. 5. V. 61. Cum Apronius in triclinio,quod in foro ſtrauerat,decubuiſſet.

† ADVERB. Honeſtè,3.Phil.Turpiter,2.Tuſc.

***DECVMVS**, *decimus.*5.V.121.Vix decuma pars aratorum.

**DECVRIA**, *claſſis, ordo iudicum Romæ:à decies centenis iudicibus appellata, qui in ſingulis curijs ſedebant.* 1. A. 19. Lex promulgata eſt de tertia decuria iudicum.5.P.4.4. V. 79. Hunc hominem iudicum numero habebimus? hic alteram decuriã Senatoriam iudex obtinebit? 5.185. Qui nummulis corrogatis de ſcenicorum corollariis cùm decuriam emerunt, ex primo ordine exploſorum in ſecundum ordinem ciuitatis venerunt.pro Cluen. 103.Mulcta ab eo petita eſt,ſicut ab Iunio,quòd non ſuæ decuriæ munere,neque ex lege ſediſſet.

† ADIVNCT. Senatoria,4.Verr.Tertia,1.Phil.

**DECVRIATIO**, *in curias diſtinctio & deſcriptio.* pro Planc. 45. Decuriatio tribulium,deſcriptio populi,&c.

**DECVRIATVS**, *in curiam adſcriptus.*2.Q.Fr.4. S.C.factum eſt, vt ſodalitates decuriatiq; diſcederent. pro Do.13. Cum deſperatis ducibus decuriatos ac deſcriptos haberes exercitus perditorum.

**DECVRIO**, & **DECVRIOR**, *in curiam adſcribo.* pro Planc.45. Doce decuriaſſe Plancium, conſcripſiſſe populum,&c.Ibid.47. Tu doce Plancium ſequeſtrem fuiſſe,largitum eſſe,conſcripſiſſe,tribules decuriauiſſe.pro Seſt.34.Cùm vicatim ſerui conſcriberentur,decuriantur.7.A.18.Non rurſus improbos decuriabit? non ſollicitabit agrarios?

† ADVER. Vicatim,pro Pub.Seſt.

**DECVRIO**, *quaſi Senator in municipio,vel conuentu.* pro S. R.25. Decurionum decretum ſtatim fit, vt Decemprimi proficiſcantur ad Syllam.pro Clu.41.Illum tabulas publicas Larini corrupiſſe,decuriones vniuerſi indicârunt.pro Seſt. 10. Recita, quid decreuerint Capuæ decuriones.Ibid.L.Manlius eſt vnà cùm reliquis Neapolitanis ciuis Romanus factus,decurióq; Neapoli.

**DECVRRITVR**. 1. Tuſc.15. Iam video calcem : ad quem cùm
♣ ſit decurſum, nihil ſit præterea extimeſcendum.‖16.Fam. Ego puto te belliſſimè,&c.decurſurum.

† ADVERB. Belliſſimè,16.Fam.Cupidè,pro Pub.Quint.

**DECVRSIO**, *excurſio.* 11.Fam. 10. Neceſſe eſt Antonius Apennino Alpibúſque ſe teneat, & decurſionibus per equites, quos habet multos,veſtet ea loca quæ incurrerit.

**DECVRSVS**, *confectus, tranſactus, indicatus.*de Sen.83.Nec verò velim quaſi decurſo ſpatio à calce ad carceres reuocari.pro Q. 88. Biduo DCC.millia paſſuum eſt decurſa.Ibid.81.DCC.millia paſſuum vis eſſe decurſa biduo.Ibid.99.Propè acta iam ætate decursáque.8. Fa.13.Cætera porrò & ætate iam ſunt decurſa, &c. 1. de Orat. 148. Iſta quæ abs te breuiter de arte decurſa ſunt,audire cupimus.

† ADVER. Breuiter,1.de Orat.

☞ Syntaxis. *Spatium decurſum. Ætas acta,& decurſa. Multa diſcrimina ætate decurſa. Breuiter hæc à te decurſa.*

**DECVRSVS**, *ſpatium, functio.* 3. Fam.2. Facilior erit mihi quaſi decurſus mei temporis.1.de Or.1. Decurſus honorum.

**DECVRTATVS**. Orat .178. Animus mutila ſentit quædam, & quaſi decurtata.

**DECVS**, *honor,laus,dignitas,honeſtas,ornamentum.* 1.de Orat.199. Ego mihi hoc præſidium comparaui, non ſolùm ad vſum forenſem, ſed etiam ad decus atque ornamentum ſenectutis.6.V. 97.Decora atque ornamenta fanorum.pro Cec.28. Falcula decus atque ornamentum iudiciorum.2. A.54.Cn. Pompeius,qui populi Romani decus ac lumen fuit. 1. de Natu. 7. Hoc magni intereſt ad decus & laudem ciuitatis.12. Att.5.Vt cernat dupli-ci decore cumulatam domum. 1. Offic.124. Ciuitatis dignitatem & decus cobſeruare.Ibid.17. Honeſtatem & decus conſeruare.de Pro. 28. Sed decus illud & ornamentum triumphi minuẽdum non putaui.2.de Fin.35.Vna ſimplex, cuius autor Zeno:poſita in decore tota. *id eſt,in honeſtate.* Ibid.44. Epicu reos niſi arguimus,omnis virtus,omne decus,omnis vera laus defenda eſt.5.de Fin.63.Ad laudem & ad decus nati ſumus.10.Fa. 12. Verum decus in virtute poſitum eſt. 2. de Fin.56. Adeunda ſunt pericula decoris honeſtatíſque cauſa. 3. Tuſcul. 18. Cùm

decore

decore atque omni me orbatum laude recordor, de Cla. 59. Vt homini decus eſt ingenium, ſic ingenij lumen eſt eloquentia. de Cla. 331. Et iiſdem artibus decus omne virtutis inunxiſti. 1. Off. 141. Modus autē eſt optimus, decus ipſum tenere. 2. de Leg. 55. Decus quod antiqui ſummū bonū eſſe dixerunt, hic ſolū bonum dicit: item dedecus, quod illi ſummum malum, hic ſolum.

† ADIVNCT. Lætum, 1. de Diuin. Magnum, de Clar. Verum, 10. Fam.

☞ Syntaxis. *Ait Cic. ſæpius, decus & ornamentum, & multitudinis numero. Decus ac lumen. Decus & laus. Natus ad laudem ac decus. Hoc tibi eſt decus, & decori. Decus & honeſtas.*

DECVSSO, *in forma X, literæ conſtituo.* de Vniu. 21. Hanc igitur omnem coniunctionem duplicem in longitudinem diffidit, mediæque accommodans, mediam quaſi decuſſauit.

DEDECET, *indecorum eſt.*)( *Decet, decorum eſt.* Orat. 74. Decere quaſi aptum eſſe & conſentaneum perſonæ, contráque item dedecere. 1. de Ora. 132. Is quæ habeas modicè ac ſcienter vti, & vt ne dedeceat. 4. Tuſc. 54. Oratorem iraſci minimè decet, ſimulare non dedecet. 1. Offic. 146. Vt ſi quid dedeceat in illis vitemus & ipſi. *aliter*, In illos.

DEDECORANS, *turpificans.* 3. 6. Te inanem redire turpiſſimum eſt dedecorantem & vrbis autoritatem, & magiſtri.

DEDECVS, *turpitudo, nota turpitudinis, infamia, probrum, labes, macula, ignominia, labes turpitudinis opprobrium.* 2. Tuſcu. 14. Nihil videri debet peius dedecore. 3. A. 35. Nihil eſt deteſtabilius dedecore. 2. de Leg. 55. Antiqui decus ſummum bonum eſſe dixerunt, item dedecus ſummum malum. 3. ad Her. 9. Dolor dedecore & infamia leuior eſt. 1. Offi. 139. Ampla domus dedecori domino ſæpe fit, ſi eſt in ea ſolitudo. 8. Attic. 7. Vnum etiam reſtat amico noſtro ad omne dedecus. Ibidem 11. Sed vereor, ne cùm nihil proficiam, etiam dedecori ſim. 1. Offic. 121. Optima hæreditas à patribus traditur liberis, gloria virtutis: cui dedecori eſſe, nefas iudicandum eſt. 2. de Diuin. 22. Cum ignominia & dedecore mori. 2. V. 51. & 9. At. 4. Admittere dedecus. 1. Offic. 123. Sin autem libidinum intemperantia acceſſerit, duplex malum eſt: quod & ipſa ſenectus concipit dedecus, &c. 3. Fa. 10. Admiſſum dedecus confitebor. pro Mur. 12. Sed aliquod aut in Aſia ſuſceptum, aut ex Aſia deportatum eſt flagitium ac dedecus. 1. C. 13. Quæ nota domeſticæ turpitudinis non inuſta vitæ tuę eſt? quod priuatarum rerum dedecus non hæret infamiæ? pro Cl. 12. Sine ſummo dedecore vitæ ac turpitudine. 8. At. 3. Subire periculum cum aliquo fortè dedecore. 1. de Fin. 47. Incurrere in dedecora. 16. Attic. 7. Nec verſari inter eos ſine dedecore potero. 5. V. 60. Homo in dedecore natus. de Cl. 130. M. Brutus, in quo magnum fuit, Brute, dedecus generi veſtro. pro S. R. 68. Sumptus effuſi cum probro atque dedecore. 16. Attic. 7. Factum meum flagitij plenum & dedecoris. pro Cluent. 61. Iudicia vera, atque inſigni turpitudine notata, atque oppreſſa dedecore & infamia. 4. ad Here. 45. Aliquem ſuis maculæ & dedecori eſſe. ad Hort. Quod dedecus eſt, quod non euocetur atque eliciatur voluptate?

† ADIVNCT. Aeternum, pro Font. Commune fami, pro Cluent. Deteſtabile, ſummum, 3. Philip. Domeſticum, Magnum, 3. Offic. Maius, malum, 1. Tuſc. Maximum, pro Rab. Sempiternum, in Piſon. Tantum, 5. Ver.

☞ Syntaxis. *Flagitium ac dedecus. Probrum & dedecus. Dedecus & infamia. Macula & dedecus. Dedecus ac turpitudo. Dedecus admittere, concipere. Id fiet dedecori tibi: &, erit ad dedecus. Incurrere in dedecora. In dedecore naſci.*

DEDICATIO, *conſecratio.* pro Dom. 103. Niſi quem fortè illius caſtiſſimi ſacerdotis ſuperſtitioſa dedicatio deterret. Ibid. 125. An conſecratio nullum habet ius? dedicatio eſt religioſa? Ibid. 121. Poſtem teneri in dedicatione templi oportet.

† ADVERB. Religioſa, ſuperſtitioſa, pro Dom.

DEDICATVRVS. 6. V. 123. Marcellus duo templa dedicaturum ſe Romæ vouerat.

DEDICATVS. 1. de Leg. 59. Ingeniúmque in ſe ſuum, ſicut ſimulacrum aliquod dedicatum putabit. 2. de Nat. 61. Fides & Mens, quas in Capitolio dedicatas videmus à M. Æmilio. Ibidem. Virtutis & Honoris templum à Qu. Maximo dedicatum. 2. de Leg. 28. Bene verò, quòd Mens, Pietas, Fides conſecratur, manu; quarum omnium dedicata publicè templa ſunt. 6. V. 64. Vt cū audiſſent ſimulacrum Iouis Opt. Max. dedicatum, legatos mitterēt. 3. de N. 13. Ædes Caſtori & Polluci in foro dedicatæ.

† ADVER. Publicè, 2. de Nat. Publicè templum, 3. de Nat.

DEDICO, *dico, conſecro, religioſum facio, religionem in aliquem locum infero, aliquem locum religione deuincio.* pro Arch. 19. Smyrnæi delubrum Homero dedicauerunt, pro Dom. 121. Simulacrum aut aram dedicare. 2. de Nat. 78. Conſecrare & publicè dedicare aliquem deum. pro Fl. 79. Ad hæc prædia incenſa dedicauiſti. pro Dom. 51. Quid, quod nunc apud Pontifices agis? te meam domum conſecraſſe, te monumentum feciſſe, te in ædibus meis ſignum dedicaſſe.

DEDICOR, *conſecror.* 1. de Leg. 3. Romulus templum ſibi dedicari in eo loco iuſſit.

† ADVER. Rectè, pro Dom.

☞ Syntaxis. *Dedicare templa, idola, aras, prædia, ſigna.*

DEDISCENDVS. 9. Fam. 20. Dediſcendæ tibi ſunt ſportulæ & artolagani tui.

DEDISCO, *quæ didici obliuiſcor.* 3. de Or. 91. Cùm iuuentus non dediſceret benè diſcendo. 9. Fam. 24. Deinde vereor, ne neſcio quid illud, quod ſolebas, dediſcas, & obliuiſcare cœnulas facere. de Cl. 51. Eloqentia loqui penè dedidicit. pro Quint. 56. Etenim ſi vult bonorum virorum inſtituto viuere, multa oportet diſcat atque dediſcat.

† ADVERB. Penè loqui, de Clar.

DEDISCOR. de Cl. 171. Hæc verba mutari dediſcíque poſſunt.

DEDITIO, *ſubiectio, cùm quis ſe in hoſtis poteſtatem tradit.* pro Pomp. 35. Pompeius eis ſpem deditionis non ademit, obſides imperauit. 13. A. 48. Cùm locum tibi relictum non modò ad pacem, ſed ne ad deditionem quidem fecèris. 3. Offic. 190. Atq; huius deditionis ipſe qui dedebatur, autor fuit. 4. A. 13. Maiores noſtri bellicoſiſſimas gentes in deditionem imperij redegerūt.

DEDITITIVS, *deditus.* ad Brut. 3. Id Senatuſconſultum pleriq; intepretantur etiam ad tuos ſiue captiuos, ſiue dedititios pertinere.

DEDITVS. 1. Fam. 7. Vt te admoneam, quod ipſe literis omnibus à pueritia deditus, experiendo magis quàm diſcendo cognoui. 1. de Orat. 57. Puer his ſtudiis mirificè deditus. 1. de Or. 2. Artes, quibus à pueris dediti fuimus. pro Mil. 92. Vir bonorum voluntati & autoriti Senatus deditus. pro Cæl. 63. Homo grauitati deditus. pro Arch. 12. Fateor me his ſtudiis eſſe deditum. 5. V. 59. Is ciues Romanos coluit, iis indulſit, eorum voluntati & gratiæ deditus fuit. pro S. R. 38. Vita vitiis omnibus dedita. pro Dom. 126. Vir religionibus deditus. 5. Fam. 8. Hoc ſum magis Publio deditus, quòd, &c. 2. de Fin. Epicuro deditus. pro Cæl. 72. Puer deditus diſciplinis & iis artibus, quibus, &c. de Cl. 223. Quin. Cæpio nimis equeſtri ordini deditus. pro Cæl. 45. Animus libidini deditus, cupiditate impeditus. de Clar. 79. Qu. nobilior iam patrio inſtituto deditus ſtudio literarum. pro Cæl. 80. Hunc addictum, deditum, obſtrictum tibi habebis. 10. Att. 3. Vt igitur hæc ſcirem, dedita opera has ad literas miſi. 3. de Or. 191. Opera dedita facere aliquid. 2. de Inu. 91. Imperatore Samnitibus dedito. ‖ 15. At. 4. Dedita opera miſi.

† ADVERB. Magnoperè ſtudiis, 3. de Orat. Mirificè, 1. de Orat. Penitus diſciplinæ, Poſtq. in Senat.

☞ Syntaxis. *Literis deditus, alicuius voluntati, & gratiæ, alicui. Addictum, deditum, obſtrictum aliquem habere.*

DEDO, *addico, trado, do, mancipo, quaſi conſecro.* 2. de Leg. 5. Patria, cui nos totos dédere & in qua noſtra omnia ponere, & quaſi conſecrare debemus. 3. Q. Fr. 5. Abduco equidem me ab omni reipublicæ cura, dedóque literis. 3. de Orat. 54. Itaque ei ſtudio ſe excellentiſſimi ingenij homines dediderunt. 1. Offic. 71. Qui doctrinæ ſeſe dediderunt. 1. de Orat. 10. Qui muſicis penitùs ſe dedidit, quin, &c. Ibid. 95. Cùm ſe ad ſcribendum maiore opera dediderit. Ibid. 234. Primùm Scæuolæ te dedidiſti. 5. Tuſcu. 115. Dédere ſe alicui arti toto animo. Q. de Pet. 27. Dédere ſe vni alicui, & deſerere cæteros. pro Arc. 26. Dédere aures ſuas alicui. Or. 148. Dédere ſe deſidiæ. 9. At. 3. Ne me totum ægritudini dedam. 1. Tuſc. 72. Qui ſe totos libidinibus dedidiſſent. 2. 48. Si ſe lamentis dedet. 2. de Fin. 66. Dédere ſe libidini alterius. 6. V. 90. Eius religione te vinctum aſtrictúmq; dedemus. Poſtquàm ad Quir. 13. Dédere aliquē cōſtrictum hoſtibus. pro Mil. 2. Quem reum ſententiis iudicum tradidiſſet, eum telis militum dédere. 9. At. 12. Do, do pœnas temeritatis meæ. 5. 20. Saturnalibus manè ſe mihi Pindeniſſę dediderunt. 1. de Ora. 181. Quem pater patratus dedidiſſet, ei nullum eſſe poſtliminium. Ibidem. Cùm pater patratus ex S. C. Mancinum dedidiſſet.

DEDOR. 2. de Inu. 91. Qui porcam tenuerit, dedi oportere. pro Qu. 59. Vt inimicorum crudelitati dedatur vita S. Roſcij.

† ADVERB. Muliebriter lamentis, lacrymíſque, 2. Tuſcu. Penitùs ſtudio, 2. de Otat.

☞ Syntaxis. *Se totum alicui dédere, ac penè conſecrare. Vni alicui ſe dédere. Aures dédere. Militum telis aliquem dédere.*

DEDOCENDVS. 2. de Ora. 72. Cùm docendus iudex eſt, aut dedocendus. 1. de Finib. 51. Vt coërcendi magis, quàm dedocendi eſſe videantur.

DEDOCEO, *ab eo, quod quis edoctus eſt, deduco, ſecùs doceo.*)( *Doceo.* 1. de Fini. 20. Quod profectò nunquàm putauiſſet, ſi à Polyæno familiari ſuo Geometriam diſcere maluiſſet, quàm illa etiam ipſum dedocere.

DEDVCENDO. 1. Offic. 59. Vt boni ratiocinatores officiorum eſſe poſſimus, & addendo, deducendóque videre, quid reliqui ſumma fiat. *deducendo, id eſt, detrahendo.*

DEDVCO, *adduco, reuoco, remoueo, reduco, verbis flecto, detraho, deductionem facio.*)( *reduco.* 1. de Or. 135. Illud quod eò, quò intendas, ferat deducátque, cognoſcendum eſt. 2. V. 25. Vt cuius diuitiæ me de fide deducere nō potuiſſent, ne eiuſdē pecuniis de honore deiicerer. 2. C. 28. Si quis me de hac animi lenitate deduxerit. 2. de Orat. 340. Deduci à triſtitia. 1. Q. Fr. 1. Quem nulla conditio

pecuniæ

UNED

pecuniæ ab ſumma integritate continentiáque deduxerit. de Fat.18.Epicurus atomos de via deducit. Quint. de Pet. 31. Da operam vt illos de prauitate animi deducas.2.de N. 148. Eloquentia deducimus perterritos à timore, & conſolamur afflictos.6.V.12.Deducere aliquem ab humanitate & ab religione. 1.de Or.30.Voluntatem impellere quò velis, vnde autem velis deducere.1.Ac.9.Nam nos in noſtra vrbe peregrinantes erranteſque tanquàm hoſpites, tui libri quaſi domum deduxerunt. pro Flac.35.Non deduxi,inquit,Seruilium.10.Fa.12.Cùm magna multitudo ciuium me de domo deduceret.9. At.19. Coſſ. præſidia deducturi ſunt.4. Acad.120. Cuius maieſtatem deducitis vſque ad apium perfectionem. 2. C. 4. Sed cùm viderem fore,&c.rem huc deduxi,vt palàm pugnare poſſetis.Antequàm. 20.Neque eò rem deducam,aut progredi patiar,vt,&c.

DEDVCOR. 1.Fam.1. Quod inſtituit referre de religione,ab eo deduci non poteſt. de Pro. 13. Aliquem ex prouincia deduci. *Lege*,6.Quorum ſcelerum pœnis agitatur,à mente conſilióque deducitur.5.cont.Rull.16.Deducentur,inquit,coloniæ.pro Cec. 20. Et de fundo moribus Cecinna deduceretur. *Lege*, CITIMVS. 3.de Orat.170.Ne verba aſperè concurrant.néve vaſtiùs deducantur.2.de Diu.55.Coniectura omnis ingeniis hominum in multas ac diuerſas,aut etiam contrarias partes ſæpe deducitur.de Clar.87.De ſententia deduci. 3. ad Her. 4. Deduci à via recta.2.de Leg.53. Partitionis caput ſcriptum cautè,vt centum nummi deducerentur.2.de Diu.39.Ad eum agnum non caſu,ſed duce Deo ſeruus deducitur. 2. de Orat. 189. Vt is qui audit,ad fletum miſericordiámq; deducatur.ibidem.186. Odoror quàm ſagaciſſimè poſſum, quò iudices deduci ratione facillimè poſſe videantur.pro Qu. R. 34. Ergo huc vniuerſa cauſa deducitur, vtrùm,&c.5.Att.18.Cicerones noſtri ſunt apud Deiotarum, ſed ſi opus erit,deducentur Rhodum.pro Mur.:2.Homines coniuratos cum gladiis in cāpum deduci à Catilina ſciebant.* Hortenſ. Habet ipſa certam & definitam viam, ſed ex ea multis vitiis & erroribus deprauata deducitur.

† ADVER. Gradatim,2.de Nat.Neceſſariò,2.Cati.Publicè,2.con.Rull.

DEDVCTVS, *adductus*. pro Flac.9. Qui ad hoc iudicium deducti non ſunt.de Am.1. Ego autem à patre ita eram deductus ad Scæuolam,vt,&c.2.de Diu.69. Ita Albana aqua deducta ad vtilitatem agri ſuburbani.14.Fa.4.Neque legis improbiſſimè pœna deductus eſt, quo minùs hoſpitij & amicitiæ ius officiúmq; præſtaret.2.de Leg.50.Si in teſtamento deducta ſcripta non eſſent.13.A.27.Saxa homo deductus ex vltimus gentibus.de Opt. 19.Si priùs expoſuero,quæ cauſa in iudicium deducta ſit.

† ADVERB. Auſpicatò colonia,2.in.Ant.Omninò nullus nummus, 5. Ver.Senſim eò conſuetudo,2.Offic.

☞ Synt. *Deducere aliquem de fide, de animi lenitate,à triſtitia,animi prauitate,ab religione. Quò res deducta? Deduci ex prouincia:id eſt,reuocari. A mente, conſilio.Verba vaſtè deducta.)(.concurrentia. Cauſa in iudicium deducta.*

DEDVCTIO, *detractio,adductio,deriuatio*.5.V.180.Certis nominibus deductiones fieri ſolebant.4.Att.Ne qua deductio fieret, magna ex parte tua poteſtas erat.1.de D.100.Ex quo illa admirabilis à maioribus Albanæ aquæ facta deductio eſt. Top. 33. Riuorum à fonte deductio.2.A.62.In oppida militum crudelis deductio. pro Cec.27. Vt ius ac deductio moribus fieret.1.con. Rul.16. Deductio coloniarum in agros aliquos.1. de In.19. In coniecturali autem cōſtitutione,quia ratio non eſt, non poteſt ex deductione rationis naſci iudicatio.

† ADIVNCT. Admirabilis aquæ, 2. de Diu. Crudelis & miſera militum,5.Phil.

☞ Syntaxis. *Deductiones riuorum militum,coloniarum,rationis.*

DEDVCTOR, *qui honoris cauſa aliquem deducit*. Qu. de Pet. 28. Deductorum officium,quod maius eſt quàm ſalutatorum, &c.

DEERRO, *aberro*. 1.ad Her. 14. Si nullis tranſitionibus vtemur, ſi non deerrabimus ab eo quod cœperimus expone. 4. 64. Ait iſte eos ſimilitudine loci deceptos angiportu deerraſſe.*3.Aca. Qui itinere deerrauiſſent.

DEFATIGATIO, *laſſitudo*.5. A.20.Nulla rei ei finem cædendi niſi defatigatio & ſatietas affert.de Sen.36.Et corpora quidem defatigatione & exercitatione ingraueſcunt, animi autem ſe exercendo leuantur.3.de Orat. 171. Interſpirationis enim,non defatigationis noſtræ, neque librariorum notis, ſed verborum & ſententiarum modo interpunctas clauſulas eſſe in oratione voluerunt.2.de Nat.59. Deus morbum non metuens ex defatigatione mēbrorum.1.ad Her. 27. Ne qua poſſit animum tuum defatigatio retardare.de Sen.86.Senectutis defatigationem fugere debemus.

† ADIVNCT. Turpis quærendi,1.de Fin.

☞ Synt. *Defatigatio & ſatietas.Defatigatio & exercitatio corporis.*

DEFATIGATVS, *languens de via,feſſus de via*. 1.de Diuin. 104. Puella defatigata petiit à matertera, vt ſibi concederet, vt in eius ſella requieſceret.5.Fa.14. Vel animo defatigato tuo, qui nunc requiem quærit.12.25. Quanquàm ſumus iam defatigati, ſed nulla laſſitudo impedire officium debet.10.39. Sed mehercùlè iam defatigatus repub.conſeruanda.3.ad Her.17.Animi defatigati ab aduerſariis multitudine verborum.& 4.Aca.7.

☞ Syntaxis. *Defatigatum corpus,animus.*

DEFATIGO, *defatigationem vel laborem affero*. 3.de Leg.29.Defatigare aliquem in aliquo negotio.

DEFATIGOR, ad Brut.16.Te hortor, ne defatigêre, neu diffidas ſemper in præſentibus malis prohibendis,&c.pro Mar. 20. Noli igitur in conſeruandis bonis viris defatigari. 2. de Orat. 117. Ne auditor defatigetur ſimilitudinis ſatietate.3.143.Profectò nunquàm conquieſcam,neq; defatigabor,antequàm percepero,&c.de Cl.86.Egerunt gratias,& ne defatigaretur,orauerunt.14. Fa.1. Nec animi nec corporis laboribus defatigari.12. 14. Hæc etſi adhuc non magnoperè mihi tuliſſe fructum animaduerto,tamen non deſpero:nec defatigabor permanere non ſolùm in ſtudio libertatis, ſed etiam in labore & periculis. de Clar.34.Laborare & defatigari,idem.‖ *Aliàs*,defici *legitur*.

☞ Syntaxis. *Defatigare quempiam in aliqua re.Defatigari aliquare & (cum infinitiuo) aliquid facere,&c.*

DEFECTIO, *eclipſis,defectus*.3. Att.18.Metuens credo defectionem animi mei.de Sen.29.Etſi iſta ipſa defectio virium adoleſcentiæ vitiis efficitur ſæpiùs,quàm ſenectutis.1. de Diui. 111. Thales primus defectionem ſolis, quæ Aſtyage regnante facta eſt,prædixiſſe dicitur.2.de Diu.17. Solis defectiones, itémque Lunæ prædicuntur in multos annos.2.de Nat.153.Defectiones Solis & Lunæ.

¶ *Animi, ſtudijq; alienatio, rebellio*. 1. Qu.Fr.4. Subita defectio Pompeij, alienatio Coſſ. 84. In illa omnium barbarorum defectione Macedonica.4. Tuſc.22.Intemperantia,quæ eſt à tota mente & à recta ratione defectio,ſic auerſa à præſcriptione rationis,vt &c.

† ADIVNCT. Iuſta,1.Acad.Subita,1.Q.Fr.Macedonica,in Piſon.

DEFECTVS, *perfectus*.12.Att.23. Libri ad Varronem non morabantur, ſunt enim defecti: tantùm librariorum menda tolluntur. *aliter*, defecti:*fortè*,perfecti,*vel*,deſcripti.*nam anteà dixerat ſe Romam miſiſſe deſcribendos,vt Varroni mitteret.*

DEFECTVS, *defectio*.2.de Nat. 51. Neque ſolùm eius ſpecies ac forma mutatur, tum creſcendo, tum defectibus in initia recurrendo.

DEFECTVM, *malum*.pro Seſtio.133.Ille ad eos à quibus audiebatur,quotidiè aliquid defecti afferebat.

DEFENDO, *tego,protego,propugno,adſum.ſtudeo,faueo,pro aliquo dico,verba facio,cauſam alicuius ſuſcipio,vel ago,ſū aduocatus,tueor, iniuriam prohibeo,calamitate vel periculo prohibeo,complector*.2.de Ora.161.Carneades nullam vnquàm rem defendit, quam non probarit:nullam oppugnauit, quam non euerterit.3. Offic.67. Oratam Craſſus, Gratidianum defendebat Antonius.1.de Ora. 172.Armis prudentiæ cauſas tueri atque defendere. pro Syll.6. Hortenſius Syllam de Ambitu defendit.Ibid.86.Nullum ſcelus defendo ac tego. Ibid.50. Ego iacentem,& ſpoliatum defendo & protego.pro Mil.6.Defendere vitam ab inimicis.1.Offic.23. Qui autem non defendit,nec obſiſtit,ſi poteſt, iniuriæ, tam eſt in vitio,quàm,&c.3.74.Qui non defendit iniuriam,neque propulſat à ſuis.10.Fam.15.Ego fratrem mittam, qui Italiam à vaſtatione defendat. 13. 64. Diligentiſſimè aliquem tueri atque defendere.pro Pomp.14. Defendere aliquem à calamitate. pro Mur. 5. Defendere pericula ciuium. 8.11. Ego ſemper otio ſtudui,pacem defendi.pro Mil.9.Vim vi illatam defendere.4.Aca. 120.Illud autem ſuperius ſicut caput & famam tuam defendere neceſſe erit.Fam.1.Pudor tuus te defendit.pro Quin.43.Ne locum ſuum,quem adhuc honeſtiſſimè defendit,obtineat.4.Fam. 14.Quod ſentias aut re efficere,aut denique libera oratione defendere.de Sene.53.Vua veſtita pampinis,nimios ſolis defendit ardores.pro Cl.126.Defendo aliquem apud Prætores & Ædiles curules. I. P.4.Ego interpoſitam Senatus autoritatem ſuſtinui contra inuidiam, atque defendi. pro M. Tull. Si ſe telo defenderit fur. pro C. Corn. 1. Quam ego cauſam longè aliter Prætor in concione defendi. Frag. ep. Defendas velim tolerabile erratum.

† ADVERB. Accuratè,acuratiſſimè ſententias,prudentiſſimè,Stoicè ſententiam, 2. de Diu. Acriùs acta, vſque ad extremum, 2. Philip. Acerrimè, 16. Attic. Acerrimè pericula hominum, bene, grauiùs, ornatiſſimè, vehementiùs cauſam, de Clar. Sanè, animosè,3. Tuſc. Apertiùs dignitatem, improbe, ſignificantiùs, 3. Fam. Audacter, 2. de Fin. Benignè, pro Flac. Breuiſſimè, copiosè, honeſtè, liberè, publicè cauſam, pro Clu.Conſtantiſſimè rempub. ſimpliciter, 3. de Orat.Contra quàm cauſa poſtulat, copiosè, ornatè ſententiam, verſutiùs, pro Cec. Copiosè aliquem, pro S. R. Copiosè cauſas reorum, priuatim, 4. Verr. Copioſiùs partes, 13. Attic. Copioſiſſimè, faciliùs excuſatione neceſſitatis, pro Rab. poſt. Diligentiſſimè, 5. Attic. Diu multúmque, magnoperè, probabiliter,pugnaciſſimè,4. Acad. Facilè ſe à crudelitate, 4. Catil. Facillimè mortem obliuione & ſilentio, 11. Phil, Feliciter caſtra, 14.Philip. Fortiter,liberè ſalutem,12.Fam.Grauiſſimè,5.Fam.Grauiſſimè & veriſſimè,3.de Fin.Honeſtè,vix ſatis honeſtè, 2. de Orat. Honeſtiſſimè locum ſuum, pro Quint. Impunè vitam, verè, pro Mil. Magnoperè ſtatum reip. nimium vehementer rationes,3.con.Rul.Meliùs,vberiùs,1.de Fin.Negligenter,pro Q.R.Non ita vt prçclarè prouinciam,7.Ver.Ornatiſſimè,4.At.Parum diligēter, 7.Fam.

7.Famil.Perfectè ærarium,3.Offi.Perfacilè,3.Ver.Præclarè, 3.de Natu. Precariò aliquem,pro Cœl. Procul tecta, 2. Cati. Publicè domum , de Aruſp.Religioſè leges,5.Verr.Summè,10.Fa.Timidè, Poſtquam in Senat.Vehementer,3.de Leg.

DEFENDOR. 2.cont.Rul. 51. Mithridates ab inuicta manu Cn. Pompeij Mæote , & illis paludibus atque altitudine montium defenditur.* pro A.Gab. Integris amicitiis officium prætermiſſum imprudentiæ vel negligentiæ excuſatione defenditur. 4. Acad.69.

† ADVERB.Vulgò in iudicio,pro A.Cec.

☞ Syntaxis. *Aliquem de re quapiam defendere.Tueri,atque defendere(puta ſynonyma )Iniuriam defendere,pericula.*Lege,ARCERE.

DEFENSIO,*propugnatio,patrocinium.*1.de Ora.237.Vtriuſque rei facilis,& prompta defenſio.pro Cæl. 9. Ad iſtam omnem orationem breuis eſt defenſio.1.Fam.7. Noſtra propugnatio & defenſio dignitatis tuæ.ad Brut.12. Quo in iudicio Lepidus defenſionem non haberet.5.Fa.8. Permanere in defenſione alicuius ſuſcepta. Suſcipere defenſionem alicuius.pro Milo. 15. Qui non pœnam confeſſioni,ſed defenſionem dedit.Ibidem.In confeſſione facti defenſionem iuris ſuſcipi poſſe.de Cl.162.Defenſione iuncta laudatio & oratio.con.C.Anto.Tu potes in defenſione tua dicere.5.V.205.Vtrùm crimini defenſio,an comitatus ♣ exilio quæritur.‖ 1.Fa.9. Repentinam defenſionem oppugnare. 1.de Orat.242.Arripere defenſionem teſtamentorum.

† ADIVNCT.Anguſtior,iniquiórque,pro Cec.breuis , pro Cœl. Ciuilis,repentina,ſumma,Part.Commoda,magnifica & præclara,pernicioſa,7.Verr.Confuſa atque vniuerſa,præſens,pro Seſt. Conſtans ſalutis, perpetua,fortis,inuicta,Poſtq. ad Quir. Contraria, intima, 2.de Orat. Extrema,pro Planc.Facilis & prompta , 1.de Orat. Honeſtiſſima,pro Cluent.Improba,ingenioſa,6.Verr.Iniqua,mala, mala ac miſera, præclara,reliqua,5.Ver.Iuſta,8.Att.Laudabilis,2.Offic.Leuis, 1. de Inuen. Miſera & perdita,perditiſſima,tota,4.Ver.Perfacilis & expedita , 3. de Fin.Potior,pro Mur.Plurimæ,repentina, tolerabiles, de Clar. Priuata, Anteq.Propria,4.Academ.

☞ Syntaxis.*Propugnatio ac defenſio,facilis,prompta,breuis.*

DEFENSITO.de Cl.100. Fannius cauſas defenſitauit. 1. Offic 121.& 4.Acad.69.

DEFENSOR,*propugnator,patronus, tutor, aduocatus, adſtipulator cuſtos , qui aliquem in fidem ſuam recipit , quem aliquis patronum adoptat,qui aliquem habet commendatum.*)(. *Oppugnator , aduerſarius.*1.de Or.244.Mutius paterni iuris defenſor , & quaſi patrimonij propugnator ſui.pro Rab.12.Defenſor cuſtóſque libertatis.Poſtquàm in Sen.37.Alter fuit propugnator mearum fortunarum,& defenſor aſſiduus.1.V.54. Adoptare ſibi aliquem defenſorem ſui iuris.1.Fam.1.Is in omnibus rebus ſe accerrimum tui defenſorem fore oſtendit.pro Mil.40.P.Lentulus propugnator Senatus,defenſor veſtræ voluntatis, patronus publici conſilij.Ibidem.Octo tribuni plebis illius aduerſarij,defenſores mei. pro C.Corn.1.Quod palàm iam iſti defenſores iudiciorum pugnauerunt. con. C. Anto. Populus Romanus conſtituit ſibi defenſorem. Ibidem. Hunc honeſtiſſimarum rerum defenſorem populus Romanus repudiare poteſt.

† ADIVNC.Acerrimus,Part.Aſſiduus,Anteq.iret. Conſtantiſſimus, 8. Phi.Diligentiſſimus,pro Corn.Balbo.Fidelis, pro Mur. Satis idoneus, nimiùm litigioſus , conſuetus ad rixas , ineptus ac ſtultus inter viros, inter mulieres per itus iuris,& callidus,pro Cec. Magnus, 1.de Diuin. Multi,2.de Fin.Perpetui,de Prouin.Studioſiſſimi,4.Ver.

☞ Syntaxis. *Defenſor & cuſtos.Propugnator ac defenſor.*

DEFENTRIX, *quæ defendit.* in Timæo,de Vniuerſitate,teſtante Priſciano,245.

DEFERENS, 1.de N.107. Vt igitur Tib.Gracchum cùm videor concionantem in Capitolio videre,de M.Octauio, deferentem ſitellam &c.

DEFERO, *nuncio , offero , ſignifico.* 4. Fam. 4. Te eſſe ſollicitum, multi ad nos deferunt.2.Att.24. Hoc Curio ad patrem detulit. ille ad Pompeium,res delata ad Senatum eſt. Ibidem. Niſi Curiones rem antè ad Pompeium detuliſſent. pro Mil. 26. Quam vocem ad Catonem ſtatim Fauonius detulit.1.Qu.Fr.1. Sic ad nos omnes ferè deferunr , nihil te fieri poſſe iucundius.2. C.3. Sed quàm multos fuiſſe putatis , qui quæ ego deferrem , non crederent.11. Att.7. Multos eſſe arbitror , qui ad Cæſarem detulerint,me pœnitere conſilij mei.pro Cl.143.Qui noſtra conſilia ad aduerſarios deferunt.3. con. Rul. 1. Si quæ apud vos de me deferunt. pro Pl. 100. Is inſidias mihi ab inimicis meis paratas detulit. pro Corn.64.Deferri aliquem acerbum nuncium alicui.2.de Diu. 134. Defert ad coniectorem quidam ſomniaſſe ſe, &c.

¶ *Tribuo, trado, credo, concedo, referro.* pro Seſt.145.Cùm ad vos iudicia communis exitij detuli. 1. A. 2. Ad hunc ordinem res optimas deferebat. 4. C. 5. Hæc omnia iudices detulerunt, rei confeſſi, ſunt. 6. Fam. 10. Vniuerſum ſtudium meum & beneuolentiam ad te defero. 1. 1. Atque iſtam partem vitæ conſuetudiníſque noſtræ totam ad te defero.1.de N.15. Ad quem tum Epicurei primas ex noſtris hominibus deferebant.2.de Or.227. Deferre palmam alicuius rei cuipiam.pro Flac.1. Deferre præmium dignitatis alicui.3. Offic. 112. Rem ad populum detuli, 2. A. 87. M. Antonius conſul C. Cæſari Dictatori regnum detulit, Cæſar vti noluit.pro Flac. 14. Omnem ei ſuam autoritatem,gratiam,copias, opes,ad hoc negotium conficiendum detulit.2.cont.Rull.45. Si quis eſt honos ſingularis, populus Romanus eum,cui velit,deferat.pro Pomp.69. Quicquid poſſum ad hanc rem conficiendam,tibi polliceor & defero.4.Fam.13.Vltrò mihi Cęſar omnia detulit.pro Pomp.67.Deferre omnia ad vnum. pro Corn.37.Deferre alicui poteſtatem beneficiorum tribuendorum.13.Fam.55.Vltrò ei legationem detuli,cùm multis iam petentibus denegaſſem. 6. 22. Hanc meam voluntatem ad matrem tuam detuli.13.18. Eíque nec opinanti voluntatem tuam per literas detuli. 13. Att.13 Ligarianam præclarè vendidiſti: poſthac quicquid ſcripſero, tibi præconium deferam.de Cl.86. Itaque publicanos cauſam detuliſſe ad Galbam. 5. Famil. 20. Quamquam iuſtis de cauſis rationes deferre properarim. ad Oct. Quæ tibi non antè quàm poſtulares,maiora quám velles, plura quàm ſperares detulit. Senatus. 1. Qu. Fr. Qui hoc non in beneficij loco , ſed in laboris ac muneris, non temerè libertis ſuis deferebant. 4. V. 29. Deferre aliquid cuipiam loco beneficij.

¶ *Adduco.* pro Dom.21.Quem tu ad hunc honorem rogatione tua detuliſti. I. P.2. Populus Roman. mihi omnes honores detulit. pro Mur. 64. Hos ad magiſtros ſi quæ te fortuna Cato detuliſſet , non tu quidem, &c. pro Mil.33. Librarium te aiunt eripuiſſe è domo, vt præclarum inde munus ad aliquem deferre póſſes pro Cluen.6.Si iudicia iam facta domo deferamus ad cauſas. pro Flacc.52.Deferre querelas ſuas ad aliquem per aliquem. pro Sylla.54.Deferre mandata ab aliquo. pro C. Corn. 1. Sitellam ipſam cum ipſo interceſſore deferre.con. C.Anton. Quod caput ad Syllam vſque ab Ianiculo ad ædem Apollinis manibus ipſe ſuis detulit.

¶ *Accuſo.* pro Cor.63.Is in conſulatu Præfectum fabrûm detulit.pro Cæl.56. Hic nemini nomen detulit.pro Cæl.56.Deferre nomen alicuius de aliqua re. pro Dom. 49. & pro Cæl.76. Deferre nomen alicuius de ambitu. pro S. R.28. Nomen huius de parricidio deferrent.

¶ *Exhibeo* 3.Offic.107.Deferre iuſiurandum alicui.

¶ *Deferor.* 7.V.59. Ad eam defertur eſſe, &c. *id eſt, renunciatur.* 1.At.13. Defertur res ad Senatum.

¶ *Tribuor.* 3. de Leg.4. Quod genus imperij primùm ad homines iuſtiſſimos deferebatur. pro Lig. 3. Si illud imperium eſſe potuit,quod ad priuatum clamore multitudinis imperitè nullo publico conſilio deferebatur. 2.At.5. Et quoniam Nepos proficiſcitur,ſcire velim cuinam auguratus deferatur. 1.Fam.1.Omnes rem ad Pompeium deferri volunt.

¶ *Afferor , adducor.* pro Fl. 21. Lex tabulas ad Prætorem triduò deferri iubet. * pro C.Corn. 1. Dum ſitella defertur.

† ADVERB. Audacter,15.Fam. Conſideratè beneficia, 1.Offic. Doctè ac delicate coronam, 3. Offic. Libenter priores alicui, de Clar.Longè aliter atque,nominatim ad honorem ,extra ordinem,pro Dom.Occultiſſimè,6.Verr.Omninò non tabulas,pro Flac.Protinùs,1.de Legib.Secretò controuerſias,7.Ver.Temerè,1.Q.Fr.Verè ſermones,3.Fam. Vltrò omnia,pro Planc.Vltrò pecuniam,12.Fam.

DELATVS, *ſynonyma in verbis quære.* 5. Famil. 20. Scito à me & tribunos militares , & præfectos , & contubernales duntaxat meos delatos eſſe:in quo quidē me ratio fefellit.liberum enim mihi tempus ad eos deferendos exiſtimabam dari : poſteà certior ſum factus, triginta dieb.deferri neceſſe eſſe,quibus rationes retuliſſem.pro S.R.64.Nomina filiorum de parricidio delata ſunt.2. de Inu.58. Cùm venefici cuiuſdam nomen eſſet delatum.4. Acad.8. Ad quamcunque ſunt diſciplinam quaſi tempeſtate delati , ad eam tanquàm ad ſaxum adhæreſcunt. 4. Fam.9. Omnia delata ad vnum ſunt.

† ADVERB. Diuinitùs,1.de Orat.

☞ Syntaxis. *Deferre ad aliquem, & alicui.Beneficij loco deferre aliquid alicui.Defert ad honores virtus.Nomē alicui deferre,vel iuſiurandum.Rem ad vnum deferri:id eſt.prouinciam vni mandari.*

DEFERVESCO, *refrigeror.* 4. Tuſcul.78. Aut rogandi ſunt, vt ſi quam habent vlciſcendi vim, differant in tempus , dum deferueſcat ira. *Deferueſcere autem certè ſignificat ardorem animi inuita ratione excitatum.* Orat.107. Quantis illa clamoribus diximus de ſupplicio paricidarum : quæ nequaquàm deferbuiſſe, pòſt aliquanto ſentire cœpimus. pro Cæl.43. Cùm adoleſcentiæ cu♣piditates deferbuiſſent. ‖ 9. Fam.2. Cenſeo latendum tantiſper ibidem,dum deferueſcit hæc congratulatio.

DEFESSVS, *de fatigatus.* 2. de Ora. 23. Animi noſtri forenſibus negotiis defeſſi geſtiunt, ac volitare cupiunt, vacui cura atque labore. Ibid.234. Defeſſus ſum labore atque itinere diſputationis meæ. 3.145. Quamobrem niſi fortè iam es defeſſus,& ſi tibi graues non ſumus,refer te,&c.2.Fam.3.Neque quiſquam eſt quin ſatietate iam defeſſus.2.con.Rul,87. Aratores cultu agrorum defeſſi.pro Arch.12. Vbi aures conuicio defeſſæ conquieſcant. 10. Famil.18. Egíque acerrimè , Senatum iam languentem & defeſſum ad priſtinam virtutem conſuetudinémque reuocaui.

☞ Synt.

UNED

☞ Syntaxis. *Languens & defeſſus (ait Cicero tamen vis maior in languore.)*

DEFICIENS. 1.Tuſcul. 73. Qui cùm acriter deficientem ſolem intuerentur.

DEFICIO, *deſum.* ‖ *Etſi huius verbi ſignificatio vel pueris communis, vſus tamen vix mediocriter verſatis obuius, hinc fit vt multi, aliquid mihi deficit, dicant, cùm Cicero aliique aureæ illius ætatis ſemper accuſatiuum ſubdant.* pro Quint. 1. Quod mihi conſueuit eſſe adiumento, id quoque in hac cauſa deficit. 3.V.31. Vererer, ne mihi crimina non ſuppeterent, ne oratio deeſſet, ne vox viréſque deficerent. 4.Fam.6. Ea me ſolatia deficiunt, quæ cęteris, quorum mihi exempla propono, ſimili in fortuna non defuerunt. pro Flac.61. In hac repub. ad quam opprimendam non animus eis, ſed vires deficiunt & defuerunt. Poſtquàm ad Quir. 1. Vt quod odium in omnes bonos conceptum iam diu continebant, id in me vno potiùs quàm in vniuerſa ciuitate deficeret. ‡ ‖ *aliàs,* deflecterent. de Vniuerſ.30. Sed quia nondum omne animal in mundo intus incluſerat, ex ea parte deficiebat ad propoſitum exemplar imaginis ſimilitudo. 2.de Fin. 44. Si memoria defecerit, tuum eſt vt ſuggeras. 4.Ac.7. Tamen nec illi defecerunt, neque nos ſtudium exquirendi defatigati relinquemus. Orat.6. Multi Oratores clari ἐπὶ Δημοσθένους fuerunt, & anteà fuerant, nec poſteà defecerunt. 7.Att. 20. Deficit enim non voluntas, ſed ſpes. pro Font. 24. Si eum in cauſa deficerent omnia. de Cla.93. Cùm motus omnis animi tanquàm ventus hominem defecerat. 2.Qu.Fr.12. Omnia colligo, vt noui ſcribam aliquid ad te: ſed vt vides, res me ipſa deficit. 1.de Ora. 199. Iam me vires deficere cœperunt. 7.V. 71. Me non ſolùm vires, ſed etiam vita deficit. 6. 59. Vox me citiùs defecerit, quàm nomina. 4. 52. Iam me dies, vox, latera deficient, ſi velim, &c. pro Cæl.29. Dies iam me deficiet, ſi quæ dici in eam ſententiam poſſunt, coner exprimere. pro S.R. 89. Tempus herculè te citiùs quàm oratio deficeret. 3.de Nat.81. Dies me deficiet, ſi, &c. 1.V. 52. Quam multa te deficiant, vides Cæcili. pro Deiot. 28. Ea tamen illum ſtudia defecerunt. de Clar. 93. Prudentia nunquàm deficit Oratorem. 2.C.10. Res eos iampridem, fides deficere nuper cœpit. Orat. 4. Si quem aut natura ſua, aut illa præſtantis ingenij vis fortè deficiet. 3.de Or.83. Is quos diſcentes vita defecit. 7.V.157. Dolor me non defecit. 7.Fa.1. Vox eum defecit. 4.13. Relinquebatur triſte quoddam literarum genus, id quoq; deficiebat me, in quo, &c.

¶ *Sum alienus* pro Syl.35. Nec ſi à me fortè deſciueris, idcirco te à ſe, & à republica, & à tua dignitate deficere patitur. 1. C. 28. Qui à republica deficiunt, ciuium iura non tenent. 3.V. 79. Deficere ab imperio ac nomine noſtro volebat. pro Pl.86. Conſules à republica, & à bonis omnibus defecerunt. 12.Fa.10. Cæteríque qui vnà cum illo à republica defecerunt. 2.16. A méque ipſe deficerem. 2.de Fin. 79. Si vtilitas ab amicitia defecerit. de Amic.37. Difficile eſt amicitiam manere, ſi à virtute defeceris. 7.Fa.12. Quare ſi planè à nobis deficis, moleſtè fero.

¶ *Minuor, patior defectum.* 3.de Natu.35. Animanteis, cùm calor defecerit, tum interire. 1.At.13. Ne P.C. vna plaga accepta conciderent, ne deficerent. pro S.R.10. Sin à vobis deſerar, tamen animo non deficiam. de Somn. 17. Olim deficere ſol hominibus extinguíq; viſus eſt. 1.de Diu.121. Si Luna paulò ante Solis ortum defeciſſet in ſigno Leonis.

¶ *Deſero.* 5.V.110. Leontina ciuitas me defecit.

† ADVERB. Planè, 7.Fam.

DEFICIOR, ris. de Cl.34. In quo non modò defici, ſed etiam laborare turpe eſt. pro Cluen. 184. Mulier abundat audacia, conſilio & ratione deficitur. de Ar. 40. Ne patres auxilio diminuti deficiantur.

☞ Syntaxis. *Abſolutè. Id deficit. Ille deficit à ſua dignitate.*

DEFIGO, *colloco, pono, immitto, figo, intendo.* 1. C. 16. Sicam Conſulis in corpore defigere. 3.de Or.28. In eo mentem orationémque defigit. 14.A.13. Qui omnes ſuas curas in reipub. ſalute defigunt. 11.10. In omnium poſſeſſiones atque fortunas impudentiſſimos oculos ſpe & mente defigit. de Pro. 8. Hæc audacia quam ille præſens in oculis veſtris, mentibúſque defixit. pro Dom 9. Ea ſententia, quam populi ſermo in animis veſtris iam antè defixerat.

¶ *Eſt item verbum mali ominis, à ſagis ductum.* 2.de Leg.21. Quęque angue iniuſta, nefaſta, vitioſa, diráve defixerit, irrita infectáque ſunto.

DEFIGOR. pro Rab.11. Qui in campo Martio crucem defigi, & conſtitui iubes.

† ADVERB. Iam antè, pro Dom. Tutò, 7.Fam.

☞ Syntaxis. *In aliqua re mentem & orationem defigere. Oculos defigere ſpe ac mente in poſſeſſiones omnium. Defigere in oculis aliquem: id eſt, obijcere, & anteponere, vel collocare. Locum defigere in mente & cogitatione.*

DEFINIENDVS, & DEFINIENDO. 2.de Leg.8. Videamus igitur rurſus, priuſquàm digrediamur ad leges ſingulas vim naturámque legis: ne cùm referenda ſint ad eam nobis omnia, labamur interdum errore ſermonis, ignoremúſque vim ſermonis eius, quo iura nobis definienda ſint. 2.de In.52. Vis vocabuli definienda verbis eſt. Orat. 116. In omnibus quæ rationę docentur & via, primùm conſtituendum eſt, quid quidque ſit: niſi enim inter eos qui diſceptent conuenit, quid ſit illud, de quo ambigitur, nec rectè diſſeri, nec vnquàm ad exitum perueniri poteſt: explicanda eſt ſæpe verbis mens noſtra, atque inuolutæ rei notitia definiendo aperienda eſt. de Orat. 116. Res inuolutas definiendo explicare. de Cl.152. Definiendo explicare rem latẽtem.

DEFINIO, *deſcribo, definitione explico, quid aliquid ſit conſtituo, circumſcribo, termino, definitione vniuerſum rei vim explico, perſcribo.* 1.de Orat.64. Si quis vniuerſam & propriam Oratoris vim definire complectìque vult, hic Orator erit, qui, &c. 2.162. Aliquid breuiter illuſtrare, verbíſque definire. 1. de In. 10. Definire vim vocabuli alicuius. Poſtquàm ad Quir.23. Neq; æquum eſt tempore & die memoriam beneficiis definire. pro Cor.64. Loca quę regionibus orbem terrarum, rebus illius geſtis imperium populi Rom. definiunt. Orat.65. Similiter extrema definire. pro Seſt. 67. Qui imperium populi Romani orbis terrarum terminis definiuit. pro Mar.26. Hic tu modum vitæ tuæ non ſalute reip. ſed æquitate animi definies. 1.de Orat.108. Artem definire ex rebus perſpectis, planéque cognitis, &c. 1.de Orat.70. In hoc quidem certè propę idem, nullis vt terminis circumſcribat, aut definiat ius ſuum. I.P. 42. Qui mala dolore, bona voluptate definiunt. 8. A.9. Sedes ſibi optimas, hortos, Tuſculana, Albana definiunt. 2. con. Rull.32. Dat prætereà poteſtatem verbo prætoriam, reuerà regia definit in quinquennium. Orat.65. Sæpiſſiméque extrema definiunt. 3.ad Her. 5. Si vnamquamque rem certo naturæ termino definiemus. 4.Acad.114. Tu mores fingas, fines bonorum conſtituas, officia deſcribas, quam vitam ingrediar definias, &c. pro Quint.84. Tibi quid facias definit. 2. de Diu. 92. Illi orbes qui aſpectum noſtrum definiunt. 3.de Orat. 107. Philoſophi cauſam aut controuerſiam appellant, eámque tribus literis, aut deliberatione, aut laudatione, definiunt. 3.de Fin.53. Itaque id definimus quod ſit indifferẽs cum exiſtimatione mediocri. 1. Off. 96. Quæ autem pars ſubiecta generi eſt, eam ſic definiunt, vt id decorũ eſſe velint, quod, &c. 1.de Inu.11. Definire rẽ verbis, breuitérq; deſcribere. Or.117. Erit igitur hæc facultas in eo, vt definire rẽ poſſit: neq; id faciat tã preſſè & anguſtè, quã in Philoſophorũ diſputationib. fieri ſolet. * Frag.ep. Vt alio modo definiã.

† ADVERB. Accommodatiùs ad intelligentiam popularem, explanatiùs, preſſè & anguſtè, vberiùs, ſimiliter extrema verba, Or. Benè, preſſiùs, 4.Tuſ. Breuiter, 2.de Or. Generaliter, 1.de Inu. Probè fortitudinem, 1.Offi. Squalidiùs, 4.de Fin.

DEFINIOR. 5. de Fin. 76. Perficiendi vis ita definitur à Stoicis, vt negent, &c. 1.Offic.96. Atque illud ſuperius ſic definiri ſolet, decorum id eſſe, quo, &c. 5.V.211. Cur quæ optimo iure eſſe debet, huic præcipuè lex iniuriæ definitur? de Ar.53. Quas ego optimatium diſcordias à diis immortalibus definiri putem. 2. de Fin.4. Epicurus negat definiri rem placere: ſine quo fieri interdum non poteſt, vt inter eos qui ambigunt, conueniat quid ſit id de quo agatur. 3.de Orat.9. Atque his ferè ipſis definietur viris. pro Seſt.97. Sed genus vniuerſum breui circunſcribi & definiri poteſt: omnes optimates ſunt, qui, &c. 1.Offi.62. Itaque probè definitur à Stoicis fortitudo cùm eam virtutem eſſe dicunt, propugnantem pro æquitate. pro Arc.23. Res hæ quas geſſimus, orbis terræ regionibus definiuntur.

☞ Syntaxis. *Definire & complecti. Illuſtrare ac definire. Definire alicui vitam: id eſt, circumſcribere vitæ rationem. Aſpectum noſtrum definiunt orbes: id eſt, terminant.*

DEFINITE, *apertè, finitè.* pro Cor.32. Lex Gellia, quę definitè poteſtatem Pompeio ciuitatem donandi dederat. 2. de Orat. 118. Definitè de ſingulis hominibus.

DEFINITIO, *deſcriptio.* 1.de Orat.189. Definitio eſt earum rerũm, quæ ſint eius rei quam definire volumus, breuis & circumſcripta quædam explicatio. ibidem. Definitionibus, quam vim res habeant, eſt exprimendum. ibid.190. Propriam cuiuſque rei vim definitione declarare. Orat. 116. Inuolutæ rei notitia definiendo aperienda eſt: definitio enim eſt oratio, quæ quid ſit id de quo agitur, oſtendit quàm breuiſſimè. Top. 9. Definitio eſt, quæ id quod quaſi inuolutum eſt, euoluit. 4. ad Her.36. Definitio eſt, quę rei alicuius proprias amplectitur poteſtates breuiter & abſolutè. ibid. Hæc exornatio omnem rei cuiuſpiam vim & poteſtatem dilucidè proponit, & breuiter explicat. 2. de Fin.5. Atqui hæc patefactio quaſi rerum opertarum, cùm quid quicque ſit aperitur, definitio eſt. 1.Offi.7. Omnis quæ à ratione ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio, debet à definitione proficiſci, vt intelligatur quid ſit id de quo diſputetur. 2.de Orat. 83. In verborum definitionibus, neque abeſſe quicquàm decet, neque redundare. Ibid.108. Atque in hoc genere cauſarum nonnulli pręcipiũt, vt verbum illud quod cauſam facit, lucidè, breuiter vterque definiat: quod mihi quidem perquàm puerile videri ſolet. alia eſt enim, cùm inter doctos homines de iis ipſis rebus quæ verſantur in artibus, diſputatur, verborum definitio: vt cùm quæritur, quid ſit ars, quid ſit lex: in quibus hoc

præcipit ratio atque doctrina, vt vis eius rei quam definias, ſic exprimatur, vt neque abſit quicquam, neque ſuperſit. Top.28. Definitiones aliæ ſunt paritionum, aliæ diuiſionum: partitionum, cùm res ea quę propoſita eſt, quaſi in membra diſcerpitur: vt ſi quis ius ciuile dicat id eſſe, quod in legibus, Senatuſconſultis, rebus iudicatis, iuriſperitorum autoritate, edictis magiſtratuum, more, æquitate conſiſtit. Diuiſionum autem definitio formas omnes complectitur, quæ ſub eo genere ſunt, quod definitur: hoc modo, Abalienatio eſt eius rei quæ mancipi eſt, aut traditio alteri nexu aut in iure ceſſio, inter quos ea iure ciuili fieri poſſunt. Ibid.26. Definitio eſt oratio, quę id quod definitur, explicat quid ſit. definitionum autem duo ſunt genera prima: vnum earum rerum quæ ſunt, alterum earum quæ intelliguntur, &c. Part.41. Definitio genere declaratur & proprietate quadam, aut etiam communium frequentia, ex quibus proprium quid ſit eluceat. Top. 83. Cùm autem quid ſit quæritur, notio explicanda, & proprietas, & diuiſio, & partitio. hæc enim ſunt definitioni attributa. additur etiam deſcriptio, quam Græci καταγραφὴν vocant. 2. de Inu. 53. Breuis & aperta & ex opinione hominum definitio. 1. de Leg. 29. Ita quæcunque eſt hominis definitio, vna in omnes valet. Ibid. 30. Nulla diſſimilitudo eſt in genere: quæ ſi eſſet, non vna omnes definitio contineret. Par. 102. Definitio atque deſcriptio aut informatio verbi. 2. de Diu. 110. Hominum & temporum definitione ſublata.

† Adivnc. Breuis, apta, honeſta, plures, vera, vtilis, 1. de Inuent. Conglobatæ, Part. Explicata, Top. Mala, 4. Acad. Subtilis, 1. de Orat.

☞ Syntaxis. *Definitio eſt circumſcripta explicatio. Definitio inuoluta euoluit. Opertarũ rerum patefactio definitio eſt. Definitio, deſcriptio, & informatio verbi.*

Definitivvs, *vt definitiua conſtitutio.* 2. de In. 52 1.17. & Top. ✠ 92. Definitiua cauſa.

Definitvs, *certus, decretus, conſtitutus.* 3. Fam. 8. Nihil habent quod definitum ſit, aut certum. de Som. 4. Huic certus eſt in cœlo ac definitus locus. 2. de Orat. 5. Benedicere autem non habet definitam aliquam regionem. 1. ad Her. 1. Si recta intelligentia & definita moderatione animi gubernetur. 2. de Orat. 145. Genera eſſe definita non ſolùm numero, ſed etiam paucitate. 1. 42. Certum autem in quo quid in perſonis & in conſtituta re & definita quæreretur. 2. 65. Vnum de certa definitáque cauſa. de Fat. 9. Non tamen ſequitur, vt etiam ſedere eos & ambulare principalibus cauſis definitum & conſtitutum ſit.

† Adverb. Fataliter, 2. de Diu. Propemodum, pro Domo ſua. Similiter, Or. ad Brut.

☞ Synt. *Definitum & certum. Recta intelligẽtia definita animi moderatio. (ſynonyma in copulatis.) Conſtitutum ac definitum: & cõtrà.*

Defit, *deeſt.* 3. Tuſ. 44. Pol mihi fortuna magis nunc deſit, quàm genus. *Poëta.*

Defixvs, *infixus, hærens in aliquo, poſitus.* pro Fl. 3. Totum ſtatum ciuitatis & omnem ſpem, &c. in veſtra poteſtate, & in hoc vno iudicio poſitam eſſe & defixam. pro Dom. 103. Porticus furoris Tribunitij, defixum indicium ad memoriam omnium gentium ſempiternam. de Ar. 57. Vitia in aliquo penitùs defixa atq; hærentia. 3. de Orat. 17. Cùm eum in contagione defixum eſſe ſenſiſſet, ſtatim receſſiſſe. 2. 175. His locis in mente & cogitatione defixis. 4. A. 13. Virtus eſt altiſſimis defixa radicibus. Ora. 9. Aliquid intueri, in eóque defixum eſſe. de Som. 9. Quouſque humi defixa tua mens erit. 2. V. 7. Vt non modò in auribus veſtris, ſed in oculis omnium ſua furta atque flagitia defixurus ſim.

☞ Synt. *Spes eſt in te poſita & defixa. Indicium defixum ad memoriam ſempiternam. Vitium defixum, ac inhærens. Virtus defixa radicibus altis. Intueri aliquid, & in eo defixum eſſe.*

Deflagratio, *exuſtio, flamma, ardor.* pro Pl. 95. Cùm mea domus ardore ſuo deflagrationem vrbi minaretur. 1. de Diui. 111. Deflagratio futura aliquando cœli atq; terrarum. 3. de Fini. 64. Terrarum omnium deflagratio conſequatur.

Deflagratvs, *exuſtus.* 3. Tuſc. 44. Fana flammâ deflagrata.

Deflagro, *conflagro, comburor, ardeo.* ‖ *Nullis hoc verbum (inquit Schorus) vſitatum eſt, niſi qui in optimis auctoribus ſunt verſati: alij pro eo vtuntur, incendi, exuri, comburi.* 2. de Nat. 69. Qua nocte natus Alexander eſſet, eâdem Dianæ Epheſiæ templum deflagrauiſſe. 1. de D. 30. Curia Saliorum deflagrauit. 4. Acad. 119. Fore aliquando, vt omnis hic mundus ardore deflagret. 2. A. 91. Illæ faces, quibus incenſa L. Bellieni domus deflagrauit. 3. Offi. 94. Phaëthon ictu fulminis deflagrauit. Par. 4. Ædes nympharum manu tua deflagrauerunt.

☞ Syntaxis. *Deflagrare: &, Deflagrare ardore, aut flamma.*

Deflecto, *declino, contorqueo.* de Ar. 41. Nihil vt à patris virtute, præterquàm quòd à Senatu deſciuerat, deflexiſſet. de Am. 40. Deflexit enim iam aliquantulùm de ſpatio curriculóque conſuetudo maiorum. Ibid. 100. Sed neſcio, quomodo ab amicitiis ſapientum, &c. ad leues amicitias deflexit oratio. 7. V. 175. Si quis tantulùm de recta religione deflexerit. *aliter*, ratione. 2. Offi. 9. In quo verbo lapſa conſuetudo deflexit de via, ſenſímq; eò deducta eſt, vt, &c. 8. Famil. Curio de ſuarum actionum curſu tua cauſa deflexit. Ora. 137. Vt declinet à propoſito, deflectátque ſententiam. pro Mur. 46. Cùm te curriculo petitionis deflexiſſes, animúmque ad accuſandum tranſtuliſſes. pro Q. R. 46. Qui ſemel à veritate deflexit. pro Cec. 51. Si ad verba rem deflectere velimus.

† Adverb. Aliquantulùm de ſpatio, de Amic. Tantulùm de recta ratione, 7. Ver.

☞ Syntaxis. *De ſpatio & curriculo deflectere. A veritate deflectere. Ad res deflecte verba.*

Defleo, *ploro, deploro.* de Clar. 329. Sæpe enim inter nos impendentes caſus defleuimus. pro Dom. 96. Defleui coniugis miſeræ diſſidium. 10. Fam. 31. Illud initium ciuilis belli ſæpe defleui.

Defletvs, *comploratus.* 3. de Orat. 9. L. Craſſi mors quæ eſt à multis ſæpe defleta. 1. Tuſcu. 86. Non liberi defleti, non fortunæ omnes à victoribus poſſiderentur. 13. A. 10. Sed hæc ſatis diu, multúmque defleta ſunt.

† Adverb. Diu, multúmque, 13. Phil.

Deflexvs. de Diu. 38. Quoſdam amnes in alium curſum contortos & deflexos videmus. 9. At. 12. Ætas iam à diuturnis laboribus deflexa ad otium. ‖ *aliàs*, deuexit.

☞ Syntaxis. *Contortus amnis, ac deflexus: id eſt, ſinuatus. Deflexa ætas ad otium: id eſt, otij cupida.*

Deflorescens. de Cl. 317. Non talis, qualem te, Bruteiam deflorescentem cognouiſti.

Defloresco, *flacceſco, florem venuſtatémque amitto.* pro Cæl. 44. Quæ naturâ & celeriter defloreſcunt. 4. ad Her. 39. Formæ dignitas aut morbo defloreſcit, aut vetuſtate extinguitur.

† Adverb. Natura celeriter, pro Cæl.

Deflvo, *labor, delabor.* de Am. 58. Ne quid excidat, aut defluat in terram. 5. Tuſc. 62. Iam ipſæ defluebant coronæ.

¶ *Ceſſo.* 9. Fam. 20. Vbi ſalutatio defluxit, literis me inuoluo.

¶ *Accedo.* 1. Tuſ. 62. A quibus manſuefacti & exculti ad elegantiora defluximus.

¶ *Alienor.* pro Seſt. 69. Ex octo tribunis plebis, quos habueram, vnus me abſente defluxit.

¶ *Penetro.* Ora. 96. Hoc totum è Sophiſtarum fontibus defluxit in forum.

Defore, *defuturus.* 2. cõtra Rul. 89. Tamen non defore, qui, &c.

* Deformatio. Hortenſ. Quæ deformatio coloris & corporis eſt, quæ non euocetur atque eliciatur voluptate?

Deformatvs, *turpis, forma atque ornamentis omnibus ſpoliatus, turpificatus.* 2. At. 21. Sic ego hunc omnibus à me pictum & politum artis coloribus ſubitò deformatum vidi. Ibid. Deformatus corpore, fractus animo. 2 ad Here. 8. Mortuus, deformatus, tumore præditus, corpore decoloratus. de Ar. 25. Ludi deformati, inquinati, peruerſi, conturbati. Ibid. 57. Si hominem deterrimum Poëta aliquis fictis cõquiſitíſq; vitiis deformatum vellet inducere. 3. de Orat. 8. Deformata ciuitas. 6. V. 122. Parietes nudos deformatóſque reliquit. pro Qu. 92. Aliquis deformatus, atque ornamentis omnibus ſpoliatus pro Syl. 73. Quæ ita à fortuna deformata ſunt, vt tamen à natura inchoata compareant.

☞ Syntaxis. *Corpore deformatus. Deformatus. Ludi deformati, inquinati, peruerſi, conturbati. (ſynonymiam aduerte in quatuor vocabulis.) Vitijs deformatus.*

Deformis, *turpis.* )( *Formoſus.* 1. de Inu. 35. 4. Fam. 9. Nec eam diligere minùs debes, quòd deformior eſt, ſed miſereri potiùs. pro Cæl. 6. M. Cælium nunquàm pœnitebit non deformem eſſe natum. 2. de Orat. 248. Iocus in rebus turpiculis, & quaſi deformibus ponitur. 5. de Fin. 35. Motus ſtatúſne deformis. 1. Off. 126. Partes quæ ad naturæ neceſſitatem datæ, aſpectum deformem habent. pro Cæl. 6. Deforme eſt etiam de ſeipſo prædicare, &c.

☞ Syntaxis. *Res turpicula, & quaſi deformis. De ſe prædicare, deforme eſt.*

Deformitas, *prauitas, turpitudo* )( *dignitas.* 1. de Or. 156. Ne mala conſuetudine ad aliquam deformitatem prauitatémque veniamus. 2. 239. Deformitas & corporis vitium. 10. Fam. 6. Dignitas nulla erit, ſed ſumma deformitas. 3. Offi. 105. Nullum eſt maius malum turpitudine: quæ ſi in deformitate corporis habeat aliquid offenſionis, quanta illa deprauatio & fœditas turpificati animi debet videri? 1. de Leg. 51. Animi deformitas.

† Adivnc. Aliqua, 1. de Ora. Summa, 1. Fam.

☞ Syntaxis. *Deuenire ad deformitatem & prauitatem. Corporis vitium & deformitas. Turpitudo, deformitas, deprauatio, fœditas.*

Deformo, *fœdo, turpo, maculo, quaſi depingo* )( *Orno, exorno.* pro Cec. 14. Quis igitur ille, quem ſuprà deformaui. de Ar. 51. Eius concio, in qua Pompeium ornat, an potiùs deformat. 4. ad Her. 21. Qui ſunt qui Italiam deformârunt? Carthaginenſes. 3. 37. Aut ſi qua re deformabimus: vt ſi cruentam, aut cœno óblitam, aut rubrica delibutam inducamus. pro Cæl. 3. Ea quæ accuſatores deformandi huius cauſa dixerunt.

Defossvs. 2. de Or. 174. Vt ſi aurum cui, quod eſſet multifariàm defoſſum, commõſtrare vellent. 1. de Diu. 32. Nouaculam illam defoſſam in comitio, ſupráque impoſitum puteal accepimus.

mus.2.134. Reſpondit coniector theſaurum defoſſum eſſe ſub lecto: fodit, inuenit aurum, &c.

† Adverb. Multifariàm, 2. de Orat.

Defravdo, *decipio*. Orat. 221. Ne breuitas defraudaſſe aures videatur, néve longitudo obtudiſſe. 7. Fam. 10. Quem aureà ne Andabatam quidem defraudare poteramus.

Defricor. 4. ad Her. 15. Nam vt fortè hic in balneas venit, cœpit, poſtquàm perfuſus eſt, defricari.

Defringendvs. de Orat. 108. Surculo defringendo vſurpare poſſeſſionem amiſſam.

Defringo, *decerpo, frango*. pro Cecin. 60. Qui prætereuntes ramum defringerent arboris. 4. ad Heren. 69. Hic ſubſellium calce premens, dextra pedem defringit.

Defvgiendo. 5. Tuſ. 118. Iniurias fortunę, quas ferre nequeas, defugiendo relinquas.

Defvgio, *refugio, recuſo*. 1. de Ora. 106. Non te decet eam diſputationem defugere. 8. Atti. 3. Defugere aliquod munus. pro Syl. 33. Attende iam quàm defugiam autoritatem Conſulatus mei. de Som. 7. Ne munus humanum aſſignatum adeò defugiſſe videamur.

Defvngor, *exantlo, fungor, perfungor*. pro S. R. 21. Cùm ij qui anteà metuebant, redirent, & iam defunctos ſeſe periculis arbitrarentur. Antequàm. 14. Illi quorum animus eſt religionis pietate defunctus. 10. Fam. 24. Neque ego pro maximis tuis beneficiis tam vili munere defungor orationis. 8. 1. Et hoc mendacio, ſi qua pericula tibi impenderent, vt defungeremur, optaui. 5. V. 42. Quis nō maximo ſe affectum beneficio putauit? cum tribus decumis pro vna defungeretur?

† Adverb. Libenter, 10. Fam.

☞ Syntaxis. *Periculis defunctus: id eſt, ereptus.*

Degenero, *veteres maiorum laudes obtero, deflecto*. de Cla. 130. Naturale quoddam ſtirpis bonum degenerauit vitio deprauatæ voluntatis. 13. A. 30. Frater tuus qui à vobis nihil degenerat. de Pro. 21. Cuius vtinam filij non degeneraſſent à grauitate paterna. pro Fl. 25. Ab hac perenni conteſtatáque virtute maiorum non degenerauit L. Flaccus. 5. V. 159. Conſuetudo & diſciplina degenerare nō ſinit. 1. de D. 6. Panætius degenerauit à Stoicis. 2. Tuſc. 60. A quo illum degenerare dolebat. 5. de Fin. 13. Namque horum poſteri degenerant, vt ipſi ex ſe nati eſſe videantur.

Degendvs. 1. Offic. 11. Ad vitam degendam præparate res neceſſarias. *Lege*, Ævvm. de Amic. 88. Amicitia nullam ætatis degendæ rationem patitur eſſe expertem ſui. 1. Offic. 117. Id ſibi quiſque genus ætatis degendæ conſtituit, quod maximè adamauit.

Dego, *ago, tranſigo, traduco, viuo* pro S. R. 150. Degere ætatem inter feras. Ibid. 144. Degere vitam in egeſtate. Antequàm. 29. Degere vitam in exilio. pro Syl. 75. Cum Lentulo & Catilina fœdiſſimam & miſerrimam vitam degere. 4. de Fin. 30. Degere vitam cū virtute. de Sen. 2. Degere omne tempus ætatis ſine moleſtia. 2. de Fin. 118. Degere omnem ætatem in tranquillitate. 11. Fa. 28. Quod reliquum eſt vitæ, in otio Rhodi degam. * Hortenſ. In Beatorum inſulis immortale æuum degere.

Degor. 1. de Nat. 51. Quæ vita deorum ſit, quæque ab iis degatur ætas.

☞ Syntaxis. *Degere vitam, ætatem. Vita degitur. Degere vitam in egeſtate, cum virtute, inter impios. Degere, abſolutè: id eſt, viuere. Ab eo vita degenda eſt.*

Degvsto, *delibo, guſto, attingo, agnoſco, conijcio*. 1. Att. 13. Altercatio huiuſmodi, ex qua licèt pauca deguſtes. Par. 1. Deguſtabis genus hoc exercitationum mearum, quibus vti conſueui. 8. Att. 8. Tu velim Fabium odorere, & iſtum conuiuam tuum deguſtes. pro Clu. 72. Qui aliquid ex eius ſermone ſpeculæ deguſtārat. 5. Tuſ. 61. Vis igitur deguſtare, &c. vitam, & experiri fortunam meam. 13. At. 38. Vellem aliquid deguſtaſſes de fabulis.

☞ Syntaxis. *Deguſtare hominem, vitam, de aliqua re.*

Dehinc, *deinde, poſteà*. 2. de Inu. 43. Quòd ſimul diuerterit, dehinc cœnârit. 2. Tuſ. 15. Primùm igitur, &c. dehinc, &c.

Dehortando. Corn. in vita Att. Ne fruſtrà dehortando conemini.

Dehortor, *diſſuadeo, deterreo, auoco*. I. P. 94. Res ipſa aut me, aut alium quempiam aut inuitabit, aut dehortabitur. 3. ad Her. 6. Si ab his dehortabimur.

Deiectio, *depulſio*. pro Ceci. 57. Qui illam vim deiectionémque fecerit.

Deiectvs. pro Q. R. 7. Hæc ſunt deiecta, illæ in ordinem confectæ. 16. At. 14. Mihi videatur φρατύλαξ ille deiectus de gradu. pro Cecin. 36. Qui armis pulſus eſt, non videtur eſſe deiectus? pro Mur. 76. Quintus Tubero Prætura deiectus eſt. pro Cec. 50. Deiectus verò qui poteſt eſſe quiſquam, niſi in inferiorem locum de ſuperiore motus? item, Illud verò, nullo modo poteſt deiectus eſſe quiſquam non modò qui tactus non ſit, ſed ne æquo quidem & plano loco. * Frag. ep. Ancone cum eo deiectus eſt ex Senatuſconſulto.

Deiero, *iuro*. 4. ad Her. 63. Iſte oneratus auro clamat & deierat.

Deiicio, *deturbo, demolior, depello, diſturbo, exturbo, præcipito, dimoueo, eijcio, deiectionem facio*. pro S. R. 99. Habeo etiā dicere quem contra morem maiorum minorem annis XL. de ponte in Tyberim deiecerit. Orat. 129. Nos ſæpe aduerſarios noſtros de ſtatu omni deiecimus. 2. V. 23. Pollicitus eſt quantum vellent pecuniæ, ſi me Ædilitate deieciſſent. 7. 161. Hac ſe commemoratione ciuitatis omnia verbera depulſurum, cruciatúmque à corpore deiecturum arbitrabatur. 8. A. 6. Antonij præſidium Claterna deiecit Hircius. pro Do. 24. Cùm Senatum à gubernaculis deieciſſes, populum è naui exturbaſſes. 1. A. 1. Nec verò vſquàm diſcedebam, nec à republica deiiciebam oculos. 5. V. 40. Si priùs illud propugnaculum, quo contra omnes meos impetus vſurum ſe putat, ex defenſione eius deiecero. pro Cec. 38. Eieci ego te, non deieci. Ibid. 23. Prætor interdixit, vt vnde deieciſſet, reſtitueret. Ibid. 31. Non deieci, ſed obſtiti. 7. V. 129. Si metum hunc Siciliæ deiecero. 2. Tuſc. 40. Vidéſne, quantum de doloris terrore deieceris? pro Q. 27. Libellos Sext. Alphenus deiecit.

† Adverb. Nuſquàm oculos, 6. Ver. Tantulùm oculos, 7. Ver.

Deiicior, *deturbor*. 2. cont. Rull. 80. Deiici, vel dimoueri ex poſſeſſione. 2. V. 25. Vt cuius pecuniæ me de fide deducere non potuiſſent, ne eiuſdem pecuniis de honore deiicerer. 1. ad Her. 23. Is obuolutus & obligatus corio deiiciatur in profluentem. pro Mur. 79. Deiici de vrbis præſidio, & de cuſtodia ciuitatis deturbari. pro Cec. 49. Dimoueri enim & depelli de loco neceſſe eſt eum, qui deiicietur. pro Qu. 79. De ſaltu deiicitur Qu. 1. Offic. 80. Tumultuantem de gradu deiici.

† Adverb. Alicunde, dupliciter porrò, pro Cec.

☞ Syntaxis. *Magiſtratu deiict. De omni ſtatu deiicere aliquem. Deiicere à ſe cruciatum: id eſt, pellere, fugare. Deiicere oculos à ſuis: id eſt, remouere.*

Dein, *deinde*. 2. de N. 110. Dein quæ ſequuntur. de Clar. 93. Dein flacceſcebat oratio. pro Mil. 42. & Or. 154. Dein, pro deinde. * in L. Piſon. Prius—dein—extremè.

Deinceps, *deinde, poſteà, poſthac, rurſus*. 1. de Orat. 25. Cotta qui Tribunatum petebat, & Sulpitius qui deinceps eum magiſtratum petiturus putabatur. 3. de Fin. 20. Primum eſt officium vt ſe conſeruet in naturæ ſtatu, deinceps vt ea teneat, quæ ſecundùm naturam ſint. 3. de Ora. 181. Breues deinceps tres, extrema producta, pæanem faciunt. 2. Fa. 18. Sed tamen tres fratres, quos deinceps Tribunos plebis per triennium video fore, te nolo habere inimicos. de Clar. 201. Tum reliquos inſtitui, deinceps perſequar. 2. de Nat. 93. Annales Ennij, vt deinceps legi poſſint, effici poſſe. Top. 87. Loci autem qui, &c. deinceps eſt videndum. Brut. 10. Velim deinceps meliora ſint. de Cla. 218. Res quas Cæſar anno pòſt & deinceps reliquis annis adminiſtrauiſſet in Gallia. 2. de Leg. 40. Deinceps in lege eſt, vt de ritibus colantur optimi. 1. de Or. 37. Sed deinceps omnia plena conſiliorum videmus. 5. Tuſc. 8. A quibus ducti deinceps omnes ſapientes habebātur. 1. Offi. 42. & 142. De iuſtitia ſatis dictum eſt: deinceps, vt erat propoſitum, de liberalitate dicatur. 1. Offi. 160. Prima, &c. ſecunda, &c. tertia, &c. deinceps gradatim reliqua reliquis debeantur. 2. de Diu. 111. ἀκροστιχὶς, cùm deinceps ex primis verſus literis aliquid connectitur. Ibid. 64. Qui primus, qui ſecundus, qui deinceps moriturus. de Som. 16. Deinceps accipere ab aliis & tradere aliis. 4. Tuſc. 3. Vt deinceps qui accubarent, canerent ad tibiam, &c. Poſtquàm ad Quir. 17. Opera mea rempub. incolumem magiſtratibus deinceps traditam. 2. de Leg. 47. Sacra deinceps familiis prodantur & ſint perpetua. 1. ad Her. 14. Cauēdum eſt etiam, ne id quod ſemel ſuprà diximus deinceps dicamus, *id eſt, iterum*. de Clar. 12. Poſteáque, deinceps, &c. Ibid. 312. Deinceps inde multa, &c.

Deinde, *dein, exinde, exin, dehinc, poſthac, deinceps, ſecundo loco*. 2. de D. 80. Totius augurij primùm naturam ipſam videre, deinde inuentionem, deinde conſtantiam. 3. Fa. 7. Primùm Appio Claudio, deinde Imperatori, deinde more maiorum, deinde quod caput eſt, amico. 2. de Nat. 113. Deinde Delphinus, exinde Orion. 3. Qu. Fr. 8. Quas ad te deinde literas mittemus.

Deintegro, *denuò*. 13. Att. 27. Illud verò vel optimè, quòd ita multa mutari volunt, vt mihi deintegrò ſcribendi cauſa non ſit. 12. Fa. 30. Qui in morbum deintegrò inciderunt. 5. A. 10. Ferre Leges deintegrò. ‖ 4. V. 139. Cenſores deintegrò creari. 13. At. 49. Gratulare deintegrò.

Deivnctvs. de Vn. 12. Ita neceſſitas cogit, vt eadem ſint ea quæ deiuncta fuerunt.

Delabor, *deuenio, deflecto*. 3. de Orat. 178. Ex vtraque parte tecti aqua delabitur. Arat. 1. Offic. 77. De manibus audaciſſimorum ciuium delapſa arma ipſa ceciderunt. 1. Qu. Fr. 1. E cœlo diuinum hominem eſſe in prouinciam delapſum pro Mar. 24. Omnia quæ delapſa iam fluxerunt, ſeueris legibus vincienda ſunt. 1. de Orat. 96. Inſperanti mihi cecidit, vt in iſtum ſermonem delaberer. de Am. 78. Iam enim à ſapientum familiaritatibus, ad vulgares amicitias oratio noſtra delabitur. pro Cæl. 15. A maledictis pudicitiæ ad coniurationis inuidiam oratio eſt

noſtra delapſa.7.At.5. Delabi in morbum.Part.12.A maioribus ad minora delabi. 2. de Orat.246. Delabi in aliquod vitium.2. Offic.64.Habenda eſt ratio rei familiaris:quã delabi ſinere,flagitioſum eſt.1.de Diu.58.Cùm tu prouectus ſubitò,atque delapſus in flumen, nuſquàm apparuiſſes. 4.Acad.59. Delabitur interdum, vt dicat opinaturum,&c.de Fat.39. Dum autem verbis vtitur ſuis, delabitur in eas difficultates, vt neceſſitatem fati confirmet inuitus.6.Fam.10.Nam ipſe quotidiè mihi delabi ad ęquitatem,& ad rerum naturã videtur.1.Q.Fr.1. Sed neſcio quo pacto ad pręcipiendi rationẽ delapſa eſt oratio mea,cùm id mihi propoſitũ initiò non fuiſſet.11.Ant.24.Signũ cœlo delapſum.

† Adverb. Potiſſimùm iſthuc,pro Muræn.

☞ Syntaxis. *Delabi ex,&c.loco,& loco. De manu delabi. Delabi in ſermonem,ad nugas. Delabitur familiaris res. Delabi ad æquitatem, in optimam partem.*

*Delapsvs. *Alcyonem genuit claris delapſus ab aſtris Præuius Aurora Solis noctiſque ſatelles.*

Delatio, *accuſatio.* 1.V.49.Cuicunq; vos delationẽ de diſſetis. 8.Fam.6. Inter poſtulationem & nominis delationem vxor diſceſſit.1.V.64.& pro Cl.25.Delatio nominis.

† Adivnc. Salutaris & diligens,de Prouinc.

*Delatvs. con.C.Anton. Quo tempore à L.Caleno furti delatus ſis.

Delectamentvm, *oblectamentum.* I.P.60. Inania ſunt iſta, mihi crede,delectamenta penè puerorum.

† Adivnct. Inania,in Piſo.Permulta,de Sen.

Delectatio, *oblectatio,fructus,iucunditas,fructus iucunditatis.* ♃. *faſtidium.* de Sene.45. Delectationes conuiuiorum non corporis voluptatibus magis quàm cœtu amicorum ſermonibúſq; metiebar. 4.Tuſcu.20. Delectatio eſt voluptas,ſuauitate ſenſus animum deliniens.Poſtquàm in Sen.13.In omni parte corporis aliquam delectatiouem gaudiúmque verſari.2.de Diu.113.Fabulæ delectationis habent multum. 7.Fam.1. Quæ popularem admirationem habuerunt, delectationem tibi nullam attuliſſent.1.de Or.193.Mira quædam in cognoſcendo ſuauitas delectatio. pro Pomp. 40. Non illum amœnitas ad delectationem reuocauit. pro Mur. 39. Ab delectatione omni negotiis impedior.ibid.Et in ipſa occupatione delectationes alias multas habere poſſumus. 1.Offic.105.Hominis mens videndi & audiendi delectatione ducitur.1.de Or.249.Res ruſticas vel fructus cauſa, vel delectationis inuiſere.9.Fam.24. Magna delectatione & voluptate te priuaſti.3.de Or.153.Poſt autẽ delectatio,iucunditáſq; celebrauit.2.de leg.14.Studij delectationíſq; cauſa ſcribere leges, non reip.vt Plato,&c.6.Fa.12. Doctrina & literæ,quæ ſecundis reb.delectationem modò habere videbantur, nunc verò etiam ſalutem.4.ad Her.25. Hoc habet magnã delectationem.

† Adivnct. Aliena,plurimæ,1.de Inu. Deſidioſa,leuiſſima,2.de Or. Diuina,4.Tuſc. Diuturna,propria,ſumma,3.de Orat.Ingenua & digna ſapiente,5.Tuſc.Magna,1.Fam.Maior,maxima,mira,1.de Orat.Multæ, pro Mur.Oratoria,4.Att.Puerilis,1.de Fin.Veteres,Part.

☞ Synt. *Delectatio eſt voluptas.(hîc obſerua genus ad delectationem eſſe voluptatem.)In omni corporis parte aliqua delectatio & gaudiũ. (agnoſcas hîc gaudiũ ſignificare voluptatem ) Suauitas & delectatio. Ad delectationem reuocari. Ab delectatione impediri. Delectatio & voluptas.Id non habet delectationem.Quæ tibi hæc eſt delectatio?*

Delecto, *oblecto,ago,duco,capio,delectationem habeo, affero.* 3.de Or.95. Quod non ſolùm delectet,ſed etiam ſine ſatietate delectet.1. Off.98. Pulchritudo corporis mouet oculos & delectat. 2.Q.Fr.14.Literæ tuę incredibiliter me delectauerunt.7.At.23. Philotimi literæ me admodùm delectauerunt.2.6.Itaque libris me delecto, quorum habeo Antij feſtiuam copiam.1.Famil.7. Quia me ſtatus hic reip.non delectat.2.Atti.4. Intereà quidem cum Muſis nos delectabimus. 9.Fam.18. Tu te iſtic Atheniano iure delectato,ego me hîc Hirciano.de Am.15.Itaque non tam iſta me ſapientiæ fama delectat,quàm,&c.16.Att.5. Incredibile eſt,quàm,me Quintius in omni genere delectârit.1.1. Hermathena tua valdè me delectat.2.Q.Fr.12. Me magis de Dionyſio delectat:ipſe eſt enim veterator magnus.

† Adver. Ad modùm,de Clar.Diutiùs,de Aruſp.Humaniter,7.Fam. Incredibiliter,2.Qu.Fr.Mirè,1.Attic.Vehementer,14.Attic.

Delector, *oblector,ducor,capior,teneor, delectatione videndi ducor,ex aliqua re fructum capio,voluptate afficior,morior in ſtudio faciendi aliquid,paſcor,perfruor,gaudeo, lætor.* 3.Q.Fr.3. Puer magis illo declamatorio genere duci & delectari videtur. 45. Hiſce ego rebus paſcor, his delector, his perfruor, quòd Senatus,&c. pro Arch. 30. Nunc quidem certè cogitatione quadam ſpéque delector.1.Attic.17. Multi opinione æquitatis delectantur.12. Fam.29.Nullo prorſus plus homine delector.Magis meo facto delector,quàm tuo.de Or.36. Ennio delector,ait quiſpiam,qui, &c.3.Q.Fr.2.Cognoſce nunc hominis audaciam,in rep.perdita delectare. 2.de Leg.17. In hoc admodùm delector, quòd,&c.ad Brut.In quo valdè delector,me antè prouidiſſe,&c. *id eſt,in Dolabella.* de Am.66. Ne criminibus inferendis delectetur amicus. 1.V.44. Vt me ab eo delectari faciliùs quàm decipi putem poſſe.Ora.195.Vt ab altero non delectêre,alterum oderis.de Clar. 188.Delectatur audiens multitudo,& oratione ducitur,& quaſi voluptate quadam perfunditur. ‖ 5.Fam. Eo ipſo bono tuo quo delectatur.

† Adver. Aequè altero ac ſeipſo,ſimiliter,1.Offic. Dupliciter literis, 9.Fam.Incredibiliter ſtudiis,magnoperè,3.Famil.Incredibiliter voluptatibus,Planè onere,de Senec. Magnoperè humanitate,13.Fam. Magnoperè ludis,pro Mur.Magnoperè verbo,pro Corn.Balbo.Mediocriter,1.de Fin.Minùs Diu,vehementiùs pila,3.de Orat.Mirificè,4.Acad. Mirificè ingeniis,6.Fam.Prorſus plus nullo,12.Fam.Vehementer literis,14.At.Vehementer memoria,13.At.Vnicè,3.ad Qu.Frat.

☞ Synt. *Id me delectat.Hoc me delecto.In hoc delector,& hoc. Cum ſtudijs me delecto.Ille in omni genere me delectat.Hac re paſcor,delector,perfruor.*

Delectvs. 2.con.Rull.44.Cùm delecta finitorum iuuentute, &c.pro Dom.24. Vir ſæpe ad extrema reipub.diſcrimina delectus. Antequàm. 15. Nunc vel ſolus delectus ad calamitatem, vel primus vocatus ad tale periculum. 1. Q. Fr.1. Quæſtorem habes non tuo iudicio delectum.

Delectvs, ſubſt. *diſcrimen,ratio,electio.* 1.Offi.45.Tertium eſt propoſitum,vt in beneficentia delectus eſſet dignitatis.1.Offic. 49. Acceptorum autem beneficiorum ſunt delectus habendi: nec dubium, quin maximo cuiq; plurimum debeatur.4.V.123. Iſte omnia iura pretio exæquauit,omnium rerum delectum atque diſcrimen pecunia ſuſtulit.con.Rul.56. Cæteri agri ſine vllo delectu decemuiris addicentur.pro Corn.49.Qui Imperatoribus noſtris in bello delectum virtutis eripi vellet.4. de Finib. 69. Officia tolluntur delectu omni & diſcrimine remoto.5.A. 13. Delectus autem & notatio iudicium etiam in noſtris ciuibus haberi ſolet. 3. de Orat.148. Verborum propriorum delectus eſt quidam habendus. de Clar. 253. Verborum delectum originem eſſe eloquentiæ,ex Cæſare.5.de Fin.90.Mihi quidem etiam laudatius videretur, quod eligitur, & ad quod delectus adhibetur. ‖ 1. de Diuin.103. Quod idem in delectu Conſules obſeruant,vt primus miles fiat bono nomine. Or.48. Quorum ab Oratoris iudicio delectus magnus adhibebitur. 1.Offic.6. Si rerum aliquem delectum reliquiſſent.pro Cl.128. Quod idem facere Cenſores in delectu dignitatis,& in iudicio ciuium,& in animaduerſione vitiorum,qui conuenit.1.de Fin.33.Itaque harum rerum hic tenetur à ſapiente delectus, vt reiiciendis voluptatibus maiores alias conſequatur.pro Pl.9.Populus non delectu aliquo aut ſapientia iudicat, ſed impetu nonnunquàm & quadam temeritate.1.Offi.149.Habere delectum ciuis & peregrini, in ipſóque peregrino priuatímne an publicè venerit. de Prou.5. Exercitus ille noſter ſuperbiſſimo delectu & duriſſima conquiſitione collectus,omnis interiit.7.At.20.Nullus vſquam delectus : nam conquiſitores φαινοπρωσωπεῖν non audent, nec nomina dant.5.A.31. Delectum haberi ſublatis vacationibus.* Hortenſ. Nullo delectu propoſito bonorum & malorum.

† Adivnct. Elegans verborum,magnus, de Clar.Percautus & diligens,1.Q.Fr.Prouincialis,15.Fam.Superbiſſimus,pro Cornel.Balbo.

☞ Syntaxis. *Delectum habere beneficiorum. Delectum & diſcrimen. Adhibere delectum.Tenere delectum. Delectus ſuperbiſſimus,& duriſſima conquiſitio copiarum.*

Delegandvs. 12.At.13. Balbi regia conditio eſt delegandi.

Delegatio, *mandatum,prouincia.* ibid.5.Delegatio in mancipe annua die.

Delegatvs. 2.9. Quoniam putas prætermittendum à nobis eſſe hoc tempore cratera illum delegatum.*aliàs* delicatum.

Delego, *mando,mitto.* 2.de Ora.125.Hæc ipſa,quæ nunc ad me delegare vis,ea ſemper in te præſtantia fuerunt.8.Fa.1. Tamen in hoc te deprecor, ne me arrogantiæ condemnes, quòd hunc laborem alteri delegaui. 13.At.44. Quintum delegabo, ſi quid æri meo alieno ſuperabit. pro Dom.16. Delegaui amico locupletiori, &c. ‖ pro Font.8. Quid ſi hoc crimen optimis nominibus delegare poſſumus.

Delendvs. pro Pomp.7.Delenda eſt vobis illa macula,Mithridatico bello ſuperiore ſuſcepta. 1.A.1. Omnem memoriam diſcordiarũ obliuione ſempiterna delendam cenſui.Poſtquàm ad Quir. 12. Quæ deliberatio non in re delenda, ſed in augenda mercede conſumpta eſt.

Deleo, *tollo,extinguo,adimo,abſtergeo.* 7.Famil.18. Non enim te puto meas epiſtolas delere,vt reponas tuas.pro Deiot.37. Hæc nulla vnquàm vetuſtas obruet, nulla delebit obliuio.de Amic. 11.Qui non modò præſentia, verùm etiam futura bella delerit. 3.Q. Fr.1. Deleuit mihi omnem moleſtiam recentior epiſtola. de Aruſp.6. Extinguere & funditùs delere aliquid. 1.V.26. Extinguere atque delere improbitatem.2.cont.Rul.87.Delere aliquod ædificium. 2. de Leg.64. Delere ſepulcrum. 1.de Diuin.8. Cotta ſi diſputat, vt Stoicorum magis argumenta confutet, quàm hominum deleat religionem. 1.Tuſc.117. Sin autem perimit ac delet omninò,quid meliùs? 1.Att.13.Ius & fas omne delere. pro Seſt. 56. Qui omnes leges vna rogatione deleuit. ad Octa Tu cruore & flamma omnia delere vis.de Aruſp.33. Vrbs hęc,quã delere voluiſti.4.C.21.Scipio Numantiã deleuit.pro S. R.131.Iupiter vrbes deleuit fruges perdidit.Poſtquàm in Sen.3.

Qui cùm per ſe rempublicam lacerare non poſſet, ſub alieno ſcelere deleuit.15.At.14.Iam ſcripſeram,delere nolui. 14. Fa. 3. Delere epiſtolam lacrymis.

DELEOR.3.ad Her.31.Imagines ſicut literæ delentur.10. Att.6. Niſi Pompeius vincit,nomen populi Rom. deleatur neceſſe eſt. pro Qu.R.7.Hæc delentur ſtatim,illæ ſeruantur ſanctè.

† ADVERB.Funditùs memoriam,pro Quin.Funditùs Patriam,1.Offic. Funditùs peſtem, de Aruſp. Funditùs Remp.Phil. Funditùs Senatum, 13.Phil.Non modò præſentia,de Amic.Omninò,1.Tuſ. Omninò Remp. 15.Fam.Omninò nomen,6.Ver.

DELETVS.3.Offi.3.Extincto Senatu, deletíſque iudiciis, quid eſt,&c.1.de N.38.Homines morte deleti.1.Tuſc. 90. Totò animante deleto,& facto interitu vniuerſo.pro Pomp.20. Magnas hoſtium copias multis præliis eſſe deletas.2.Offi.16. Multi deleti ſunt homines hominum impetu.pro Mur. 74. Quorum alteri vno aduétu noſtri exercitus deleti ſunt.pro Flac.60. Nominis propè Romani memoriam cum veſtigio imperij non modò ex ædibus Græcorum, verùm etiam ex literis eſſe deletam. 3.V. 145.Tectorium vetus ex columna deletum eſſe,& nouum inductum.)(.Inducere.* pro Dom.137. Monumentum deletæ Reip.

† ADVERB.Non modò ex ædibus Græcorum,verùm etiam,pro Flac.

Syntaxis. *Delentur literæ,imagines,maculæ,moleſtiæ,exercitus,nomen,memoria.*

DELENTOR.*delinior,mitigor*,12.Fa.2.Alter nouis commentariis Cæſaris delenitus eſt.*aliàs*,delinitus.

DELETRIX,*quæ delet,pernicies* de Aruſp.49. Illa penè deletrix, huius imperij ſica.

DELIACVS,*ex Delo*.pro S.R.153.Deliaca vaſa. *id eſt,præſtantiſſima*.4.Ac.85.Gallinarius Deliacus.*Lege*,DELOS.

DELIBANS.4.ad Her. 69. Ille nulla voce delibans inſitam virtutem,condidit tacitùs.

DELIBATVS.de Cla 58.Flos delibatus populi, *aliàs*, Delibutus *&* illibatus. *Lege*,LIBATVS,& ILLIBATVS. 2.de Inu. 174. Quod ſit de honeſtate delibatum, virtute aliquando recuperare.de Sene.78.Ex vniuerſa mente diuina, delibatos animos habemus.

DELIBERATIO,*conſultatio,conſilium,σκέμμα magnum*.7.Att.3. Id conſiderabimus, quale ſit: habet enim res deliberationem, etſi ex magna parte tibi aſſentior.1.A.2. Deliberationes, quas habebat.de repub.14.At.13. Suſcipe nũc meam deliberationem, qua ſollicitor: ita multa veniunt in mentem in vtranque partem.2.de Ora.336.Inciditur enim omnis iam deliberatio, ſi intelligitur non poſſe fieri. pro Pomp.27. Vtinam virorum fortium tantam copiam haberetis,vt hæc vobis deliberatio difficilis eſſet,quémnam potiſſimùm tantis rebus præficeretis?de Fat. 2. Maximè nos quidem exquirentes ea conſilia, quæ ad pacem pertinerent, omníſque ferè noſtra in his deliberationibus conſumebatur oratio 3.Offi. 50. De viri boni deliberatione & conſultatione quærimus. Ibid 17. Panætius non videtur debuiſſe huiuſmodi deliberationem introducere.1.9.Triplex eſt conſilij capiendi deliberatio:nam, &c.ibid. Id quod in deliberationem cadit.3.de Ora.202.Communicatio, quæ eſt quaſi cum iis ipſis apud quos dicas,deliberatio. 2. de Ora.Cauſa ex deliberatione conſtans,vt belli.1. 22. Forenſes diſceptationes iudiciorum aut deliberationum.1.de In.12.Domonſtratio & deliberatio,genera ſunt cauſarum.1.Offi.9.

† ADIVNCT.Difficilis,pro Pomp.Difficilior,magna,4.Fam. Difficillima,1.Off.Plurimæ,3.de Or.Turpis, 2.Off.

Syntaxis. *Id non habet deliberationem:id eſt,poſtulat. Habere deliberationes de. Deliberatio inciditur: id eſt,adimitur. Deliberatio & conſultatio. Deliberatio conſilij capiẽdi. Cadit hoc in deliberationem.*

DELIBERANDI.8.Att. 3. Coram tecum mihi poteſtas deliberandi non eſt.Poſtquàm ad Quir.12. Is noctem ſibi ad deliberandum poſtulauit:quæ deliberatio,&c.pro Qu.R.45. Tibi diu deliberandum & concoquendum eſt,vtrùm,&c.1.Offic.9.Cùm enim vtilitas ad ſe rapere, honeſtas contrà reuocare ad ſe videtur,fit,vt diſtrahatur in deliberando animus,afferátque ancipitem curam cogitandi. Ibid. In deliberando ſæpe animi in contrarias partes diſtrahuntur.

DELIBERANS.8.Att.3. Quamobrem vt de maxima re deliberanti,ita mihi des conſilium velim.‖ 1.Offi. 52. Conſilium deliberanti dare.

DELIBERATIVVS.*ex deliberatione conſtans*.1.de Inu.155.Cauſa deliberatiua.1.7. Deliberatiuum genus eſt, quod poſitum in diſceptatione & conſultatione ciuili, habet in ſe ſententiæ dictionem.

DELIBERATOR,*qui de aliqua re deliberat*.pro Seſt.74.

DELIBERATVS.5.Fam.2. Nec illi quicquam deliberatius fuit, quàm me,&c.euertere.1.con.Rull.25. Mihi deliberatum & cõſtitutum eſt,ita gerere conſulatum.5.V.95. Sic habuiſti ſtatutum cum amico ac deliberatum, omnes qui habitarent in Sicilia iudices reiicere?pro S.R.31. Certum eſt deliberatúmque dicere,&c.pro Qu.R.44.Si iam tibi deliberatum eſt,quibus abroges fidem iuriſiurandi,reſponde.



† ADVEBR.Diu.2.de Inuen.

DELIBERO, *conſulto,conſulo,conſilior, deliberationem habeo, conſilium exquiro,conſilium capio,conſidero,video,concoquo,inquiro*.2.de Fin. 115. Qui voluptatem ſummum bonum eſſe decernit, non cum ea parte animi in qua ineſt ratio & conſilium,ſed cum cupiditate,id eſt,cum leuiſſima parte deliberat.3.ad Her. 2. Vt ſi Senatus deliberet,captiuos redimat,an non.3.V.1.Iſte certè ſtatuerat,& deliberauerat non adeſſe.2.At.7.De geographia etiam atq; etiã deliberauimus. 11.3. Siteçũ olim coràm potiùs quàm per literas de ſalute noſtra fortuníſque deliberauiſſem. Orat. 138.Vt ſæpe cum iis qui audiunt, nonnunquàm etiam cum aduerſario deliberet.

† ADVERB.Certè,facilius de re tota,3.V.Omninò,3.Off.Diu, pro Q.R.

Syntaxis. *Hoc nihil mihi deliberatius, quàm conſtitutum ac deliberatum habere. Statuere,deliberare. Etiam atque etiam deliberare. Certum eſt, deliberatúmque dicere. ( Hîc nota vim capiendi conſilium & à conſilio ſtatuendi.)*

DELIBERO,*decerpo,quaſi libando minuo,deguſto*.pro Seſt. 119. Vt omnes vndiq; floſculos carpam atque delibem.10.Fa. 21. Putabã poſſe me nec de laude ieiuni hominis deliberare quicquam.

DELIBOR.2.de Inu. 114. Et tertius,ſi exiſtant,qui,&c.nónne de ſua gloria delibari putant?

Syntaxis. *Floſculos carpere,ac delibare. De laude aliquid delibare: id eſt,agere,vel minuere,aut detrahere.*

DELIBVTVS,*vnctus,óblitus*.de Cla.217.Cn. Octauius, qui deuinctus erat faſciis, & multis medicamentis propter dolorem artuum delibutus pro S.R. 135. Compoſito & delibuto capillo, paſſim per forum volitare.1.Tuſcu.106. Per terram ſanie delibutam fœdè diuexarier.3. ad Her. 37. Vt ſi cruentam rem aut cœno oblitam,aut rubrica delibutam inducamus.

Syntaxis. *Capillus delibutus vnguentis,medicamentis. Terra ſanguine delibuta.*

DELICATE.3.de Or.60. Recubare alicubi molliter & delicatè. 1.Offi.106.Delicatè ac molliter viuere.

DELICATVS,*mollis*.1.Att. 16. Odia illa libidinoſæ & delicatæ iuuentutis.1.de Na.103.Epicurus quaſi pueri delicati nihil ceſſatione melius exiſtimat.Ibid. 112. Delicatæ & obſcenæ voluptates.pro Mur.20.Aſia iſta referta, & eadem delicata. de Clar. 196.Adoleſcens delicatus.2.C.23.Puer lepidus ac delicatus. pro Mil.28.Muliebri & delicato ancillarum puerorúmque comitatu. 1. Offic. 144. In re ſeuera conuiuio dignum aut delicatum aliquem inferre ſermonem.I.P.70.Is omnia eius adulteria delicatiſſimis verſibus expreſſit.2.At.14.Delicatum conuiuium. Parad.1.Delicatæ regum pateræ,*aliàs*,Filicatæ:*& rectiùs*.Lege,FILICATVS.

Syntaxis. *Libidinoſus ac delicatus. Voluptas delicata, & obſcœna. Comitatus,regio delicata. Sermo conuiuio dignus ac delicatus, in bonam partem. Verſus,& conuiuium delicatum.*

DELICIÆ,*delectamentum,ſuauitas,voluptas, amores,mel* 6.V.2. Quę ciuitas tibi in amore atque in deliciis fuit.6.At.1.Publicanos habeo in deliciis.2.con.Rull.36.Via Herculanea vendibilis multarum deliciarum. pro Mur. 13. Multarum deliciarum comes eſt extrema ſaltatio.pro Dom. 62. Alter ſe Catilinæ delicias fuiſſe dicebat.in Vat.20. Illi quibus erat in deliciis, vix riſum tenebant.16.At.6.Pyliæ ſalutem dices & Atticæ, deliciis & amoribus meis.de Orat.39.Longiſſimè ipſi à talibus deliciis,vel potiùs ineptiis abfuerunt.1.de Diuin.76. Simia, quam rex Moloſſorum in deliciis habebat.Ibid.79. Quid amores & deliciæ tuæ Roſcius.6. A. 12. Sed redeo ad amores deliciáſque noſtras, L.Antonium.13.P.26.Quos Antonius deliciarum cauſa loris in conuiuio cædi iubebat. pro A. P. 26. Deliciarum & voluptatis cauſa quoſdam cum mitrella ſæpe videmus. Parad.1. Cogitatio ſupellectilis ad delicias epularum,ad voluptates.8.Fam.8.Scito C.Sempronium,mel ac delicias tuas calumniam maximo plauſu tuliſſe.3.de Orat.78. Pamphilúmque ſinamus in infulis tantam rem,tanquàm pueriles delicias aliquas,depingere.

† ADIVNCT.Magnæ,pro Pomp.Moleſtæ,pro Cæl.Pueriles,3.de Orat.

Syntaxis. *Id mihi in amore ac delicijs eſt. In delicijs habere. Filiæ mei amores,ac deliciæ. ( & de vno dicitur hoc.) Id agit deliciarum cauſa:id eſt,animi gratia. Is mel ac deliciæ tuæ.*

DELICIOLÆ.1.Attic.6.

DELICTVM, *peccatum, error*. pro Mar. 18. Dij pœnas à populo Rom.ob aliquod delictum expetiuerunt. pro Çec. 7. Quo delictum maius,eo pœna eſt tardior.1.Offi. 145. Quæ autem parua videntur eſſe delicta,ab iis eſt diligentiùs declinãdum.pro Cec. 86.Iniuriarum delictum eſſe.15.Fa.17.Homines ſapientes delicto ſuo,non aliorum iniuria commoueri.‖ pro Rab. Poſtq. 13. Propter multorum delicta etiam ad innocentium periculum tempus illud exarſerat.

† ADIVNCT.Magna,1.Att.Maiora,1.de Inu.Maius, pro Cec. Mediocre,leue,pro Mur.Parua,1.Offic.& 10.Attic.

DELIGENDVS.pro Mur. 24. Dicendi facultas ſæpe valuit in Conſule deligendo.2. cont. Rull. 23. Si vobis ex omni populo deligendi poteſtas eſſet.

DELIGO, *lego, eligo, delectum habeo, delectum adhibeo.* 2.de Inu.2. Ille autem quinque delegit, quarum nomina multi memoriæ tradiderunt.pro Mil.21. Itaque delegit è florentiſſimis ordinibus ipſa lumina.2.Offi.46.Eorum fore ſimiles, quos ſibi ipſi delegerunt ad imitandum.1.de Leg.60. Bona deligere,& reiicere contraria. pro Planc.62. Populus Rom. delegit magiſtratus, in quibus,&c.2.cont.Rul.23. Quem vnum ex cunctis delegiſſetis. * cont.C.Anton.Cuius tu conſilium in tua turpiſſima cauſa delegiſti.in L.Piſ.Quem ego vnum potiſſimùm delegiſſem generum. Frag. epiſt. Impudentiſſimum nomen delegere. ☩ ‖ *6. V.86.* Statuam delegit.

DELIGOR, *ligor, vincior. 6.*V.*86.* In ea, hominem diuaricari, & deligari.*id eſt, in ea ſtatua.*

☩ DELINIENDVS. 2. Offi.56. Quantò Ariſtoteles grauiùs & veriùs non reprehendit,qui has effuſiones pecuniarum non admiremur quæ fiunt ad multitudinem deliniendam.

DELINIO, *placo, allicio, mitigo, demulceo.*2.Offic.48.Milites blando appellando ſermone delinire. 5. V. 157. Delinire aliquem pretio. pro Mur.74. Fouere hominum ſenſus, delinire animos, ☩ & adhibere voluptates. ‖ pro Mil.96.Delinire patrimoniis.

DELINIOR. pro Clu. 13. Ea animum adoleſcentis pellexit iis omnibus rebus,quibus illa ætas capi & deliniri poteſt.

DELINITIO, *mitigatio* 2).Off.56.Delinitio multitudinis,&c.

DELINITOR, *blandus, leniſque moderator.* de Clar. 246. Iudex, cuius delinitor eſſe debet Orator.

DELINITVS, *mitigatus.* 1.de Ora.36.Genus hominum diſertorum oratione delinitum.pro Cl.28.Mulier non nuptialibus donis,ſed filiorum funeribus delinita eſt.15.Fa.16. Iam biennium eſt,cùm virtuti nuncium remiſiſti, delinitus illecebris voluptatis.1.de Fin.33.Delinitus blanditiis voluptatum.12.Fam.2. Alter nouis commentariis Cæſaris delinitus eſt.

☞ Syntaxis. *Delinire ſermone, pretio. Capere ac delinire ætatem. Delinitus illecebris voluptatis.*

DELINQVO, *pecco, committo.*3.de Natu.90.Lex,vt condemnetur filius,ſi pater deliquiſſet.pro Cl.128.Ne miles in bello propter hoſtium metum delinqueret.2.Tuſc.12.Philoſophus artem vitæ profeſſus deliquit in vita. 2.de Inu.33. Delinquere in aliqua ☩ re. ‖ 2.cont.Rul.99.Si quid deliquero,nullæ ſunt imagines,&c.

DELIQVESCO, *diſſoluor, liqueſio, diffluo.* 4.Tuſc.37. Nec alacritate futili geſtiens deliqueſcat.

DELIRANS. 1.de Nat.42.Expoſui ferè non Philoſophorum iudicia,ſed delirantium ſomnia.

DELIRATIO, *ſtultitia, error, inſania.* 2.de Diu.89. O delirationem incredibilem.de Sen.36. Sic iſta ſenilis ſtultitia, quæ deliratio appellari ſolet.

† ADIVNC. Incredibilis,2.de Diuin.

DELIRO, *deſipio.* 1.Offic.94.Falli,errare,labi,decipi tam dedecet, quàm delirare, quàm mente captum eſſe. 1.de Diu.35. In extis totam Hetruriam delirare. 1.de Nat.95. Deſipere,delirare, dementem eſſe.Ibid.93.Omnéſne tibi delirare viſi ſunt?

☞ Syntaxis. *In aliqua re delirare. Deſipere, delirare, dementem eſſe.*

DELIRVS, *ſtultus, inſanus, mente captus.*2.de Orat.75. Tum Annibal reſpondiſſe fertur, multos ſe deliros ſenes ſæpe vidiſſe, ſed qui magis, quàm Phormio,deliraret, vidiſſe neminem.2.de Diuin.142.An tu cenſes vllam anum tam deliram fuiſſe,vt hæc crederet.1.Tuſcu.48.Quæ eſt anus tam delira,quæ iſta timeat?

DELITESCENS. 2.de Nat.53. Stella tum deliteſcens,tum rurſum ſe aperiens.

DELITESCO, *lateo.* ‖ *Rudes Latinæ linguæ, huius verbi vſu negle-* ☩ *cto, Abſcondere ſe, aut Latere in angulis, vſurpant incautè* 2.de Nat. 126.Beſtiæ in cubilibus deliteſcunt.pro Cæl.62. Vt eò mitteret amicos,qui deliteſceret,deinde repentè proſiliret.Ibid.63.Serui in balneis delituerunt. pro Cec. 61. Æquitatis iudicium cùm erit,caue in iſta tam frigida calumnia deliteſcas.4.Acad.15. Sic Arceſilaus, qui conſtitutam Philoſophiam euerteret, & in eorum autoritate deliteſceret,qui negaſſent quicquam ſciri poſſe.

☞ Syntaxis. *In autoritate deliteſcere.*

* DELITVS, *oblitus, deletus.* Frag.ep.Ceris delitis.ibid.Tuli moleſtè quòd literæ delitæ ſunt mihi à te redditæ.

DELIVM, *locus.* 1.de Diu.123.

DELIVS.3.V.47.& 3.de N.88.Delius Apollo.

DELOS. pro Pomp.55. Inſula Deos tam procul à nobis in mari Ægæo poſita. 6. V.71. & 3.48. Apollinem deli violatum eſſe.9. At.11. Non ſolùm Romæ,ſed etiam Deli tuum digamma viderem.*Lege*, DIGAMMA.

DELPHI, *vrbs.*3.de Nat.57.Apollinem ex Hyperboreis Delphos ferunt aduenîſſe. pro Font.20. Delphos vſque ad Apollinem Pythium.2.de Diuin.117. Cur iſto modo iam oracula Delphis non eduntur?

DELPHICVS. 6.V.130.Menſæ Delphicæ.2.de Diu.118.Oracula Delphica.

DELPHINVS, *piſcis marinus, omnium animalium velociſſimus.* Ibid. 145. Gubernatores cùm exultantes loligines viderint & delphinos, tempeſtatem ſignificari putant. 1.de Nat.78. An tu delphinum vllam anteferre cenſes figuram ſuæ?

DELTOTON, *cœleſte ſidus.* in Arat.

*——Deltoton dicere Graij.*

*Quod ſoliti, ſimili qua forma litera claret.* Δ.

DELVBRVM, *templum.*2.V.14. Verres delubra ſanctiſſimis religionibus conſecrata depeculatus eſt.pro Arch.19.Smyrnæi delubrum Homeri in oppido dedicauerunt.1.V.3. Simulacra ſanctiſſima deorum ex delubris religioſiſſimis ſublata.3. de N.84. Menſas argenteas de omnibus delubris iuſſit auferri. Ibid.46. Aras delubráque Hecates in Græcia videmus. pro Dom.132. Cùm nouum delubrum in vrbis clariſſimo loco inchoaret. pro Arch.27.Delubrum Muſarum colere.2.de Leg.19.Conſtructa à patribus delubra habento. 3. de N.95. Pugnare pro templis atque delubris deorum.*Lege*, TEMPLVM.

† ADIVNC. Communia,2.de Leg. Nouum,pro Dom. Patria,pro Rab. Religioſiſſima,3.Ver.

☞ Syntaxis. *Templa & delubra deorum.*

DELVDO, *ludo, illudo, eludo, derideo.* pro S.R.26. Deinde aliquantò leniùs,nihil agere atque deludere cœperunt.

DELVDOR. 2. cont. Rull. 78. Contemnere maieſtatem populi Rom.deludi voſmetipſos diutiùs ab iſto patiemini?

DELVMBO, *debilito, eneruo.* ‖ *quaſi lumbos & vires auſero.* Orat. ☩ 231. Nec minutos numeros ſequens concîdat, delumbétque ſententias.

DEMENS, *de mente ac ſanitate deturbatus, emota mente, inſanus, amens.*)(. *Sanus.* 1. Offic.83. In tranquillo tempeſtatem aduerſam optare,dementis eſt.I.P.47.Tragico illo Oreſte aut Athamante dementior. 3. C. 11. Tum ille ſcelere demens, &c. de Aruſp.56. Inconſideratiſſima & dementiſſima temeritas. 2. de Diu.114. Quæ perturbatione animi, ſanus cùm eſſet,timebat ne euenirent,ea demens euentura eſſe dicebat.1.de Nat.95.Deſipere,delirare,dementem eſſe.

☞ Syntaxis. *Scelere demens. Inconſiderata ac demens temeritas.*

DEMENSVS, *dimenſus, ad menſuram.*Or.38.Vt verba verbis quaſi demenſa & paria reſpondeant.

DEMENTER, *ſtultè.*3. C.22. Res tanta, tam dementer credita.

DEMENTIA, *amentia, ſtultitia.*4.C.22. Qui ex numero ciuium dementia aliqua deprauati hoſtes patriæ ſemel eſſe cœperunt.

† ADIVNC. Popularis turbulentáque,de Clar.Summa,vtilis,4.Tuſcu.

DEMERGO, *immergo, obruo.* 1.de Diu.14.

*——Cornix Demerſit caput, & fluctum ceruice recepit.* * 2. Acad.Si quando nos demerſimus,vt qui vrinantur.

DEMERSVS. 2.de Diu.140.Equus,in quo vehebar,mecum vnà demerſus,rurſus apparuit. 2.Offic.24. Quamuis enim demerſæ ſint leges opibus alicuius, quamuis tremefacta libertas:tamen, &c.de Sen.77. Eſt enim animus ex altiſſimo domicilio depreſſus, & quaſi demerſus in terram. pro Seſt.50. C. Marius ſenile corpus paludib.occultauit demerſum. pro Syll.87. Patriam demerſam extuli.3.de Fin.48.Qui demerſi ſunt in aqua.

☞ Syntaxis. *Demerſus & fluctibus, & oppibus. In terram demerſus.*

DEMETATVS, *deſcriptus, diſtinctus* 2.de Nat.110. Atque ita demetata ſigna ſint, vt in tantis deſcriptionibus diuina ſolertia appareat.

DEMETIOR, *metior, deſcribo, dimitior.* 2.de N.155. Solis curſus demetiti,temporum varietates cognouimus.*aliàs*,Demetati.

DEMETO, *meto.* Ibid.156. Tempeſtiuè demetere, perciperéque fructus.de Sen.70.Demetere & percipere fruges.

† ADVERB. Tempeſtiuè, 2.de Nat.

DEMIGRANDVM. Parad. 2. Mortémne mihi minitaris, vt omninò ab hominibus an exilium, vt ab improbis demigrandum ſit?pro Dom.100.Demigrandum eſt potiùs aliquò,quàm habitandum in hac vrbe.

DEMIGRO, *aliàs ad habitandum eo, diſcedo.*4. Att.16.Multa mihi dat ſolatia, nec tamen ego de meo ſtatu demigro. in Vat.39. Strumæ deniq; ab ore improbo demigrarunt,& aliis iam ſe locis collocârunt. 1.Tuſcul.74. Vetat enim nos Deus iniuſſu ſuo hinc demigrare. I.P.91.Quos tu demigrare,& aras,& focos relinquere coëgiſti.pro R.P.30.Mentes quæ ex hominum vita ad deorum religionem ſanctimoniámque demigrant. 1. C.19. A quo repudiatus ad ſodalem tuum M.Marcellum demigraſti.

† ADVERB. Omninò ab hominibus,2.de Nat.

DEMIGRATVRVS. 2.cont. Rul.41. Demigraturi in illa loca noſtri homines ſunt propter agrorum bonitatem. * Hortenſ.Si ex hac in aliam haud paulò meliorem domum ſine mora demigrare *volumus.*

☞ Syntaxis. *De ſtatu ſuo demigrare. In aliquem locum demigrare.*

DEMINVO, *diminuo.* 13. Fam. 12. Non vt aliquid de illa commendatione deminuam,ſed,&c.*aliàs*,comminuam.

DEMIROR, *valdè miror.*2.cont.Rul,99. Hæc te ſperaſſe aſſequi poſſe demiror.7.Fam.27.Me autem propter quem cæteri liberi ſunt, tibi liberum non viſum demiror. 15. Attic. 1. Iſtam auditam à te eſſe omninò demiror. 14. 16. Quod demiror equidem.

† ADVER. Omninò, 15.Att.

DEMISSE, *humiliter*. pro Dom. 93. Vtrùm me non reſpondere, an demiſsè reſpondere debuit? 2. At. 18. Me tueor, vt oppreſſis omnibus, non demiſsè, vt tantis rebus geſtis, parũ fortiter. ad Brut. 6. Suppliciter ac demiſsè agere gratias alicui. 5. Tuſ. 24. Demiſsè & humiliter loqui.

☞ Syntaxis. *Suppliciter ac demiſsè. Demiſsè & humiliter.*

DEMISSIO, *animi obiectio, infractio, debilitatio*. 3. Tuſc. 14.

DEMISSVS, *humilis, fractus, ſordidus.* )( *lætus, alacer.* pro Cl. 58. At. C. Frabitius à ſubſelliis demiſſo capite diſceſſerat. pro Dom. 82. Inuenies eum apud ſororem tuam, occultatem ſe capite demiſſo. pro Mur. 45. Videſne tu illum triſtem & demiſſum? iacet, diffidit, &c. pro Syl. 74. P. Sylla mœrens, demiſſus, afflictus. pro Fon. 23. Animus demiſſus atque humilis. pro Cl. 58. Erigebat animum demiſſum, oppreſſum Oppianicus. 2. de Or. 182. Demiſſus non acer, non pertinax, non litigioſus, non acerbus. 2. Att. 22. Vt ille tum humilis, vt demiſſus erat. 1. Fa. 9. Fracto animo & demiſſo. ‖ 2. Tuſ. 47. In animis molle quiddam demiſſum, humile, eneruatum quodammodo & languidum, &c.

¶ *Defluxus*. pro Clu. 111. Illa vſque ad talos demiſſa purpura.

☞ Syntaxis. *Triſtis ac demiſſus. Mœrens, demiſſus, afflictus. Animus demiſſus ac humilis.*

DEMITIGOR, *mitigor, lenior*. 1. Att. 10. Nos quotidiè demitigamur.

DEMITTO, *inclino, deprimo, immitto, abijcio*. 2. de Or. 267. Mẽmius in forum deſcendens caput ad fornicem Fabianum demittebat. 4. V. 74. Demittére ſe ad aurem alicuius. 5. de Fin. 42. Si vincunt, efferunt ſe lætitia: victi debilitantur, animóſq; demittunt. 4. ad Her. 14. In mediocri fulgure verſabimur, ſi hæc, vt antè dixi, aliquantulùm demiſerimus. 1. de Diu. 73. Cùm ipſe equum demiſiſſet in flumen, ſummerſus equus nõ extitit. 1. Q. Fr. 1. Te rogo, ne contrahas aut demittas animum. 3. ad Her. 26. Sin erit in demõſtratione ſermo, paululùm corpus à ceruicibus demittemus.

¶ *Abijcio*. 10. Fam. 8. Cùm in eum caſum me fortuna demiſiſſet, ſit, &c.

† ADVERB. Penitùs ſe in Cauſam, 7. Att.

☞ Syntaxis. *Demittere caput, & ſe ad aurem alicuius. Se demittit equus in flumen. In eum caſum te fortuna demiſit.*

DEMIVRGVS, *Turpilij comœdia*. 9 Fam. 22. Itaque non modò in comœdiis res ipſa narratur, vt ille in Demiurgo modò, &c.

DEMO, *detraho*. 2. de Fin. 23. Cui nihil demſit ius. 5. V. 77. Demit de capite medimna DC. Ibid. 81. Quantum de capite demſiſſet. 11. Att. 15. Demere ſollicitudinẽ alicui. de Pet. 7. Qui Tanuſiorum capita demebãt, &c. ‖ 5. V. 80. Quod de capite ipſo demiſit.

DEMOR. 4. Ac. 49. Cùm aliquid minutatim & gradatim additur, aut demitur. 3. de N. 63. Dionyſius Æſculapij barbam auream demi iuſſit.

☞ Synt. *Demere alicui de moleſtia. Minutatim & gradatim demere.*

DEMOCRITICVS. 1. de Orat. 42. & 1. Tuſc. 82.

DEMOCRITIVS. 3. de Nat. 82.

DEMOCRITEVS. 2. de Diu. 32. Verùm ſint iſta Democritea vera. 2. 2. Tuſc. 52. 1. de Nat. 73.

DEMOCRITVS, *nomen Philoſophi*. 2. de Orat. 235. 1. de Nat. 121. *de Riſu.*

DEMOLIENDVS. 4. V. 161. Quæſtores ſtatuas demoliendas locarunt.

DEMOLIOR, *deturbo, abijcio, diſturbo, euerto*. ‖ 6. V. 84. Continuò ſignum vt demolirentur, &c. imperauit. ibid. 85. 3. Qu. Fr. 1. Diphilus columnas demolietur. 1. Off. 138. Hanc Scaurus demolitus acceſſionem adiunxit ædibus. Top. 22. Demoliri parietem. 12. Fam. 13. Partem muri demolitus eſt.

DEMOLITIO, *euerſio*. 4. V. 161. Dum ea demolitio fieret, Quæſtores non minùs triginta adeſſent. ‖ Poſtquàm in Sen. 31. Aditus templorum, &c. demolitione ſublati.

DEMONSTRATIO, *ratio validior*. 3. de Orat. 218. Geſtus ſententiarum non demonſtratione, ſed ſignificatione declarans. 6. V. 132. Illi conuerſam iam habent demonſtrationem ſuam. 1. de In. 12. Demonſtratio & deliberatio genera ſunt cauſarum. 4. Acad. 26. Argumenti concluſio, quæ eſt Græcè ἀπόδειξις, ita definitur, Ratio quæ ex rebus perceptis ad id quod non percipiebatur, adducit.

¶ *Euidentia*. Ενεργεία.

† ADIVNCT. Falſa, neceſſaria, 1. de In. Vniuerſa, 6. Ver.

DEMONSTRATIVVS, *epidicticus*. 1. de In. 7. Cauſę tres partes ſupponimus, iudicialem, deliberatiuam, demonſtratiuam. ibid. Demonſtratiuum genus eſt, quod tribuitur in alicuius certæ perſonæ laudem, aut vituperationem. Orat. 37. Id genus, quod Græcè ἐπιδεικτικὸν nominatur.

DEMONSTATOR. 2. de Orat. 353. Simonides dicitur, ex eo quòd meminiſſet, quo quiſque loco cubuiſſet, demonſtrator vniuſcuiuſque ſepeliendi fuiſſe.

DEMONSTRO, *commonſtro, oſtendo, ſignifico, declaro, ſatis ſigni do, præ me fero, apertè fero, non diſſimulo, profiteor, digitum ad rem intendo, teſtificor*. 6. V. 131. Nam vt antè demonſtrabant, quid vbique eſſet, ita nunc, quid vndique ablatum ſit, oſtendunt. 1. At. 1. Demonſtraui hæc Cæcilio, ſimul & illud oſtendi, &c. 3. Fam. 3. Mihi Fabius demonſtrauit me à te plurimi fieri. 9. 24. Spurina quidem, cùm ei rem demonſtraſſem, & vitam tuam ſuperiorem expoſuiſſem, magnum periculum ſummæ reip. demonſtrabat, niſi, &c. 1. Qu. Fr. 1. Demonſtrare amorem fraternum in aliquem. 1. de Orat. 143. Demonſtrare rem. *id eſt, narrare.* ‖ 4. V. 154. & 6. 85.

† ADVER. Antè, 6. Ver. Breui cauſam, dilucidè, neceſſariò, 1. de Inu. Breuiter, 2. de Inuent. Breuiter funera, pro A. Cluent. Cautè rem propriè, 2. de Orat. Commodiùs cauſam. pro Quint. Diligentiſſimè, 3. Fam.

DEMOROR, *detineo, remoror*. 2. de Orat. 235. Ne diutiùs vos demorer, exponam, &c. 12. Fa. 15. Nonnullis etiam ipſi magiſtratus veniebant in ſuſpicionem detinuiſſe nos, & demoratos eſſe, dum claſſis Dolabellæ certior fieret de aduentu noſtro.

† ADVERB. Diutiùs, 2. de Orat.

DEMORTVVS, *mortuus*. 16. At. 11. Alij enim ſunt aliàs, noſtríq; ferè familiares demortui. 4. V. 124. Cùm eſſet ex veterum numero quidam Senator demortuus. 6. 9. Sanxerunt, ne quis emeret mancipium, niſi in demortui locum. ibid. Si quis Romæ eſſet demortuus. 1. ad Her. 20. Altera lex iubet augurem in demortui locum qui petat nominare.

DEMOSTHENES, *orator princeps*. de Clar. 121. Lectitaſſe Platonem ſtudioſè, audiuiſſe etiam Demoſthenes dicitur. Or. 15. Demoſthenes frequens Platonis auditor. 1. de Orat. 260. Ille cui ſine dubio ſumma vis dicendi conceditur, Athenienſis Demoſthenes. Or. 23. Vt mirarentur Demoſthenem maximè, quo ne Athenas quidem ipſas magis credo Atticas fuiſſe. Ibid. 104. Vſque adeò difficiles & moroſi ſumus, vt nobis non ſatisfaciat ipſe Demoſthenes: qui quanquàm vnus eminet inter omnes in omni genere dicendi, tamen non ſemper implet aures meas. ibidem. 110. Demoſthenis imago ex ære in Tuſculano Bruti. 4. Tuſ. 43. Demoſthenes dolere ſe aiebat, ſi quãdo opificũ antelucana victus eſſet induſtria. 2. de Di. 118. Demoſthenes Pythiã φιλιππίζειν dicebat: *id eſt, cum Philippo ſentire.* 5. Tuſ. 103. Leniculus ſane noſter Demoſthenes, qui illo ſuſurro delectari ſe dicebat aquam ferentis mulierculæ, vt nos in Græcia eſt, inſuſurrántique alteri, Hic eſt ille Demoſthenes. Or. 90. Demoſthenes non tam dicax, quàm facetus. 1. de Orat. 260. Demoſthenes primam ſuæ artis literam dicere non poterat. Brut. 35. Demoſthenes qualis orator. Ibid. 141. Demoſthenes ſententiarum ornamentis & conformationibus omnibus præſtat. de Opt. gen. Or. 19. Demoſthenes muros Athenienſes refecit pecunia ſua. 3. de Or. 211. Brut. 142. Demoſthenes omnia actioni tribuit. Ora. 26. Ne Demoſthenes quidem Æſchini videtur Attice dicere. Ibid. 135. Demoſthenis orationum perfectiſſima eſt pro Cteſiphonte. 1. de Or. 260. Demoſthenis ratio vocis & ſpiritus exercendi. Brut. 288. Ad Demoſthenẽ audiendum concurſus ex tota Græcia fieri ſolitus. 5. de Fin. 5. Demoſthenem aiũt in Phalerico ad fluctum declamare ſolitũ, vt fremitum aſſueſceret voce vincere. 1. Off. 4. Et Demoſthenem exiſtimo, ſi illa quę à Platone didicerat, tenuiſſet, & pronũciare voluiſſet, ornatè ſplendidéq; facere poſſe. 2. Di. 96. de Demoſthenem ſcribit Phalereus, cùm ρω dicere nequiret, exercitatione feciſſe, vt planiſſimè diceret.

DEMOVEO, *remoueo, dimoueo*. pro Syll. 62. Vt non alteros demouiſſe, ſed vtroſque conſtituiſſe videatur. ‖ 2. con. Rul. 80. Qui ex poſſeſſione remp. demoueret. pro Clu. 44. Hunc à cauſa Martialium demouere. 2. V. 52. De certa ſententia demouere. *Vide*, DIMOVEO.

DEMOTVS. pro Cec. 49. Aliquis manu demotus & actus pręceps.

DEMVM, *tandem*. 5. Tuſ. 107. Exilium & quantum demum à perpetua peregrinatione differt? in Sal. 1. Ea demum magna voluptas eſt, Criſpe Salluſti, æqualem ac parem verbis vitam agere.

DENARIVS, *decima ferè aurei nummi, ſeu coronati pars: & pondere penè idem quod drachma. Denarius autem dictus fuit, quod denis aſſibus valeret*. 4. V. 137. Singulis cenſoribus denarij trecenti ad ſtatuam Prætoris imperati ſunt. 3. Off. 92. Emere denario, quod ſit mille denariorũ. *aliter mille denarium*. pro Font. 9. Quaternos denarios in ſingulas vini amphoras exegiſſe. pro Quin. 17. Decidis ſtatuíſque tu, quid iis ad denarium ſolueretur. 10. Fa. 32. Antonius quingentos denarios ſingulis militibus dedit 2. At. 6. Vide, quid narrent, & quæ ſpes ſit denarij. 16. 8. Octauius quingentos denarios dat. 5. V. 196. Sperauerã me ad denarios peruenturum. 9. Fam. 16. Quem tu mihi Popilium? quem denarium narras? Ibid. 18. Ollam denariorum implere.

☞ Syntaxis. *Soluere ad denarium.*

DENEGATVS. 2. de Ora. 126. Et nihil à natura denegatum eſt.

DENEGO, *nego, inficior, recuſo*. 5. Fa. 12. Impudenter facio, qui tibi tãtum oneris imponam poteſt enim mihi denegare occupatio tua. pro Font. 8. Hoc crimen optimis nominibus denegare poſſumus. 7. V. 35. Quæ iucunda videntur eſſe, naturæ denegarent. 11. A. 19. Aſſenſero, ambitionem induxero in curiam: negauero: ſuffragio meo tanquàm commitiis homini honorem amiciſſimo denegauero. 1. Attic. 1. Aquilium non putamus, qui

denegat,&c.‖pro Flac.1.Aliquid denegare.

DENICALES, *feriæ, cùm mortui cauſa familia purgabatur.* 2. de Leg.55.Nec verò tam denicales,quę à nece appellatæ ſunt,quia reſidentur mortui, quàm cæterorum cœleſtium, quieti dies feriæ nominarentur:niſi maiores eos qui ex hac vita migraſſent, in deorum numero eſſe voluiſſent.

DENIQVE, *ad extremum, poſt omnia.* 2.de Orat.315.His omnibus conſideratis,tum denique cogito,&c.Ibid.317. Nihil eſt denique in natura rerum omnium,quod,&c.Poſtq.ad Quir.16. Primùm,&c.tum,&c.tum,&c.denique ad extremum,&c.pro Pomp.40.Non denique,&c.poſtremò,&c.pro Quint.99. Ne ſexageſimo denique anno macula notetur. 5.de Fin.7.Mathematici,Poëtæ, muſici,medici denique,&c.2.cont.Rul.61.Omnes vrbes,agri,regna denique,poſtremò etiam vectigalia veſtra venierint.

DENOMINATIO, *figura.*4.ad Her.44. Denominatio eſt quæ à propinquis & finitimis rebus trahit orationem, qua poſſit intelligi res quæ non ſuo vocabulo ſit appellata.

DENOMINOR, aris.Ibidem.

DENOTATVS, *perſpectus, cognitus, comprehenſus.*4. Acad. 57. Sapientum,de quo omnis hic ſermo eſt,cùm ei res ſimiles occurrant,quas non habeat denotatas,retenturum aſſenſum.

DENOTO, *ſignifico, deſigno.* pro Pomp. 71. Qui vna die tota Aſia, vno nuncio atque vna literarum ſignificatione, ciues necandos trucidandóſque denotauit.

DENS.2.de N.134. Dentibus in ore conſtructis manditur, extenuatur & molitur cibus:eorum aduerſi acuti diuidunt eſcas,intimi autem conficiunt,qui Genuini vocantur.4.Tuſc. 19. Terrorem pallor,& tremor, & dentium crepitus conſequitur. 3. de Nat.53.Æſculapius primus dentis euulſionem inuenit.5. Tuſc. 46.Dentes candiduli.I.P.1. Dentes putridi.2.de Leg.60. Quot auro dentes vincti eſſent.pro Corn. 57. Dente maledico carpere aliquem.

† ADIVNCT. Acuti,aduerſi,genuini,intimi,2.de Nat.Candidi,5.Tuſc. Eburnei,6.Verr. Non inimicus,ſed maledicus,pro Cor.Balbo.Putridi, in Piſo.Teter,2.de Diuin.

☞ Syntaxis. *Conſtructi dentes mandunt,extenuant, moliunt cibum diuidunt,conficiunt. Carpere dente maledico.*

DENSELETÆ, *populi Macedoniæ.*I.P.84.

DENSVS, *creber, caſſus, plenior, concretus, pinguis.*1.de Nat.120. Loca ſyluestribus ſepibus denſa.12.At.16. Sylua denſa atque aſpera.7.1.Vbi illæ denſæ dexteræ.

DENTATVS, *mordax.*2.Qu.Fr.14. Charta dentata res agetur.

DENVDATVS.12.Fa.15.Denudatis ac diuenditis ciuibus.

DENVDO, *nudo, ſpolio.* 1.de Orat.235.Spoliare atque denudare aliquem ſuo ornatu.7.V.32. Ne excitetur Verres, ne denudetur à pectore,ne cicatrices populus Romanus aſpiciat.

† ADVERB. Crudeliſſimè,12.Fam.

☞ Syntaxis. *Spolio ac denudo. A pectore denudatus.*

DENVNCIATIO, *indicium ſignificatio indictio.*pro Fla.14.Vt eos qui domo exire nolebant, teſtimonij denunciatione terreret. 11.Fa.20.Terrere aliquem denunciatione periculi.2.de Diu.54. Quæ eſt enim iſta à diis profecta ſignificatio, & quaſi denunciatio calamitatum?6. A. 4. Facilè verò huic denunciationi parebit.Ibid.Non eſt illa legatio ſed denunciatio belli, niſi paruerit.10.Fa.8. Quòd præmatura denunciatio boni ciuis imparati, quàm periculoſa eſſet,ex caſu collegæ videbam.

† ADIVNCT. Periculoſa,præmatura,10.Fam.

☞ Syntaxis. *Significatio,& quaſi denunciatio.*

DENVNCIANDVS. 12.Fam.24. Quod Senatus non ad pacem deprecandam,ſed ad bellum denunciandum miſerat.

DENVNCIANS.4.3.Monente & denunciante te.

DENVNCIATVS.2.V.25. Siculis denunciatum eſſe audio, domum ad illum vt venirent. 1.Offic.36. Nullum bellum eſſe iuſtum, niſi quod denunciatum antè ſit & indictum.12. Fam.18. Ego autem nunquàm, cùm mihi denunciatum eſſet à tuis ire aliquem,non dedi.3.de Ora.142.Plus enim aliquantò attuliſti, quàm tibi eſſet tributum à nobis atque denunciatum. pro Mil. 53.Mortem ab illo denunciatam palàm Miloni & prædicatam. 1.Tuſc.118.Vt à Deo denunciatum videatur.

† ADVER. Apertè ita,4.Phil.Antè bellum,1.Off.Palàm mors,pro Mil.

DENVNCIO, *quaſi indico, palàm dico, teſtor, oſtento, ſignifico, prænuncio.* 11. Fam. 25. Expectanti mihi tuas quotidiè literas, Lupus noſter ſubitò denunciauit vt ad te ſcriberem. 2. V. 36. Moneo,prædico,antè denuncio.1.de Diu.65.Hector moriens propinquam Achilli mortem denunciat.1.de Ora.103.Cùm ſe ad omnia, de quibuſque audire vellet, eſſe paratum denunciaret. pro Qu.27.Sext.Alphenus denunciat ſe procuratorem eſſe.pro Cec.19.At ille denunciat fundū illum ſuum eſſe.‖Ibid.20. Denunciat Cecinnæ armatos ſe habere.pro Qu.54.An cùm Romę domus eius ſit,domū potiùs denunciem?pro Cec.95.Cur Ebuti de iſto potiùs fundo quàm de alio Cecinnæ denunciabas.3. A. 22.Denūciare timorem alicui.pro Mil.3. Quamobrem illa arma non periculum nobis, ſed præſidiū denūciant.5.A.19. At ille inimicitias mihi denunciauit.5.A.1.Quid erat aliud, niſi denunciare populo Rom.ſeruitutem.5.Fam.11.Vt quicquid opus eſſet,mihi denunciaret.pro Qu.R.26.Denunciare iudici,& denunciare in iudicium. pro Mur. 49. Catilina Sulpitio vim denunciabat. pro Seſt.40.Denunciare‖ vim, caſtra, exercitus. pro S.R.110. Denunciare teſtimonium alicui.pro Cl.24.M.Aurius qui antè denunciârat.6.A.5.Teſtificor,denuncio,antè prędico, nihil eum facturum, &c.2. Att.20.Clodius mihi adhuc denunciat periculum. Ibid. 23. Clodius non mediocres terrores iacit & denunciat.

DENVNCIOR.1.de Diu.97.Quibus portentis magna populo Rom.bella denunciabantur.

† ADVERB. Antè,2.Ver.Apertè,10.Fam.Apertiùs,Fortiùs, pro Plan. Multò antè,de Senec.Sigillatim vnicuique,6.Ver

☞ Syntaxis. *Denunciare alicui, pro ſignificare. Bellum denunciatum ac indictū. Denunciata palàm, & prædicata mors. Moneo, prædico antè denuncio, denunciare alicui inimicitias.*

DENVO, *deintegro.*4.V.139. Sicilia te Prætore cenſa denuò eſt.3. 37.Recita denuò.4.ad Her.27.Quę denuò alio orationis membro excipitur.

DENI, *decem.*4.V.Pueri annorum ſenûm,ſeptémque denûm.

DEONERO, *exonero, depono.*1.V.46. Quid, cùm commiſerari, & conqueri,& ex illius inuidia deonerare aliquid & in te traiicere cœperit?

DEORSVM.)(.*Surſum.*de Vn.41.*Lege*, SVRSVM.1.de N.69. Directè deorſum ferri.

DEPACISCOR, depactus ſum, *paciſcor, ſpondeo.*9. Att.6. In quo non extimeſco periculum: cùm enim tot impendeant, cur non honeſtiſſimè depaciſci velim? pro S.R. 110. Cum illo partem ſuam depaciſci.Ibid.115. Ipſe tria prædia ſibi depactus eſt.5.V. 60. Neque antè dimiſſus eſt, quàm ad conditiones eius depactus eſt.2.de In.72.Depaciſci cum aliquo, vt aliquid fiat.

DEPASCENDVS. 2. de Orat.96. In ſumma vbertate ineſt luxuries,quæ ſtylo depaſcenda eſt.

DEPASCOR, *abſumor, reſecor.* Ibid.284.Qui à pecore eius depaſci agros publicos dicebant. 1. de Legib. 55. Depaſci veterem poſſeſſionem Academiæ,ab hoc acuto homine non ſinemus.

DEPECVLATOR, *fur reipub.* 2.V.2. Depeculator ærarij.I.P.96. Depeculator,vexator,&c.

DEPECVLOR, *furor, compilo.*2.V.11.Verres in prouinciis omnia fana depeculatus eſt.6.79.Cur pro iſto,qui laudem honorémq; familiæ veſtræ depeculatus eſt, pugnas?6.37.Eum omni argento ſpoliaſti & depeculatus es.4.ad Her.38.Ciuitates,regna,domos omnium depeculatus eſt.

DEPELLO, *pello, repello, expello, declino, propulſo.*)(. *Appeto, aſciſco, aſſumo.* 3.C.17.Non facilè tantam molem mali à ceruicibus noſtris depuliſſem.de Prouinc.6. Virgines voluntaria morte nefariam turpitudinem depulerunt. Antequàm. 14. Quem fortuna erexerat ad gloriam, eundem tribuni furor depulit ad calamitatem. pro Seſt. 79. Nec alia vlla re, ab ſe mortem, niſi mortis opinione depulit. 2.Fam.16. Niſi iam ipſa ratio depuliſſet omnes moleſtias.7.26.Sed ſi morbum depulero,facilè,vt ſpero,illa reuocabo.de Aruſp.58.Qui patriæ conſeruatorem vrbe depulit. pro Liga.26. Depellere aliquē de propoſita ſententia. pro Seſt. 90. Qui ab aris,focis,ferrum,flammā depellit,&c.de Clar.297. Longi ſermonis initiū depuliſti, Attice.pro Qu.8.Tela depellere,& vulneribus mederi. * pro Seſt.49. Cædem à vobis liberiſq; veſtris,vaſtitatem,incendia,rapinas,meo dolore luctúq; depuli.

† ADVERB. Planè mollem,3.Catil.

DEPELLOR. de Fat. 20. Sequitur enim, vt ſi alia ab alia nunquàm depellatur,ne contingat quidem alia aliam.13.A.11. De Falerno anſeres depellantur. pro Cec.49. Dimoueri & depelli de loco. * pro C.Rabir.17.Te ex illa actione meo conſilio, virtute,autoritate,eſſe depulſum.

† ADVERB. Aegriùs,4.Tuſc.

☞ Syntaxis. *Depellere mortem, turpitudinem: & à ſe, ab alio. Depellere ad calamitatem, & de ſententia. De loco dimoueri, & depelli.*

DEPENDENDVS. 1.Fam.9. Dependendum tibi eſt, quod mihi pro illo ſpoſpondiſti.

DEPENDO, *pendo, ſoluo.*1.At.6. Mihi abiurarer certius eſt quàm depēdere.pro Seſt.140.Omnes reip. pœnas præſeti morte depēderunt.4.C.10.Latorē legis Semproniæ pœnas reip.dependiſſe.

DEPENDOR, ad Brut.18. Quod ſpoponderis, quemadmodum ſoluas,niſi is dependi facilè patiatur, pro quo ſpoponderis.14. At.18. Puto, ſi quid in homine pudoris eſt, præſtaturum eum, ne ſerò quodammodò dependatur.

☞ Syntaxis. *Quod ſpopondiſti, pro alio, id tibi dependendum. Dependere alicui pœnas. Dependitur.*

DEPERDO, *amitto, perdo.* pro Font.19.Ne quid apud vos de exiſtimatione ſua deperderet. pro Cec.102. De iure ciuitatis nihil potuit deperdere.de Prouinc.11.Qui non ſolùm bona, ſed etiam honeſtatem miſeri deperdiderunt. 5.Tuſcu.40. Nam qui timebit, ne quid ex his deperdat, beatus eſſe non poterit.‖ 4.V.73. Ne quid de libertate deperderet. 1.71. Habet enim nihil quod in offenſione deperdat.

☞ Syntaxis. *Deperdere de honeſtate, & honeſtatem.*

DEPEREO, *pereo.* Top.15.Si ſeruus,cuius vſusfructus legatus eſt, deperiſſet.1 Att.17. Enitere,vt ſcheda ne qua depereat.

DEPICTVS. Or.39. Minuta quædam,nimíſque depicta.

DEPINGO, *pingo,deſcribo.*4. Acad.48.Vt ea declarant,quæ cogitatione depingimus.1.de Nat.39. Mens roſtra quiduis cogitatione poteſt depingere.pro S.R.74. Quæmadmodũ vitam huiuſce depinxeris.

☞ Syntaxis. *Depingere mente,item cogitatione.Minuta,nimiſq; depicta oratio.*

DEPLORANDVS, DEPLORANDVM.4. C. 4. Vt nemo ad deplorandum quidem reip. nomen, atq; ad lamentandam tanti imperij calamitatem relinquatur.pro Seſt.4.Neceſſariò mihi de ijſdem rebus eſſe arbitror,ſi non ſubtiliùs diſputandum , at certè dolentiùs deplorandum.

DEPLORO, *lamentor , conqueror.* de Senect. 84. Non libet mihi deplorare vitã,quod multi & indocti ſępe fecerunt.7.V.170.Si ad ſaxa hęc conqueri & deplorare vellem.de Senect.7.Sæpe interfui querelis,quas illi deplorare ſolebant,&c.2.Att.16. Nam ita deplorat primis verſibus manſionem ſuam,vt quemuis mouere poſſit. 11. A. 6. Quis eſt, qui pro rerum atrocitate deplorare tantas calamitates queat? 9.At.21. Multáque inquam, de C. deplorabo. 4. V. 65.Sociis ne deplorare quidem de ſuis incõmodis licet.5.V.45.De iniuriis deplorare ac conqueri.2.Off. 67. Deplorare interitum alicuius.5.Tuſc.115.Deplorare ſuam cæcitatem. pro Cluent. 65. Quorum alter eloquentia damnationem illam,alter tacita pietate deplorat.

† ADVER.Copioſè,5.Ver.Dolentiùs,pro Seſt.

DEPLOROR. 2.de Or. 211. Quæ de altero deplorentur,ad ſuas res reuocare.

† ADVER.Diuinitùs,1.de Diu.

☞ Syntaxis. *Aliquem deplorare,& de aliquo. Ad ſaxa deplorare,De iniurijs deplorare,& conqueri. Aperta pietate aliquid delporare.*

DEPONENDVS. 1.Attic.14. Animus mollis & ad accipiendam & deponendã offenſionem.2. de Diu.112.Libri Sibyllæ valeant ad deponendas potiùs quàm ad ſuſcipiendas religiones.

DEPONO, *repono,colloco,abijcio,exuo, pono, commodo, credo.* )(. *Suſcipio.* pro Cec.103. Derelinquo iam communem cauſam , populíque ius in veſtra fide ac religione depono. 4. Fam.6. Cuius in ſermone & ſuauitate , omnes curas doloréſque deponerem. 14.A.34.Deponere mœrorem & luctum.2.Atti.5.Sed quid ego hæc,quæ cupio deponere,& toto animo philoſophari.7.5.Cùm noſtrum negotium aut confecerimus,aut depoſuerimus.1.Aca. 3. Deponere aliquid de manibus.pro Syl.18. Deponere ex memoria inſidias factas. pro S. R.49. Deponere ſtudium faciendi aliquid. 1. Tuſcul. 7. Sic nobis placet , nec priſtinum dicendi ſtudium deponere , & in hac maiore & vberiore arte verſari. pro Planc. 76. Is depoſuit ſimultates, quas mecum habebat.2. cont. Rull. 68. Deponere inuidiam , pecuniam condere. 2. de Nat. 11. Conſules imperium deponere, Conſules abdicare. 2. Fam.17. Rationes mei quæſtoris Apameæ deponere cogitabamus.2.Qu.Fr.14. Tribunitij canditati H-S.cccc. apud M. Catonem depoſuerunt.3. Offic.95. Deponere pecuniam apud aliquem. I. P. 5. Deponere prouinciam. 5. Fam.1. Vt primùm in concione prouinciam depoſui , ſtatim , &c. 2. Attic. 1. 2. de Ora. 201. Gloriam partam abijcere atque deponere. 8. A. 25. Prouinciam remitto,exercitum depono.7. Fa.6.Tu modò ineptias iſtas & deſideria verbis depone.pro Quint. 45. Poſſumus petitoris perſonam capere,accuſatoris deponere.13. A.22. Deponere alienum nomen ipſe maluit , quàm ſuum illis reddere. pro Cluent. 190. Deponere inimicitias veteres. de Amic. 79. Deponere amicitias. )(. *Suſcipere inimicitias.* 8. A.23. Deponere errorem.11.Fam.21.Deponere timorem.13.A.24.Cùm in gremiis mimarum mentem mentúmque deponeres. 13. Famil. 1. Si audierit te ædificationem depoſuiſſe:*id eſt, abieciſſe.* pro S. R.10.Opprimi me onere officij malo,quàm id quod mihi cum fide ſemel impoſitum eſt , aut propter perfidiam abiicere, aut propter infirmitatem animi deponere.pro Cæl. 50. Obliuiſcor iniurias,depono memoriã doloris.3.Off.95.Si gladiũ quis apud te ſana mente depoſuerit.‖pro Mil.40.Deponere timorem.

DEPONOR. pro Cec. 100. Non adimitur iis ciuitas , ſed ab iis relinquitur atque deponitur.

† ADVER Honeſtiùs inimicitias,14.At.Honeſtiſſimè moleſtias,2.Offi. Humaniſſimè ſimultatem,3.Att.Pauliſper lecticam,6.Ver. Planè cauſam,1.Fam.

☞ Syntaxis. *Deponere ius ſuum in alicuius fide, & in ſuauitate dolores,mœrorẽ,luctum,ſtudiũ,ſimultates. Ex memoria deponere amorem.Imperium deponere,rationes alicubi,errorem,ædificationem.*

DEPOPVLATIO, *vaſtatio.* pro Font.34.Prouincia à Thracum depopulatione defenſa.de Aruſp.3.Qui exciſionem,inflammationem,euerſionem, depopulationem , vaſtitatem meis omnibus tectis atque agris intulerunt.1.V.12.Ædium ſacrarum,publicorúmq; operum depopulatio.I.P.40.Agrorũ depopulatio.5. A.25.Totum iter Antonij quid habuit, niſi depopulationes vaſtationes,cædes,rapinas?pro Dom.146.Non me bonorum direptio,non tectorũ exciſio,non depopulatio prędiorum,non prędа Conſulum,ex meis fortunis crudeliſſimè capta,permouet.

DEPOPVLATOR, *prædiator,direptor* pro Dom.13.Depopulator fori,obſeſſor patriæ.

DEPOPVLOR, *vaſto,diripio,depopulationem inſero.* 1.V.11.Verres Siciliam per triennium depopulatus eſt.7.A.15.Antonius agros depopulatus eſt.‖5.V.84.Depopulari ciuitates.

DEPORTATVS. pro Mur. 12. Aliquod aut in Aſia ſuſceptum, aut ex Aſia deportatum flagitium ac dedecus. 5. V. 36. Vt ante Calen. Sext. omnes decumas ad aquas deportatas haberet.

DEPORTO, *affero , exporto,palàm porto. porto.* pro Dom.111.Hoc ſimulacrum quidam homo nobilis ad ornatum Ædilitatis ſuæ deportauit. pro Pom.61. Pompeius bellum in Africa confecit, victorem exercitum deportauit.7.Fam.15.Nihil ex iſta prouincia potes , quod iucundius ſit,deportare.1.V.28.Illi quidem,vt eſt hominum genus nimis acutum & ſuſpicioſum, non te literas ex Sicilia in Verrem deportare velle arbitrantur , ſed quòd iiſdem illius prætura & tua quæſtura conſignata ſit , aſportare te velle ex Sicilia literas ſuſpicantur.16.Fam.5.Mihi placebat, ſi firmior eſſes, vt te Laucadem deportares,vt ibi te planè confirmares. de Sen. 1. Téque non cognomen ſolùm Athenis deportaſſe,ſed humanitatem.1. Offic. 78. Deportare triumphum ex prouincia.8.Fa.9.Mittam,qui pantheras alant, & eas deportent.7.V.39.Tertiã illa tua quam tecum deportabas.

† ADVERB. Frugaliter ſanè ſigna domum,pro Dom.Tutè ſua,7.Fam. Vndique omnia,6.Ver.

☞ Syntaxis. *Deportare flagitium,exercitum,ſe aliquò.*

DEPOSCENS. 5.Att.2. Hortenſio depoſcenti cætera mea mandata vniuersè mandaui.

DEPOSCO, *omninò poſco,appeto,expeto.* 3.V.63. Cùm iſte iter hoc ſibi ad quæſtum ſuum depopoſciſſet.pro Flac.97.Hoc non modò non recuſo,ſed etiam depoſco.2.de In.144.Quam volet ſibi rem à magiſtratu depoſcito.3.A.33. Hoc non modò non recuſem,ſed appetam etiam atque depoſcam. pro S.R.95. Tenè has partes tibi depopoſciſſe?pro Pomp.44.Populus Rom.vnum ſibi ad commune omnium gentium bellum, Cn.Pompeium Imperatorem depopoſcit.2. C.6.Qui ſibi has vrbanas inſidias cædis atque incendiorum depopoſcerat.13.A.11. Sed hanc mihi diſſipationem pro paterna neceſſitudine & cõiunctione depoſco.

DEPOSCOR. pro Pomp. 5. Pompeium ad id bellum Imperatorem ab omnibus depoſci atque expeti.

☞ Syntaxis. *Appeto & depoſco:& contra.*

DEPOSITVM, *alicui commendatum,vel creditum.* 1. Offic.31. Vt non reddere depoſitum , etiam ne furioſo promiſſum facere.3. 95. Neque ſemper depoſita reddenda ſunt.3.Tuſ.17.Qui propter auaritiam clàm depoſitum non reddit,quod eſt iniuſtitiæ.

DEPOSITVS, *creditus, commendatus.* 2. con. Rul. 41. Miſimus qui ab illo pecuniam depoſitam noſtris recuperarent. 3. V. 5. Itaque mihi videor magnam & maximam,ægram & propè depoſitam reip.partem ſuſcepiſſe : *id, eſt deſperatam.*6. 29. Habere aliquid depoſitum apud aliquem.15.At.15.Apud me item puto depoſitum.pro Syll.65.Cæcilius depoſito onere domeſtici officij,nihil poſteà niſi de reipub.commodis cogitauit.pro Qu.45. Depoſitis armis de re pecuniaria diſceptare. 3. con. Rul. 2. Sin aliter eam opinionem hoc ipſo in loco depoſitam & abiectam relinquatis.3.Offic.48.Athenienſes ſtatuerunt,vt coniugibus & liberis Trœzenæ depoſitis naues conſcenderent.

☞ Syntaxis. *Magnam & maximam,ægram & propè depoſitam reip. partem ſuſcipere. Deponere & abijcere opinionem. Depoſitæ copiæ : id eſt,expoſitæ in littore:*

DEPRAVANDVM. Brut.18. Multi ad deprauandum parati.

DEPRAVATE, & corruptè iudicare de aliqua re.1.de Fin.71.

DEPRAVATIO, *corruptio, diſtortio.* Offic. 105. Quanta illa deprauatio & fœditas turpificati animi debet videri ? 2. de Leg. Hæc non interpretatio,ſed deprauatio verbi eſt.2. de Ora.252. Oris deprauatio non digna nobis.1.de Leg.29. Quòd ſi deprauatio conſuetudinum,ſi opinionũ vanitas, non imbecillitatem animorum torqueret & flecteret quocunq; cœpiſſet. Part.127. Non re,ſed deprauatione verbi ſe vrgeri quæratur.2.de Di.137. Omnium ſomniorum vna ratio eſt:quæ per Deos immortales videamus ne noſtra ſuperſtitione & deprauatione ſuperetur.

† ADIVNCT. Non digna nobis,2.de Orat.

DEPRAVATVS. 2.de Diu.96.Quędam contra naturam deprauatam habere,& ea natura reſtitui atque corrigi,&c.10. Att.4. Filius indulgentia videlicet noſtra deprauatus eſt.1.de Leg.28. Mores hac dulcedine corruptelàque deprauati ſunt.

DEPRAVO, *corrumpo.* 1.de Fin.17.Epicurus quæ corrigere vult, deprauare mihi videtur.2.con.Rull.96.Nimiæ rerum copiæ illos deprauabant.‖ 1. Phil.32. Nihil eſt tam ſanctum quod non ſoleant domeſtici prauare nonnunquàm.

DEPRAVOR, pro Arch.8. Eas quæ deprauari non poſſint,repudias tabulas:quas dicis ſolere corrumpi,requiris.2.de Fin.33. Deprauari mala diſciplina.

☞ Syntaxis.

☞ Syntaxis. *Deprauatus & corruptus. Deprauatus ac fœdus. Deprauatio & vanitas. Filij indulgentia deprauati. Non corrigis, ſed deprauas.*

DEPRECATIO, *deteſtatio, amotio, remotio, precatio, poſtulatio*. 2. de In. 103. Deprecatio eſt, in qua non defenſio facti, ſed ignoſcendi poſtulatio continetur. Part. 131. Ad eius facti deprecationem ignoſcendi petenda venia eſt. 3. de Orat. 203. pro Rab. 26. Huic afferet aliquam deprecationem periculi ætas illa, qua tum fuit. pro Clu. 8. Vtar ea deprecatione, qua, &c. Poſtquàm ad Quir. 7. Non enim ille deprecatione rediit, ſed, &c. 5. A. 11. Nulla æquitatis deprecatio. pro Q. R. 46. Quis enim deprecatione deorum, non conſcientiæ fide permouetur? 5. Fam. 10. De Catilio, neſcio, quid ad me ſcripſiſti deprecationis diligentiſſimæ. pro Clu. 8. Aggrediar ad crimen cum illa deprecatione, iudices, qua mihi ſæpiùs vtendum eſſe intelligo.

† ADIVNCT. Diligentiſſima, 5. Famil. Facilis, 11. Att. Nocturna, 2. Att. Nullæ æquitatis, 5. in Anton. Aliqua periculi, 3. de Orat. Reliqua, 6. Ver.

DEPRECATOR, *qui reo veniam & impunitatem depoſcit, & eximit periculo*. 11. At. 8. Filium miſit non ſolùm ſui deprecatorem, ſed etiam accuſatorem mei. Ibid. 14. Achaici deprecatores. pro Pom. 35. Cretenſes ad Pompeium legatos deprecatoréſque miſerunt. pro Fl. 1. Sperabam iudices honoris potiùs L. Flacci me adiutorem futurum, quàm miſeriarum deprecatorem.

¶ *Defenſor*. pro Pl. 102. Deprecator fortunarum alicuius. pro Seſt. 27. Deprecator ſalutis meæ. 2. Fa. 13. Poſt temeritatem noſtri Dolabellæ, deprecatorem me pro illius periculo præbeo.

† ADIVNCTA. Nobiliſſimi, pro Corn.

DEPRECANDVS. 12. Fam. 24. Quos Senatus non ad pacem deprecandam, ſed ad bellum denunciandum miſerat. pro Corn. 18. Deprecandæ maleuolentiæ cauſa.

DEPRECOR, *peccando impetro, ſupplico, recuſo, deteſtor, remoueo*. 3. V. 157. Iam qui tot ſcelera commiſit, is nullam ab ſeſe calamitatem poterit deprecari. 2. Tuſc. 52. Qui nullum ſupplicium deprecatus eſt, neque recuſauit. pro Syl. 72. Multorum hic vitam eſt à Sylla deprecatus. Poſtquàm ad Quir. 6. Pro reditu P. Popilij multi cognati & affines deprecati ſunt. 5. A. 3. Pacem vult M. Antonius, arma ponat, roget, deprecetur. Poſtquàm ad Quir. 7. Me autem fratris lacrymæ à vobis deprecatæ ſunt. pro Planc. 102. Cuſtodem ſalutis meæ à vobis deprecor, Iud. ibid. Pro vno filio duo patres deprecamur. 1. C. 27. Vt à me quandam propè iuſtam patriæ querimoniam deteſter, ac deprecer. pro Clu. 81. Inuidia remota, quam dies mitigauit, oratio mea deprecata eſt. 7. V. 124. Deprecari mortem alicuius. Ibid. 161. Supplicij vim deprecari. 2. con. Rul. 99. Si quid deliquero, nullæ ſunt imagines, quæ me à vobis deprecentur. 8. Fam. 12. Deprecari iniuriam ab aliquo. 1. de Orat. 90. Ad extremum deprecari aliquid & conqueri. 2. de Fin. 1. Primùm, inquam, deprecor, ne me putetis, &c. 7. V. 140. Seruilius & recuſare & deprecari. Orat. 138. Deprecari ſupplicare. 10. Fa. 31. Neque eſt vllum periculum, quod pro libertate aut refugiam, aut deprecer. pro Mur. 58. In quo ego accuſatore primùm illud deprecabor, ne quid L. Murenæ dignitas illius noceat. ad Brut. 12. Mater & ſoror deprecatur. pro pueris. 4. V. 192. Auaritiæ crimina frugalitatis laudibus deprecari. pro Cec. 30. Excuſatione ſummæ ſtultitiæ ſummæ improbitatis odium deprecari. 3. de Or. 9. Cùm Quint. Catulus ſibi non incolumem fortunam, ſed exilium & fugam deprecabatur. pro Flac. 24. Tamen ciuis à ciuibus communis humanitatis iure ac miſericordia deprecarer, ne, &c. 1. A. 27. Primùm deprecor, ne iraſcaris. 3. de Orat. 71. Quæ cùm ita ſunt, paululùm equidem de me deprecabor, & petam à vobis, vt, &c. 8. Fam. 1. Tamen in hoc te deprecor, ne, &c. 2. de Ora. 201. Omnia ſemper pro amicorum periculis, nihil vnquàm pro me ipſo deprecatus ſum. pro Font. 26. Iratos hoſtium animos atque horribiles eorum impetus deprecari. * Poſtquàm ad Quir. 16. Me Conſules, Prætores, tribuni plebis, Senatus, Italia cuncta, ſemper à vobis deprecata eſt. 6. de Rep. Claudij inuidiam Gracchi charitas deprecabatur. 4. V. 192. Auaritiæ ne crimina frugalitatis laudibus deprecetur? pro M. Scaur. Vt ſalutem à vobis nepotis ſui deprecarentur Dij.

† ADVERB. Paulatim, 1. de Orat.

☞ Syntaxis. *Deprecari ab ſe calamitatem. Deprecari atque recuſare Deprecari vitam alicuius ab aliquo. Arma, pœnas, rogos, deprecari Aliquem ab aliquo deprecari. Refugio, ac deprecor.*

DEPREHENDO, *comprehendo, animaduerto, agnoſco, comperio*. 12. Fa. 12. Tabellarios deprehendere, literáſq; intercipere. pro Cæl. 14. Cùm ego facinora oculis priùs quàm opinione, manibus antè quàm ſuſpicione deprehendi. pro Quint. 61. Hominem P. Quint. deprehendis, in publico conaris abducere, &c. pro Clu. 20. Cùm manifeſtò venenum deprehendiſſet. & 49.

DEPREHENDOR. 2. de Inu. 14. Deprehendi in maleficio. 7. V. 110. Deprehendi in manifeſto ſcelere. pro Mil. 65. Scutorum, gladiorum, pilorúmque multitudo deprehendi poſſe iudicabatur. 5. V. 41. Qui quod vitium in altero reprehendit, in eo ipſe deprehenditur. 3. C. 4. Vt tota res à nobis manifeſtè deprehenderetur. Orat. 219. Nec deprehendetur manifeſtò, quia à nobis de induſtria fiat. 2. de Ora. 275. Deprehendi in adulterio. * C. Anton. Cùm deprehendebare in adulteriis. ‖ pro Flac. 37. In minimis rebus ſæpe res magnas Vidi, deprehendi.

† ADVER. Itidem ſicas, 3. Catil. Manifeſtò aucupium delectationis, Orat. Manifeſtò venenum, pro Clu.

DEPREHENSVS. Ora. 84. Aliquid manifeſtè deprehenſum apparere. 1. Att. 9. P. Clodius deprehenſus domi C. Cæſaris. pro Flac. 38. Cera deprehenſa, conſiderem totius teſtimonij fictam audaciam manifeſtò comprehenſam atque oppreſſam teneri. 3. C. 10. De gladiis & ſicis, quæ apud ſe erant deprehenſæ, reſpondit, &c. ibid. 11. Propter vim ſceleris manifeſti atque deprehenſi. de Cl. 276. Sibi eum venenum parauiſſe, ídque à ſe eſſe deprehenſum dicebat. 1. de Orat. 207. Deprehenſum me, inquit Antonius, planè video. de Clar. 241. C. Statienus in facinore manifeſto deprehenſus, pœnas legibus & iudicio dedit. ‖ 8. Fam. 7. Niſi triduo bis deprehenſus eſſet. ibid. Percontari cum qua quis ſit deprehenſus. pro Clu. 49. Re manifeſtò deprehenſus. Ibid. 50. Deprehenſum venenum.

☞ Syntaxis. *Deprehēdere manibus, ſuſpicione. Deprehenſus in adulterio. Manifeſtus ac deprehenſus.*

DEPREHENSIO. Ibid. Manifeſta veneni deprehenſio.

† ADIVNCT. Manifeſta veneni pro Clu.

DEPRESSVS, *demiſſus, deiectus.* )( . *Sublatus*. I. P. 14. Altero ad frontem ſublato, altero ad mentem depreſſo ſupercilio. 7. V. 67. Latumiæ opus ingens in mirandam altitudinem depreſſum. 3. ad Her. 25. In conqueſtione vtemur voce depreſſa: *id eſt: humili*. Ibid. 21. Si quàm maximè depreſſa ac ſedata voce principia dicemus. pro Clu. 183. Hoc modo ſæpe multorum improbitate depreſſa veritas emergit. de Sen. 77. Eſt enim animus ex altiſſimo domicilio depreſſus, & quaſi demerſus in terram. * pro M. Scau. Depreſſa, cæca, iacens domus.

¶ *Demerſus*. pro Pomp. 21. At eodem Imperatore claſſem magnam ſuperatam eſſe atque depreſſam. pro Arch. 21. L. Lucullo dimicante cum interfectis ducib. depreſſa eſt hoſtium claſſis.

DEPRIMENDVS. 3. ad Her. 2. In quibus extranea cauſa conficiet deliberationem, in his ea ipſa erit cauſa adaugenda, aut deprimenda.

DEPRIMO, *affligo, protero, conculco, depello, demitto.* )( . *Extollo, erigo, affero*. I. P. 41. Etiámne vos meam fortunam deprimitis, veſtram extollitis? 5. Tuſ. 51. Tantum propendere illam boni lancem putat, vt terram & maria deprimat.

☞ Syntaxis. *Depreſſa & ſedata vox. Animus depreſſus ac demerſus in terram. Superata & depreſſa claſſis.*

* DEPRIMOR. de Conſolat. Vitiis & ſceleribus contaminatos deprimi in tenebras.

DEPROMENDVS. 1. de Or. 201. In cauſis priuatis depromenda ſæpe oratio eſt ex iure ciuili.

DEPROMO, *exprimo, profero, expono, eruo*. 2. de Orat. 117. Vt habeant, vnde ſtatim poſſent argumenta depromere. Ibid. 127. Illa deprome nobis, vnde afferas, &c. 5. V. 555. Depromere aliquid domo alicuius. pro Clu. 58. Cùm illa verba ex intimo artificio depromſiſſet, reſpicite, iudices, &c.

DEPROMOR. 1. de Orat. 252. Iuris vtilitas ad quamque cauſam quamuis repentè, vel à peritis, vel de libris depromi poteſt. 1. Offi. 52. Altera ex virtute depromitur. 4. de Fini. 10. Nam è quibus locis quaſi theſauris argumenta depromerentur, veſtri ne ſuſpicati quidem ſunt. * Hortenſ. Vnde ad agendum aut dicendum copia depromi maior exemplum poteſt?

DEPROMPTVRVS. 13. Fam. 6. Ei pollicitus ſum, me ex intima noſtra arte depromptурum mirificum genus commēdationis.

DEPROMPTVS. Parad. 1. Vereor, ne cui ex Stoicorum diſputationibus, non ex meo ſenſu deprompta hæc videatur oratio. 1. de Or. 244. Mutius quid attulit, quod de iure ciuili depromptum videretur? pro Pomp. 37. Pecunia ex ærario deprompta ad bellum ad miniſtrandum. 3. A. 15. Primùm in Cæſatem maledicta congeſſit, deprompta ex recordatione ſtuprorum ſuorum. 2. de Or. 219. Res penè ex intima defenſione depromptæ.

☞ Syn. *Domo depromere aliquid. Depromere de Philoſophia, ex ærario.*

DEPSO, *manu ſubigendo emollire ac omninò pinſere, à Græco δέψω: id eſt, mollio, coquo, tingo: etiamſi Latinis obſcœnum aliquid ſignificarit*. 9. Fam. 22. Batuit, inquit, impudenter, depſit multò impudentiùs.

† ADVERB. Impudenter, 9. Fam.

DEPVGNATVR. 16. Attic. 11. Calendis Ianuariis erat fortaſſe præſidio, aut quidem antè depugnabitur.

DEPVGNATVRVS. 4. Tuſ. 48. Aiax depugnaturus cū Hectore.

DEPVGNO, *decerto, dimico*. 7. Att. 7. Cum hoc aut depugnandum eſt, aut habenda è lege ratio: depugna, inquit, potiùs, quàm ſeruias. 3. de Finib. 73. Torquatus cum Gallo apud Anienem depugnauit prouocatus. 5. A. 20. L. frater, qui Myrmillo Mylaſis depugnauerat. * 2. de Glor. Aiax cum Hectore congrediens depugnandi cauſa agit. 3. Acad. Depugnare cum facinoroſis & audacibus.

† ADVER. Gratis,16.Fam.Peregrè,5.Phil.valdè 8.Fam.

DEPVLSIO, *expulſio,inficiatio*.2.de Fin.41.Adeptio boni.)(.*Depulſio mali*.8. A. 12. Seruitutis depulſio. 1.de In.13.Intentionis depulſio.5.de Fin.17.Voluptatis alij primũ appetitum putant, & primam depulſionem doloris. de Vn. 42. Supina etiam ora cernuntur depulſione luminum.

† ADIVNCT. Prima,5.de Fin.

DEPVLSOR, *expulſor*. 2.A.27.Depulsórque dominatus, quàm particeps eſſe maluit.

DEPVLSVS. 1.Fam.7. Scitò nos de vtere illa noſtra diuturnáq; ſententia propè iam eſſe depulſos.pro Cec. 22. Quo loco depulſus Cecinna tamen,&c.3.de Or.11. C.Cotta per inuidiam depulſus tribunatu.2.de N.135.Stomachus agitatione linguæ depulſum & quaſi detruſum cibum accipit. pro Dom. 15. Depulſis & diſſipatis copiis hoſtiũ.3.C.19.Cùm & ſimulacra deorum immortalium depulſa ſunt, & ſtatuæ veterum hominum deiectæ.12.Fam.1. Vt tantummodò odium illud hominis impuri,& ſeruitutis dolor depulſus eſſe videatur.

DEPVLTVS, *depulſus*.4.ad Her. 16. Nam qui perduellibus venditat patriam, non ſatis ſupplicij dederit,ſi præceps in Neptunias depultus erit lacunas.

DEPVTO, *puto,conſtituo, deſtino,dico, conſecro,deſpondeo*.1 de Diu. 43.Proinde vide ne quem tu eſſe hebetem deputes æquè ac pecus,is ſapientiam munitum pectus egregium gerat.

DERELICTIO, *contemptio*. 3.Offic. 31. Communis vtilitatis derelictio,contra naturam eſt.

† ADIVNCT. Communis,iniuſta,3.Offic.

DERELICTVS, *deſertus*.de Clar.16.Ager incultus & derelictus. 3.ad Her.31.Locus celebris.)(.*Derelictus*.1.C.25. Aliquis perditus & ab omni nõ modò fortuna,verùm etiam ſpe derelictus.

DERELINQVO, *deſero*.5.V.120. Aratores agros deſererent,totáſq; arationes derelinquerent.pro Cec. 103. Derelinquo iam communem cauſam,populíque ius in veſtra fide depono.

DEREPENTE. pro Lig.14. Si cùm hoc domi fecimus, tu derepentè irrupiſſes,&c.1.de Diu.66.Sed quid oculis rapere viſa eſt derepentè ardentibus?

*DEREPTVS, *detractus*. 1. de Fin. 43. Omnium falſarum opinionum temeritate derepta. *Alij*, Direpta legunt.

DERIDEO, *ludo*.)(.*Arrideo*.3.de Or.51.Quare iſtos omnes deridete,atque contemnite.pro Flac.76.Pergameni te deriſerunt, quid tu?ludi te non intelligebas?

DERIDEOR. de Opt. 11. Aut adhibiti derideantur:nam ſi arrideantur,eſſet idipſum Atticorum.2.Qu.Fr.14. Domitius ſe derideri putat.

DERIVANDI.pro Mil.27.Dicam enim non deriuandi criminis cauſa,ſed vt factum eſt.

DERIVATIO, *deductio*.2.Offi.14. Adde ductus aquarum deriuationes fluminum.

DERIVO, *duco,deduco,mano, accerſo*. 11.A. 22.Et cogeris partem aliquam in Aſiam deriuare curæ & cogitationis tuæ.5.Tuſ.72. Iuſtitia nihil in ſuam domum inde deriuat. 4. Att.3.Id poterat inficiari,poterat in alios deriuare.4. V.49. Quid eſt,quamobrẽ putes te tuam culpam non modò deriuare in aliquem,ſed communicare cum aliquo poſſe.3.V.139. L.Domitius aliò reſponſionem ſuam deriuauit.

DERIVOR. 2.ad Her.43. Conſiderandum eſt, ne tota cauſa mutata in aliam cauſam deriuetur.

☞ Syntaxis. *Deriuare crimẽ,fluuio,curas. In alios deriuare culpam, reſponſionem aliò,cauſam in aliam cauſam.*

DEROGATIO, *diminutio*.2. ad Her. 15. Cùm duæ leges inter ſe diſcrepant,videndum eſt,num quę abrogatio aut derogatio ſit. *pro C. Corn.1. Tertium eſt genus de legum derogationibus.

DEROGO, *detraho,delibo,minuo* )(.*Arrogo*.2.de D.146. Quomodo iſti, ſi ſomnium verum euaſit aliquo, non ex multis potiùs vni fidem derogant, quàm ex vno innumerabilia confirmant? pro Font.13.Quorum virtuti & rebus geſtis fidem & autoritatem in teſtimonio inimicitiarum ſuſpicio derogauit. pro S. R. 89. Non enim mihi tantum derogo, tametſi nihil arrogo,vt te copioſiùs quàm me putem poſſe dicere.2.de In. 53. Derogare aliquid de dignitate populi.Ibid.136.Derogare aliquid de lege, abrogare legem, commutare legem aliqua ex parte.pro Fla.9. Non ego nationi huic fidem derogo.

DEROGOR. 2.ad Her.15. Cùm oſtenditur id factum eſſe, quod ea lex ſanciat,cui legi abrogatum vel derogatum ſit.2. de Inu. 175.Dignáne cauſa videatur,quare aut de magnificentia,aut de honeſtate quiddam derogetur.pro Qu. 57. Ne fides mea perfidiâ illius derogetur laboro.pro Cec. 3.de aduerſarij teſtium fide,derogatur.*pro C.Corn.1.Quo de genere perſæpe S.C.fiũt, vt nuper de ipſa lege Calpurnia,cui derogaretur.

† ADVERB. Maximè,pro Flac.

☞ Syntaxis. *Id fidem & autoritatem tibi derogat.Nimiùm tibi derogas,tibi dum arrogas.De lege aliquid derogare.*

DEROSVS, *corroſus*.1.de Diu.99.Clypeos à muribus eſſe deroſos

DERTHONA, *vrbs Ligurum*. 11.Fam.10.

DERVO, *diruo,euerto*.16.Att.11.De laudibus Dolabellæ deruam cumulum.

DESCENDENDVM. 1. de Or.252. Quantò minus eſt ad iuris ciuilis dediſcendi occupationem deſcendendum?

DESCENDENS. pro Planc. 33. Cùm ille domum deſcendens rogaſſet Crannium,quid triſtis eſſet.

DESCENDITVR. 3.dę Orat. 225.Eſt item contrà quiddam in remiſſione grauiſſimum, quo tanquàm ſonorum gradibus deſcenditur.

DESCENDO, *loco ſuperiore venio,venio, delabor*.)(.*Aſcendo*.in Vat. 26. Vt cùm iam Vectius ad arbitrium tuum peroraſſet, deſcendiſsétque de roſtris,eum repentè reuocares.4. Tuſc.7.Vt enim in inferiorem ambulationem deſcendimus,&c.2.de Or.22. Ad omnem animi remiſſionem ludúmque deſcendere. 8. Fam. 8. Alterutram ad conditionem deſcendere vult Cæſar:vt aut, &c. 2.Tuſc.62. Deſcendere in aliquod certamen4.ad Her. 55. Deſcendere in magnam dimicationem vitæ.2.de Or.267.Deſcendere in forum.3.Off.80.Deſcendere in roſtra.pro Mur.56.Non qui odio inimicitiarum ad accuſandum,ſed qui ſtudio accuſandi ad inimicitias deſcenderent.pro Q.51.Viri boni cùm experiundi poteſtas non eſt, timidè & pedetentim huc deſcendunt. 1.Verr.1.Subitò nunc mutata voluntate ad accuſandum deſcendere.pro Fon.2. Videte, quò deſcendam, iudices. 8. A.4. Conſenſus populi Rom.qui iam deſcendit in cauſam.4.V.177.Placet mihi iſta defenſio,deſcendo:æqua enim conditio,ęquúmq; certamen proponitur.* Frag.ep.Deſcendi ad forum togatus.5. de Leg.Deſcendamus ad Lirim.

† ADVERB, Obuiam alicui, 2. Phil. Omninò non ex equo,de Senec. Pedetentim aliquò,timidè,pro P.Qu.Propriè ad accuſandum,reipub. cauſa,pro Seſt.

DESCENSVRVS.10.Fa.33.Si nihil in Lepido ſpei ſit,deſcenſurum ad extrema:& non modò nationes,ſed etiam ſeruitia concitaturum.pro Cæl.2.Si conſtituetis,iudices,non deſcenſurum quenquam ad hanc accuſationẽ fuiſſe,cui vtrùm vellet,liceret.

☞ Syntaxis.*Deſcendere ad animi remiſſionem,ad conditionem,in roſtra,in dimicationem,ad accuſandum,ad extrema:id eſt,extrema tẽtare.Deſcendere ad accuſationem.*

DESCISCO, *deficio,retrahor*.11. A.21. Cum à republica peſtiferi ciues deſciuerint.pro Rab.23.de Ar.41. Tibi Gracchus à Senatu deſciuerat.2.At.4.Neque me vnquàm pœnitebit,quòd à me ipſe non deſciuerim.2. Fa.16.Qui ab excitata fortuna ad inclinatam & propè iacentem deſciſcerem.4.de Fin.19.Scire cupio, quæ cauſa ſit,cur Zeno ab hac antiqua inſtitutione deſciuerit. 3.61.Sæpe officium eſt ſapientis,deſciſcere à vita,cùm ſit beatiſſimus.4.Acad.46.Deſciſcere à veritate.

† ADVER. Flagitioè,55.de Fin.

DESCRIBENDVS. 8.At.9. Eam epiſtolam multis dedi deſcribendam.

DESCRIBO, *tranſcribo,exſcribo*.8.Fam.8.Nam hoc quàm vehementer ad me pertineat,in iis quas tibi illi reddent literis, deſcripſi.12.17.Dicam tuis vt eum librum deſcribant,ad téq; mittant.4.Aca.11. Qui ſe ab ipſo libros dicerent deſcripſiſſe.13.21. Scripſit Balbus ad me, ſe à te quintum de Finibus librũ deſcripſiſſe.4. Acad.21. Qui ſe illa audiuiſſe Romæ de Philone & ab eo ipſo illos duos libros dicerent deſcripſiſſe.

¶ *Explico,fingo*.3.Qu.Fr.1.Reſpondit ei vehementer Pompeius, Craſsúmque deſcripſit. 2.de Orat. 288. Deſcribere aliquid in multa genera.*id eſt,diuidere*.5.de Fin. 50. Archimedes,qui dum in puluere quædam deſcribit attentiùs, ne patriam quidem captam eſſe ſenſit. de Sen. 59. Dimetiri atque deſcribere ordines arborum,&c.pro Cl.87.Si,vt nos dicimus,DCXL.millia nummûm ſexdecim iudicibus darentur, non Archimedes meliùs potuit deſcribere.‖2.de Leg.12.Deſcribere Leges.

¶ *Indico,deſigno,demonſtro,diſpono*.1.de Or.214.Craſſus mihi viſus eſt Oratoris facultatem,nõ illius artis terminis,ſed ingenij ſui finibus immenſis deſcribere.1.de In.11.Definire rem verbis, breuitérque deſcribere.2.ad Her.41.Quadruplator,vt breuiter deſcribam,capitalis:eſt enim improbus & peſtifer ciuis.4. Aca. 114. Tu mores fingas, fines bonorum & malorum conſtituas, officia deſcribas, quam vitam ingrediar definias, &c. pro Mil. 48.Videlicet illi me latronem deſcribebant.Or.138.Hominum ſermones moréſque deſcribere. pro Cæl. 50. Si qua mulier ſit eiuſmodi,qualem paulò antè deſcripſi, vita inſtitutóque meretricio. I. P. 68. Non mehercule contumeliæ cauſa deſcribam quenquam,præſertim ingenioſum,&c.

¶ *Decerno,diſtribuo,edo, deſtino*. pro Fl.32.Flaccus deſcripſit pecuniam ad Pompeij rationem,quæ fuit accommodata L.Syllæ, deſcriptioni.7.V.61.Ciuitatib.pro numero militum pecuniarũ ſummas deſcribere.pro Fl.32.L.Sylla omnes Aſię ciuitates proportione in prouincias deſcripſit.Qu.Fra. Vectigal, quod Gręcis æqualiter Sylla deſcripſerat.2.cont.Rull.84.Dena deſcribit in ſingulos iugera.5.A.22.Quorum ipſorum bona quantacunque erant, ſtatim ſuis comitibus compotoribúſq; deſcripſit. 1. C.9. Deſcripſiſti vrbis partes ad incendium. pro Qu. 45. Quis

nobis

nobis iſta iura tam æqua deſcribit? 1. Offic. 124. Eſt proprium magiſtratus, iura deſcribere. Qu. de Pet. 44. Deſcribere ſuum cuique munus. 7. Verr. 27. Verres pretio, non æquitate iura deſcribebat.

DESCRIBOR, *homononyma pete ex actiuo*. 1. de Or. 28. Quæ mihi videtur non tam ipſa aquula, quæ deſcribitur, quàm Platonis oratione creuiſſe. 4. ad Her. 64. Cùm alicuius natura certis deſcribitur ſignis. 2. de Diu. 10. Quæ in Geometria deſcribuntur, &c. Mathematicorum ſunt, &c. 2. ad Her. 17. Primùm igitur vocabuli ſententia breuiter deſcribetur.

† ADVERB. Acutè, generatim, 2. de Ora. Aequaliter, 1. Q. Fr. Attentiùs, 5. de Finib. Breuiter, ſummatim, breuitérque, Orat. Breuiter, 1. de Inuen. Centuriatim ordines, pro Flac. Commodiùs, 2. Attic. Decentiſſimè iura finium, pro Cec. Falſò, 3. Ver. Generatim ius, &c. 1. de Orat. Mirificè, 13. Attic. Pauliſper iura, 7. Ver.

☞ Syntaxis. *Deſcribere aliquid à libro. Definire ac deſcribere. Deſcribere loca ad incendium. Deſcribere iura pretio.*

DESCRIPTIO, *deſignatio, figura, forma, diſtributio, definitio, diſpoſitio*. 1. Offi. 138. Domus finis eſt, vſus ad quem accommodanda eſt ædificandi deſcriptio. pro Seſt. 137. Noſſe deſcriptionem ciuitatis à maiorib. veſtris ſapientiſſimè conſtitutam. 2. cont. Rul. 94. Vrbis ſalubritas, deſcriptio, pulchritudo. pro Syl. 52. Tum deſcriptio totam per vrbem cædis atque incendiorum conſtituta eſt. 2. de Nat. 110. Ita demetata ſignant, vt tantis deſcriptionibus diuina ſolertia appareat. de Somn. 17. Cùm cuncta aſtra eandem totius cæli deſcriptionem longis interuallis retulerint. 3. de Leg. 4. Magiſtratus, quorum deſcriptione omnis reipublicę moderatio continetur. 2. de Nat. 121. Solers ſubtiliſque deſcriptio partium corporis 2. cont. Rul. 40. Vrbs & natura, & ſitu, & deſcriptione ædificiorum nobilis. 2. Offi. 15. Iuris æqua deſcriptio, certáque viuendi diſciplina. 1. de Inu. 49. Horum exempla & deſcriptiones, in præceptis elocutionis continentur. pro Dom. 129. Seruorum omnium vicatim celebratur tota vrbe deſcriptio. 1. de Diui. 31. Quæ ſit ab Attio Næuio per lituum regionum facta deſcriptio. 2. de Ora. 63. Rerum ratio ordinem temporum deſiderat, regionum deſcriptionem. 1. Offi. 21. Similíſque eſt priuatarum rerum deſcriptio. Ibid. 101. Hæc eſt enim ferè deſcriptio officij. 2. de Or. 121. Solers ſubtiliſque deſcriptio partium in figuris animantium. 1. de Natur. 26. Anaxagoras primûm omnium rerum deſcriptionem & modum mentis infinitæ in hac ratione deſignari & confici voluit. 1. Tuſc. 38. Rationem illi ſententiæ ſuæ non ferè reddebant, niſi quod erat numeris aut deſcriptionib. explicandum. 5. 70. Deſcriptio expetendarum fugiendarúmve rerum. 1. Acad. 9. Deſcriptio temporum. 2. de Inu. 55. Nominis breuis & aperta & ex opione hominum deſcriptio.

¶ *Exornatio, & ſententiarum lumen*. 4. ad Her. 52. Deſcriptio nominatur, quæ rerum conſequentiam continet perſpicuam & dilucidam cum grauitate expoſitionem, &c. 3. de Orat. 203. Vel grauiſſimum lumen augendi deſcriptio. Top. 83. Deſcriptio, quam Græci καταγραφὴν vocant: vt qualis ſit auarus, qualis aſſentator, cæteráque eiuſdem generis, in quibus natura & vita deſcribitur. 2. ad Her. 17. *bis*: Deinde factum noſtrum cum verbi deſcriptione coniungetur, &c.

† ADIVNCT. Aequa iuris, 2. Offi. Aequabilis, pro Fla. Apta, Part. Breuis nominis & aperta, 1. de Inuen. Cœleſtis, 1. de Leg. Falſa, 2. de Inuent. Similis, 1. Offi. Solers, ſubtiliſque partium, tanta, 2. de Nat. Vetus, 4. Tuſc.

☞ Syntaxis. *Deſcriptio vrbis, ædificiorum iam factorum, hominum, membrorum corporis, naturarum, ex verbis definientibus.*

DESCRIPTVS, *diſpoſitus*. Quint. de Pet. 17. Fac vt planè his in rebus deſcriptum ac diſpoſitum ſuum cuique munus ſit. 3. de Fin. 74. Natura, qua nihil eſt aptius, nihil deſcriptius. pro Dom. 13. Cùm deſperatis ducibus decuriatos ac deſcriptos haberes exercitus perditorum. de Senec. 5. Naturam ſequimur ducem: à qua cùm cæteræ partes ætatis bene deſcriptæ ſint, non verſimile eſt extremum actum, tanquàm ab inerti Poëta, eſſe neglectum. 2. de Nat. 87. Cùm ſolarium vel deſcriptum, aut ex aqua contemplere. 2. de Ora. 145. Materiam orationis, cuiuſcunque ſit generis, omnibus locis deſcriptam, inſtructam, ornatámq; comprehendere. 1. de Orat. 58. Ius ciuium generatim in ordines ætatéſque deſcriptum. 3. C. 8. Vt vrbem omnibus ex partibus, quemadmodum deſcriptum diſtributúmq; erat, incenderent. 2. Ca. 13. Docui, quemadmodum eſſet ei ratio belli deſcripta. 1. Offi. 51. Quæ deſcripta ſunt legibus, & iure ciuili, hæc ita teneãtur, vt ſit conſtitutum, &c. 16. At. 5. O dies in auſpiciis Lepidi deſcriptos.

† ADVER. Variè, 2. de Leg.

☞ Syntaxis. *Munus cuique ſuum deſcriptum & diſpoſitum. Natura nihil deſcriptius. Exercitus deſcripti. Partes ætatis benè deſcriptæ. Deſcripta materia orationis. Deſcriptum eſt, abſolutè. Deſcripta legibus. Dies deſcripti.*

DESECANS. de Vni. 20. Partes rurſus ex toto deſecans.

DESECO, *ſeco. Lege*, EMPIRICI. 16. At. 6. Tu illud deſecabis, & hoc conclutinabis.

† ADVERB. Articulatim, 1. de Leg.

DESERENDVS. pro Syll. 58. Non enim mihi deſerenda eſt cauſa amici veteris. 1. Offic. 28. Prætermittendæ defenſionis, deſerendíque officij plures ſolent eſſe cauſæ.

DESERO, *deſtituo, relinquo, derelinquo, non adſum, abſum, deſertum eſſe patior, prodo, cauſa alicuius recedo, negligo, prætermitto*. 5. V. 120. Aratores agros deſererent, totáſque arationes derelinquerent. 14. A. 41. Deſerere aliquem. 1. Tuſc. 110. Fama nunquàm deſeret Curium. 3. At. 19. Non deſeram preces fratris, nec cæterorum promiſſa, nec ſpem vxoris, nec obſecrationem filiæ, nec filiæ, nec fideles literas tuas: *id eſt, non fruſtrabor*. 1. Tuſc. 39. An tu cùm me in ſummam expectationem adduxeris, deſeris? pro Pl. 13. Deinde ſitientem me virtutis tuæ deſeruiſti ac dereliquiſti pro Cæl. 77. Si quem offendit huius ſplendor, ſi nitor, iam iſta deſeruerit. 1. de Diuin. 40. Vires vitáque corpus meum deſerit omne. de Sen. 72. Deſerere vitam. 7. V. 110. Deſerere exercitum. pro Seſt. 50. Nónne ſi vitam meam deſeruiſſem, Rempublicam perdidiſſem. 1. Qu. Fr. 3. Amici partim deſeruerunt me, partim etiam prodiderunt. 8. At. 3. Turpe erit Domitium deſerere, implorantem eius auxilium. pro Cec. 103. Is nec ſuum deſeruit, nec quicquam illius audaciæ conceſſit. de Fat. 12. Vigila Chryſippe, nec cauſam tuam deſeras.

† ADVER. Captiosè, pro Flac.

DESEROR. 4. At. 9. A cæteris oblectationibus deſeror, & voluptatibus pro Republica. pro Cluent. 183. Illi quorum eminet audacia, à malitia deſeruntur. 1. Fam. 5. Vereor ne aut eripiatur à nobis cauſa regia, aut deſeratur. 3. Attic. 15. Deſeri à mente: *id eſt, prauio dolore inſanire*. 1. Fam. 7. Multum intereſt, vtrùm laus minuatur, an ſalus deſeratur. 2. A. 110. Cur honorem Cæſari tua lege datum deſeri patimur? pro S. R. 10. Sin à vobis deſerar, tamen omninò non deficiam. 16. At. 3. Certè enim deſeremur ocyùs à re familiari, quàm à republica.

† ADVERB. Planè, 1. de Diu. Ocyùs à re familiari, 16. Att. Omninò, pro Sex. Roſc.

DESERTOR. Poſtquàm ad Quir. 13. Cùm víderem eos aut proditores eſſe, aut deſertores ſalutis meæ. 8. Atti. 9. Quid hoc miſerius, quàm alterum exiſtimari conſeruatorem inimicorum, alterum deſertorem amicorum?

DESERTVS, *relictus, incultus, vaſtus, vaſtatus, nudus*. de Ami. 55. Vita inculta & deſerta ab amicis non poteſt eſſe iucunda. in Piſ. 97. Introitus in vrbem deſertus ab amicis. Ibid. 55. Vt nullius vnquàm reditus fuerit deſertio. 5. Fam. 2. Deſertus ab officiis amicorum. 1. 3. Deſertus & abiectus. 3. Q. Fr. 1. Nihil turpius, nec deſertius. 1. Offi. 28. Vt eos quos tueri debeant, deſertos eſſe patiantur. 5. Tuſc. Non ſum paſſurus amicos meos à me deſertos. pro Quin. 51. Viri boni multis vadimoniis deſertis, ſæpe illuſi ac deſtituti hoc faciunt. pro Qu. 48. Vadimonium ſibi ait eſſe deſertum. pro Pomp. 32. Multas inſulas eſſe deſertas. pro Clu. 110. Locus à Tribunitia voce deſertus. 1. de Leg. 41. In agro locíſque deſertis. 7. V. 170. In deſertiſſima ſolitudine. 2. con. Rul. 83. Ager deſertus à plebe atque à cultura hominum. 1. Q. Fr. 1. Multas dirutas & deſertas vrbes per te eſſe recreatas. pro Cæl. 42. Via deſerta & inculta, atque intercluſa in frondibus & virgultis. * Incer. Qui fuit locus religioſiſſimus, is erat deſertiſſimus. ‖ pro Seſt. 128. Deſerta & horrida omnia.

☞ Syntax. *Fama illum deſeret. Deſero, ac derelinquo, pura ſynonyma. Vitã deſerere. A mente deſeri, & à re familiari. Inculta & deſerta vita. Deſertus locus homo. Introitus ab amicis, deſertus. Deſertiſſima ſolitudo. Ab hominum cultura deſertus ager. Via deſerta, inculta, frondibus incluſa.*

DESERVIENS. 1. de Leg. 39. Epicurei ſibi indulgentes, & corporibus deſeruientes, &c.

DESERVIO, *ſeruio*. pro Syll. 26. Si officia mea, ſi operæ, ſi vigiliæ deſeruiunt amicis, & præſtò ſunt omnibus. 1. Offic. 109. Item alij qui quiduis perpetiantur, cuiuis deſeruiunt, dum quod velint, conſequantur. 16. Fam. 18. Indulge valetudini tuæ: cui quidem tu adhuc dum mihi deſeruis, ſeruiuiſti non ſatis.

DESIDEO, *reſideo, quaſi deſcendo*. 1. de Diu. 97. Labes agri Priuernatis, cùm ad infinitã altitudinẽ terra deſediſſet. Ibid. 78. Multa oppida corruerint, multis locis labes facta ſit, terræq; deſederint. *Deſidere dicuntur terræ, cùm facta labe, id eſt, hiatu, quaſi deſcendunt & demerguntur.*

DESIDERABILIS, *expectendus*. Top. 69. Deſiderabile.)( *quo quis facilè carere poſſit*. 1. de Finib. 33. Nihil deſiderabile concupiſcunt.

* DESIDERANDVS. Frag. ep. Nec idcirco mihi deſiderandam eſſe dignitatem meam.

DESIDERATIO, *deſiderium cupiditas*. de Sene. 47. Non eſt voluptatum tanta quaſi titillatio in ſenibus, ſed nec deſideratio quidem.

† ADIVNCT. Tanta, de Sen.

DESIDERATVS. Poſtquàm ad Quir. 4. Omnia deſiderata magis, quàm aſſiduè percepta delectant.

† ADVERB. Grauiter, 7. Verr.



UNED

DESIDERIVM, *cupiditas, ſtudium, amor, ſitis, igniculus, deſiderij.* 1.
de Ora.205. Ea ſi paululò latiùs dixeris, explêris omnem expe-
ctationem diuturni deſiderij noſtri. 4.Tuſc.21. Deſiderium eſt
libido eius qui nondum adſit, videndi. de Clar.2. Hortenſius ex-
tinctus & autoritatis, & prudentiæ ſuæ triſte nobis deſiderium
reliquit. 1.Q.Fr.1. Annus tertius acceſſit deſiderio noſtro & la-
bori tuo. de Amic.83. Deinde requirunt atque appetunt, ad
quas ſe applicent eiuſdem generis animantes; ídque faciunt
cum deſiderio, & cum quadam ſimilitudine amoris humani. 2.
A.45. Is deſiderium tui diſſidij ferre non poteſt. de Sen.54. Ho-
merus Laërtem lenientem deſiderium, quod capiebat è filio,
colentem agrum fecit. 9.At.12. Nunc emergit amor, nunc deſi-
derium ferre non poſſum. 15.Fa.4. Voluntas, in qua ineſt aliqua
vis deſiderij. 1.A.36. Populus Romanus deſiderium liberatoris
ſui perpetuo plauſu & clamore leniuit. Poſtquàm ad Quir.8.
Qui ſuo fletu deſiderium mei, memoriámque renouaret. 2.Qu.
Fr.14. Faciam vt in medio dolore ac deſiderio mei læteris. pro
Rab.14. Tib. Gracchus magnum deſiderium ſui reliquit apud
populum Romanum. pro Rab.24. Qui hominis ſeditioſi ima-
gine deſideria imperitorum miſericordia commoueret. Poſtq.
ad Quir.1. Vt aliquando vos memoria mei, deſideriúmque te-
neret. de Sen.33. Ne ille quidem magno deſiderio tenebitur vi-
rium. 2.Fam.11. Me mirum deſiderium tenet vrbis. Ibid. Spes
triumphi, in qua ſatis glorioſè triumpharem, ſi non eſſem tam
diu in deſiderio rerũ mihi chariſſimarum. 10.A.14. Brutus erat
in deſiderio ciuitatis. 16.Fa.11. Non ignoro, quantum ex deſi-
derio labores, ſed, &c. 15.21. Tum diſcedis à nobis, méque tan-
to deſiderio afficis, vt vnam cõſolationem mihi relinquas, fore
vt vtriuſque noſtrûm abſentis deſiderium crebris & longis epi-
ſtolis leniatur. Ibid.20. Vt tolerabiliùs feramus igniculum deſi-
derij tui, crebris nos literis appellato. 7.18. Sed magis vt deſide-
rio noſtri te æſtuare putarem. 14.2. Valete mea deſideria, valete.
pro Sext.131. Deſiderium grauiſſimum filiæ. 4.Fa.2. Hem mea
lux, meum deſiderium.

† ADIVNC. Amiciſſimum, 2.Phil. Annuum, 2.Attic. Diuturnum, 1.de
Orat. Gratum, grauiſſimum, ſummum, 3.Q.Fr. Incredibile, 2.Famil. Mi-
nùs mirum, 6.Fam. Par, pro Rab. Tantùm, 15.Familiar. Triſte, de Clar.

☞ Syntaxis. *Expectatio deſiderij. Deſiderium eſt libido. Cognoſce libi-
dinem eſſe ſupra deſideriũ. Relinquere ſui deſiderium triſte. Mora de-
ſiderio accedens. Applicatio cum deſiderio. Deſiderium lenire. Teneri
deſiderio. Eſſe in alicuius rei deſiderio. Deſiderium meum filius.*

DESIDERO, *deſiderio alicuius rei flagro, in deſiderio alicuius rei ſum,
deſiderium alicuius rei me tenet, ex deſiderio laboro, deſiderio vel
ſtudio alicuius rei teneor, requiro, poſtulo, ſitio, quæro.* de Sen.27. Ne-
que nunc vires deſidero adoleſcentis, non plus quàm adole-
ſcens tauri vires deſiderabam. 2.Qu.Fr.5. ἀμφιλαφίαν illam,
quam tu ſoles dicere, bono modo deſidero. de Pro.43. Cùm vos
me vt chariſſimum filium deſiderabitis. pro Pl.13. Deſiderarunt
te, inquit, oculi mei, cùm tu eſſes Cyrenis. 5.Att.16. Dum hæc
quæ longiorem deſiderant orationem, ſummatim tibi perſcri-
berem. 1.de Orat.201. Iam illa non longam orationem deſide-
rant, quamobrem, &c. 8.Att.22. Quis ab eis vllam rem laude di-
gnam deſiderat? 12.39. Quis congreſſum meum aut facilita-
tem ſermonis deſiderauit? de Clar.118. Vnum excipio Cato-
nem, in quo perfectiſſimo Stoico ſummam eloquentiam non
deſiderem. Orat.18. Antonius multa & in ſe & in aliis deſide-
rans. 1.Att.13. Refertur ad conſilium, vna ſola ſententia præſi-
dium non deſiderauit. 3.Qu.Fr.5. Nec honores ſitio, nec deſide-
ro gloriam. pro Ar.28. Virtus nullam aliam mercedem laborum
ſuorum deſiderat, præter hanc laudis & gloriæ. pro Quint.55.
Deſiderare vel requirere aliquid ab aliquo. 7.V.70. Et reliquos
non deſideraret ſolùm, ſed etiam poſceret & flagitaret. 7.Fa.10.
Ius ciuile doctorem vſúmque deſiderat. 10.17. Lepidus, quod
ego deſiderabam fecit, vt, &c. 5.20. Quando id te video deſidera-
re. 2.1. In quo autem deſiderare te ſignificabas literas meas, præ
te fers, &c. 7.28. Intellexi te ex libris meis animum meum deſi-
derare. * Frag. ep. Quis in eo generis antiquitatem deſideret?
Ibidem. Quod plus deſiderarint dignitatem. Oecon. 1. Cùm &
operam & diligentiam ea deſiderarent. Hortenſ. Quid natura
deſideret. ‖ 3.Qu.Fr.4. Animum vacuum ab omni cura deſiderat.
pro Sext.28. Quem æquè ipſa tribunalia deſiderauerunt. pro
Syl.82. Nec cuiuſquam ornamenta orationis deſiderat.

DESIDEROR, *deſum.* 7.Att.25. Sin erit bellũ, vt video fore, par-
tes meæ non deſiderabuntur. 6.V.96. Nec quicquam ex eo fano
præter vnum perparuulum ſignum ex ære deſideratum eſt.

† ADVERB. Diutiùs, 15.Famil. In poſtremum memoriam, de Clar. Ma-
gnoperè eloquentiam, pro S.R. Magnoperè præcepta, 1.Offic. Magno-
perè voluptates, vires corporis, de Senect. Manifeſtiùs, 5.Ver. Maximè
operam & fidelitatem, 16.Famil. Mediocriter, 8.Fam. Pauliſper quid in
aliquo, prorſus, 7.Fam. Planè, in Part. Valdè hominem, 13.Attic. Vehe-
menter, 2.Fam. & pro Mur.

DESIDIA, *inertia, ignauia, languor.* 2.con.Rull.102. Qui propter
deſidiam in otio viuunt, tamen in turpi inertia capiunt volupta-
tem. 5.Tuſcul.78. Sed nos vmbris, deliciis, otio, languore, deſi-
dia animum infecimus. in Sal.8. Homo deſidiæ ac luxuriæ ple-
nus. pro Seſt.138. Sed mihi omnis oratio eſt cum virtute, nõ cum
deſidia. de Cl.8. Confugere in portum, non inertiæ, neque deſi-
diæ, ſed otij moderati atque honeſti. 1.Offic.123. Languori de-
ſidiæque ſe dédere. 1.Ac.23. Hinc gignebatur fuga deſidiæ. 1.ad
Her.8. Inertia, luxuria. & ‖ pro Seſt.103. Ab induſtria plebem ad
deſidiam auocari.

† ADIVNCT. Magna & iuſta, de Amic.

☞ Syntaxis. *Propter deſidiam in otio viuere. Inficere animum deſi-
dia, otio, languore. Plenus deſidiæ.*

DESIDIOSVS, *otioſus.* 3.de Orat.86. Aliquid quod cum deſidio-
ſa delectatione veſtiges. 2.con.Rull.90. Inertiſſimum & deſidio-
ſiſſimum otium. 4.ad Her.44. Vt cùm deſidioſam artem dici-
mus, quia deſidioſos facit.

DESIGNANDI. 2.de Diu.127. Sin vera diuina ſunt, falſa autem
humana, quæ eſt iſta deſignandi licentia?

DESIGNATIO, *deſcriptio.* 1.de Nat.20. Requiro omnem totius
orbis deſignationem & apparatum. 4.Att.4. Offendes deſigna-
tionem Tyrannionis. 1.de Orat.138. Infinitæ rei quæſtio ſine
deſignatione perſonarum & temporum.

DESIGNATOR, *qui ludis funebribus præeſt, quique locum & tem-
pus perſonis deſignat ad agendum.* 4.Attic.3. Poſt has ruinas de-
ſertus à ſuis vix iam decimum deſignatorem, vix Gallium re-
tinet.

DESIGNATVS, *in annum proximum, aut Conſul, aut Prætor, aut
Trib.pl. creatus, renunciatus, declaratus, decretus.* 11.Fam.6. Cùm
Tribuni plebis haberent in animo de præſidio Conſulum deſi-
gnatorum referre. 1.Att.9. Quod in epiſtola tua ſcriptum erat,
me iam arbitrari deſignatum eſſe, ſcito nihil tam exercitum eſ-
ſe nunc Romæ, quàm candidatos. 2.con.Rull.13. Rullus iam de-
ſignatus Tribunus plebis alio vultu, alio vocis ſono, alio inceſ-
ſu eſſe meditabatur. 2.At.23. Permagni noſtra intereſt, te, ſi co-
mitiis non poteris, at declarato illo eſſe Romæ. pro Mur.1.& 2.
Conſul deſignatus à populo ſuffragiis, declaratus autem vel re-
nunciatus ab alio Conſule voce. pro Cl.32. Deſignatus Reipub.
ciuis: *id eſt, infans in vtero matris necatus.* 1.de Diu.82. Neque dij
ignorant, quæ ab ipſis conſtituta & deſignata ſunt. 3.de Nat.85.
Nec domus, nec Reſp. ratione quadam & diſciplina deſignata
videatur, ſi in ea nec rectè factis præmia extent, nec ſupplicia
peccatis.

DESIGNO, *deſcribo, noto, ſignifico, conſtituo, definio.* 1.C.2. Catilina
notat & deſignat oculis ad cædem vnumquénq; veſtrûm. 1.de
Ora.109. Res aliquas verbis deſignare, generibus illuſtrare, par-
tibus diſtribuere. 2.236. Hæc enim ridentur, quæ notant & deſi-
gnant turpitudinem aliquam, non turpiter. 1.de N.33. Ariſtote-
les quodam loco mundum deſignauit Deum. de Vn.39. Quæ
cùm ita deſignaſſet, &c. 9.A.17. Vtique locum ſepulchro pedes
triginta quaque verſus deſignat.

DESIGNOR. 2.con.Rul.26. At quomodo? vt ij decemuiratũ ha-
berẽt, quos plebs deſignauerit, oblitus eſt nullos à plebe deſigna-
ri. de Ar.53. Nam hoc verbo nec Clodius, nec quiſquam de gre-
galibus eius deſignatur. 1.de N.26. Anaxagoras omnium rerum
deſcriptionem & modum mentis infinitæ vi ac ratione deſigna-
ri & confici voluit. 1.de Inu.31. Ex qua certum quidam deſigna-
tur Oratori, in quo animum debeat habere occupatum.

☞ Syntaxis. *Orbis deſignatio & apparatus. Perſonarum ac temporum
deſignatio. Deſignata ſunt à Deo cuncta. Hoc tibi deſigno: id eſt, tri-
buo, decerno, aſſigno.*

DESILIO, *celeriter & quaſi ſaltu deſcendo.* pro Mil.29. Milo de
rheda reiecta penula deſiluit.

DESINENDI. Or.220. Hæc copia facultatem affert, non ſemper
eodem modo deſinendi. 1.Offic.135. Vt incipiendi ratio fuerit,
ita deſinendi modus.

DESINO, *deſiſto, ceſſo, finem facio, omitto, conquieſco, conſido, cado, præ-
termitto, intermitto.* 1.Att.16. Conuentus qui initiò celebrantur,
iamdiu fieri deſierunt. de Somn.20. Quod ſeſe mouet, nunquàm
moueri deſinit. pro Q.29. Iſte caput petere non deſinit. 2.de Or.
59. Illud iam mirari deſino, hunc, &c. 11.Fam.25. Quem ego ad
bellum commune vocare non deſino. 1.9. Non deſinam tua de-
creta defendere. 9.24. Te ad cœnas ire deſiſſe moleſtè ferò. C.in
vita At. Nam mihi ſtat alere, morbum deſinere. 3.de Or.204. Il-
la quæ ſimiliter deſinunt, aut quæ cadunt ſimiliter. 7.Fam.1. Li-
benter mehercule artem deſinerem. 4.Acad.80. Deſine com-
munibus locis. pro Planc.91.

DESINOR. 2.de Fin.43. Rectè contra eos deſitum eſt diſputari.
9.Fa.1. Qui primus eſt Papiſius vocari deſitus. 1.de Inu.28. Ab
eo in quo deſitum ſit, rurſus incipere. 2.Offic.27. Deſitum eſt
enim videri quicquam in ſocios iniquum.

† ADVERB. Aliquando timere, 1.Cat. Libenter autem.

☞ Syntaxis. *Id fieri deſit. Similiter deſinentia verba. Ille vocari deſi-
tus. Diſputari deſitum eſt.*

DESIPIENS, *demens.* 2.de Diu.51. An eſt quiſquam ita deſipiens,
qui credat, &c. 3.Fam.8. Neque enim eram tam deſipiens, vt,
&c. 1.de N.124. Nec enim tam deſipiens fuiſſet, vt, &c. 2.16. De-
ſipiens arrogantia. 1.Famil.9. Populus Athenienſis penè iam

deſipiens ſenectute. Ibidem. Deſipiente populo.

**Desipio**, *demens ſum, deliro.* 7.V.122. Vtrùm ego deſipio, an vos quoque doletis? 2.Fam.9. In quo cùm obiurgaret, quòd nimio gaudio penè deſiperem, ita me defendebam, &c. pro Planc.90. Licèt me deſipere dicatis. 1.de Natu.95. Deſipere, delirare, dementem eſſe.

† **Adver.** Penè, 12.Famil. Planè, 2.de Nat.

**Desisto**, *ceſſo, intermitto, dimitto, diſcedo.* 4.V.118. Vt aliquando de rebus ab iſto iudicatis dicere deſiſtamus. de Clar. 314. Cum amici me hortarentur, vt cauſas agere deſiſterem, quoduis periculum mihi adeundum, quàm à ſperata dicendi gloria diſcedendum putaui. 1.Fam.1. Pompeium hortari & orare non deſiſtimus, vt, &c. pro Q.16. Auctionem Quintus velle facere deſtitit. 2.Tuſc.28. Verbo de ſententia deſtitiſti. 5.Famil.2. Qui agerent cum eo, vt ab illa mente deſiſteret. 3.Offic.112. Docuit, cur ſibi à cauſa deſiſtere neceſſe eſſet. pro R.P.5. Vt magis pœniteret cœpiſſe, quàm liceret deſiſtere. de Clar.321. Nos non deſiſtebamus augere illud, &c. 7.V.101. Rogat eos, vt id facere deſiſtant. 1.Tuſ.117. Vt homines mortem timere deſiſtãt. 1.Q.Fr.1. Non deſiſtunt nobis agere quotidiè gratias honeſtiſſimæ ſocietates. 3.Offi.15. Cùm ſint docti à peritis, deſiſtunt facilè ſententia. 1.Fa.9. Deſiſtere pugna. Ibid. Quaſi deſtiterim priſtina cauſa. * pro C.Cornel.1. Deſtitit accuſatione, an vi, an veritate?

☞ Syntax. *Deſino dicere, à cauſa ſententia. Mente ab aliquo deſiſtere.*

**Desitvs.** *Lege*, **Desino.** 2.de Diu.97. Nam ſi eſſet factitatum, non eſſet deſitum. de Clar.123. Veteres orationes poſt noſtras, à pleriſque legi ſunt deſitæ. * pro C.Cornel.1. Cœptum per eos, deſitum eſt per hunc.

† **Adverb.** Proximè, 1.de In. Rectè, 2.de Fin.

**Despectio**, *contemptio.* Hort. Conſolabitur eum magnitudo animi & humanarum opinionum alta quædam deſpectio.

† **Adivnc.** Alta, Hortenſ.

**Despectvs.** I.P.98. Abiectus, contemptus, deſpectus ab omnibus.

† **Adverb.** Impuriſſimè fortuna, 9.Attic.

**Despectvs**, ſubſtant. 4.ad Herenn.52. Ludibrio & deſpectui omnibus eſſe.

**Desperandvs**, *ſine ſpe.* 2.C.10. Eſſent illi quidem deſperandi, ſed tamen ferendi. de Amic. 92. Cuius aures ita clauſæ ſunt veritati, vt ab amico verum audire nequeat, huius ſalus deſperanda eſt. Or.6. Nam neque illud quod eſt optimum, deſperandum eſt, neque, &c.

**Desperans.** 10.Famil.21. Laterenſis ſuo chirographo mittit mihi literas, deſperãs de ſe, de exercitu, de Lepidi fide, querénſque ſe deſtitutum. I.P.88. Diffidens & deſperans rebus ſuis. pro Mil.57. Serui deſperãtes vitã domini. 1.de Fin.61. Ecce autẽ alij minuti & anguſti, aut omnia ſemper deſperantes, aut maleuoli.

**Desperanter.** 14.Atti.21. Seriùs proficiſcens, quòd deſperanter tecum locutus eſt, minimè miror, &c.

**Desperatio.** )( *Spes, bona ſpes.* 8.At.8. Fuga & maritima opportunitas viſa quæri deſperatione. 4.Tuſcul.19. Deſperatio eſt ægritudo ſine vlla rerum expectatione meliorum. 11.At.6. Deſperatio rerũ Põpeij omniũ animos occupauit. 4.Fa.3. Tanta eſt omniũ rerũ amiſſio & deſperatio recuperandi. 2.C.25. Bona ſpes cum omnium rerum deſperatione confligit. Poſtquàm in Sen. 22. Qui me à deſperatione ad ſpẽ reuocauit. ad Brut.16. Ita verò imbecillitas & deſperatio, &c. 2.A.88. Quæ propter conſcientiam ſcelerum deſperatio vitæ? 12.A.10. Deſperatio victoriæ.

† **Adivnct.** Diuturna, 2.Fam. Fatalis, 12.Fam. Magna, 14.Attic.

**Desperatvs**, *ab omni ſpe derelictus, deſtitutus, depoſitus.* 4.Acad. 32. Illos autem qui omnia incerta dicunt, quaſi deſperatos aliquos relinquamus. 2.C.5. Exercitus collectus ex ſenibus deſperatis, ex ruſticis, mendiculis, &c. pro Syl.76. Magnus & diuturnus & iam deſperatus morbus. 5.A.36. Poſt diſceſſum latronis, vel potiùs deſperatam fugam. pro Do.24. Res penè iam deſperata. pro S.R.27. Alicui oppreſſo iam deſperatóque omnib. opitulari. 1.V.76. Hoc remedium eſt ægrotæ ac propè deſperatæ Reipublicæ. 13.Fa.56. In perditis ac deſperatis habere aliquod negotium. I.P.99. Deſpectus à cæteris, à ſeipſo deſperatus, & relictus. pro Mur.42. Deſperatas iam pecunias exigere. 4.Attic.15. Luſtrum iam deſperatum eſt. 7.22. Cauſa publica deſperata eſt. 1.Qu.Frat.1. Cùm iam ab aliis deſperata res eſſet. 3.de Leg.24. Quod eſt enim tam deſperatum collegium, in quo nemo è decem ſana mente ſit? 9.Att.9. Sed mehercùlè tam abiectam compoſitionis ſpem non deſperatiſſimam eſſe puto. 16.14. Deſperatis vetat Hippocrates adhibere medicinam. ad Bru.17. Rempublicam deſperatam quoque ſanari puto poſſe. 1.Q.Fr.1. Cùm iam ab aliis deſperata res eſſet.

**Despero**, *diffido, perdidi ſpem, in perditis ac deſperatis habeo, animo cado, haſtas abijcio, à ſpe abſum.* )( *Spero, confido.* Tu tamen ſiue habes aliquam ſpem de Republica, ſiue deſperas, ea meditare, quæ, &c. 2.de Diu.48. Non equidem planè deſpero iſta eſſe vera. 1.de Or.95. Ego quantum auguror coniectura, non deſpero fore aliquem, qui, &c. 1.At.3. Noli deſperare eos meos facere poſſe. 85. Volo circum villulas noſtras errare, quas me viſurum poſte deſperaui. 1.Offic.73. In quo conſiderandum eſt, ne aut temerè deſperet propter ignauiam, aut nimis confidat propter cupiditatem. 8.At.15. Reipublicæ cauſa, de qua deſperaui. pro Cl.68. Is eum promiſſis ſuis excitauit, & ſimul ſaluti deſperare vetuit. Poſtq. in Sena. 33. Bonos viros lugere malui meas fortunas, quàm ſuis deſperare. I.P.84. Qui cum oppido deſperaſſent, munire arcem cœperunt. 2.C.19. Deſperare honores, vel aliquam rem. 12.Fam.14. Rhodij nos & Rempublicam valdè deſperauerunt. pro Mur.43. Vt honorem deſperaſſe videatur. 12.Fam.15. Deſperare de aliqua re. 15. At.20. Deſperaui. I.P.12. Deſperare ab aliquo. pro Mur.45. Quoniam ſibi hic ipſe deſperat.

**Desperor.** 1.Qu.Fr.3. Siue reſtituimur, ſiue deſperamur, nihil opus eſt, &c.

† **Adverb.** Planè, 2.de Diuin. Temerè, 1.Offic. Valdè, 12.Famil.

☞ Syntaxis. *Ille deſperandus eſt. Deſperanda ſalus. Ille ſe deſperat. Deſperans ſuis rebus. Diffidens ac deſperans. Deſperatus morbus, homo. A ſeipſo deſperatus Deſperatis non adhibenda medicina. Deſpero. Deſpero ſaluti, & ſalutem, & de ſalute. Sibi ipſe deſperat. Deſperatur ille.*

**Despicatio**, *deſpicatus, deſpicientia.* 1.de Fin.67. Vt odia, inuidia, deſpicationes aduerſantur voluptatibus, ſic, &c.

**Despicatissimvs**, *contemptiſſimus.* pro Seſt.36. Deſpicatiſſimi Tribuni furor, contemptiſſimi Conſulis leuitas.

**Despicatvs**, *deſpicatio.* pro Flac.65. Prouerbium, ſi qui deſpicatui dicatur, vt Myſorum vltimus eſſe dicatur.

**Despiciens.** 2.de Or.364. Nemo vnquàm tam ſui deſpiciens, qui, &c.

**Despicientia**, *contemptio.* Par. 81. Magnitudinem animi deſpicientia imitatur in contemnendis honoribus. 2.Offic.38. Hæc animi deſpicientia admirabilitatem magnam facit. 1.Off. 66. Deſpicientia rerum externarum. 1.Tuſc.95. Totam vim bene viuendi in omnium rerum humanarum contemptione & deſpicientia ponamus.

**Despicio**, *contemno, deſpicatui duco.* 4.Acad.130. Hos ſi contemnimus, etiam abiectos putamus, illos certè minùs deſpicere debemus, &c. de N.39. Nec verè vulgi inſcitiam deſpicere poſſum, cùm conſidero, &c. pro S.R.135. Omnes deſpicere, hominem præ ſe neminem putare. 3.de Fin.29. Omnia quæ cadere in hominem poſſunt, deſpicere, & pro nihilo putare. 5.V.95. Tu ſic ordinem Senatorium deſpexiſti?

¶ *Video, cerno, animaduerto.* pro S.R.22. Simulatque ille deſpexerit, aliquid huiuſcemodi moliantur. 1.Q.Fr.4. Si tuam ſolitudinem communémque calamitatem nemo deſpexerit. de Ar.33. Tollam altiùs tectum, non vt ego te deſpiciam, ſed tu ne aſpicias vrbem eam. pro Syl.40. Vt tot res, tantas, tam varias, tam repentinas in illa turbulentiſſima tempeſtate Reipu. mea ſponte deſpexerint. 4.de Fin.64. Catuli, qui iam deſpecturi ſunt, cæci æquè vt hi qui modò nati: *id eſt, qui viſuri ſunt.*

**Despicior**, *negligor, contemnor.* de Sen.7. Deſpici ab omnibus. 5.V.95. In alterius iniuria ſeſe deſpectos, dignitatémque contemptam & abiectam. Frag.ep. A te contemni ac deſpici, ac pro nihilo haberi Senatum.

† **Adverb.** Minùs, 4.Acad. Planè, 4.Phil. Simulatque, pro S.R. Verè 3. de Nat.

☞ Syntaxis. *Deſpicere & pro nihilo putare.*

**Despoliandvs.** 5.V.54. Qui duxiſti ad deſpoliandum Dianæ templum fuit.

**Despoliatvs.** 7.At.9. Quintius ad buſtum Baſilij deſpoliatus eſt. 14.Fam.2. Illud doleo, quæ impenſa facienda eſt, in eius partem miſeram & deſpoliatam venire.

**Despondeo**, *paciſcor, promitto, deſtino.* 11.Attic.6. L.Lentulus Hortenſij domum ſibi & Cæſaris hortos deſponderet. 8.Fam.7. Cornificius Oreſtillæ filiam ſibi deſpondit. 1.Atti.2. Tulliolam C.Piſoni L.F. frugi deſpondimus. 1.de Orat.239. Cùm Seruius Galba Craſſi filiam Caio filio ſuo deſpondiſſet. pro Clu.179. Tum illa deſpondit ei filiam ſuam. 13.Atti.13. Nunc tuam. περὶ τελῶν σύνταξιν. Bruto, vti tibi placuit, deſpondimus.

**Desponde or.** 12.Fam.9. Exigua eſt ſpes Reipub. nam nullam non libet dicere: ſed quæcunque eſt, ea deſpondetur, anno Conſulatus tui. *id eſt, promittitur.*

**Desponsvs.** de Pro.37. Vt prouinciam deſponſam, non decretam habere videatur. de Ar.6. Deſponſam iam & deſtinatam laudem alicui præripere. 1.Atti.13. Deſponſam homini iam Syriam ademi.

☞ Syntaxis. *Mulierem ſibi deſpondere, & alteri. Spes nulla nunc deſpondetur. Deſponſa laus, ac deſtinata.*

**Destinatvs**, *deſignatus, conſtitutus.* 12.Attic.30. Ais te putare ſi addiderimus aliud à quo refugiat, cùm ab ipſo id fuerit deſtinatum, venditurum. de Ar.6. Deſponſam iam & deſtinatam laudem alicui præripere. 2.Tuſcul.5. Qui certis quibuſdam deſtinatíſque ſententiis quaſi addicti & conſecrati ſunt. 5.63. Alter præſtò fuit ad horam mortis deſtinatam. pro Seſt.66.

Qui

UNED

Qui locus orbis terræ iam non erat alicui deſtinatus? 10.Fa.25. Non eſt annus hic tibi deſtinatus.

DESTINO, *attribuo, deſigno, decerno, conſtituo*.3. Offic.45. Cùm eorum alteri Dionyſius diem necis deſtinaſſet, & is qui morti addictus eſſet, poſtulaſſet, &c.13.At.73. Sed ſi Plancus deſtinat, tum haberes difficultatem.15.22. At ego iam deſtinaram. 7. Famil. 23. Quod tibi deſtinaras trapezophoron, ſi te delectat, habebis.

DESTINOR.1.ad Her.25. Si priùs aperuimus, quid oporteat ab ambobus in cauſa deſtinari, quò ratio omnis totius orationis conferatur.

DESTITVO, *deſero*.5.A.33. Qui ne ſorti quidē fortunas noſtras deſtituit, ſed libidini cuiuſque nos addixit.2.A.99. Quid? eūdem in decemuiratu non deſtituiſti? pro Clu.83. Deſtitui ab aliquo. pro S.R.117. Roſcius ſocios induxit, decepit, deſtituit, &c.

DESTITVOR.5.V.66. Porrò alios in publico cuſtodiri, deſtitui alios in conuiuio.

DESTITVTVS, *relictus*.1.At.15. Ita ſum deſtitutus, vt nihil requietis habeam. pro Cl.72. Is queritur ſe ab Oppianico deſtitutum. pro Qu.51. Viri boni multis vadimoniis deſertis ſępe illuſi ac deſtituti hoc faciunt.7.V.109. Qui quia Cleomenem in defendendo filio læſerat, nudus penè eſt deſtitutus.

DESTITVTIO, *derelictio*. pro Quint.20. Deſtitutione illa perculſus Quintius, à Scapulis pauculos dies aufert. pro Cl.71. Vt iudices deſtitutione iratos illi redderet.

DESTRINGO, *diſtringo*. con. C.Anton. Duas vno tempore conantur in Rempub. ſicas deſtringere. *Alij*, diſtringere, *legunt*.

DESTRVO, *tollo, deleo, diruo, euerto, diripio, excido, exſcindo, conuello, vaſto, opprimo, extinguo, occido, interficio, diſſoluo, diſturbo, nullum veſtigium relinquo, imaginem nullam relinquo, ruinam edo, extinguo & funditùs deleo*.)(.*Conſtruo, coagmento*. de Sene.74. Vt nauem, vt ædificium idem deſtruit facillimè qui conſtruxit.

DESVBITO, *pro Subitò* de Rep.ex Nonio.

DESVDO, *ſudo, nitor*. de Sene.38. Deſudare atque elaborare in aliqua re.

DESVEFACTVS.)(.*Aſſuefactus, aſſuetus*. pro Cl.110. Is multitudinem iam deſuefactam à concionibus, ad veteris conſuetudinis ſimilitudinem reuocauerat.

DESVLTORIVS, *qui ex equo in equum facilè deſilit, relicto priore, in alterum tranſit. Hic comparatio eſt, qua Poſthumij inconſtantiam notat*. pro Mur.57. Qui neſcio quo pacto mihi videtur prætorius candidatus in Conſularem quaſi deſultorius, in quadrigarum curriculum incurrere.

DESVM, *non adſum, deficio, abſum*.2. Q.Fr.5. Huic conuiuio Quintus tuus defuit. de Cla.237. Paucæ ſententiæ ad Conſulatum defuerunt.1.de Or.80. Nobis ſi ingenium, vt putas, non defuit, doctrina certè & otium defuit.2.cont.Rull.40. Oratio ad eius rei diſceptationem non deerit. de Clar.124. Et vita ſuppeditauit, & ſplendor ei non defuit. 1. de Diu. 61. Siue deeſt naturæ quippiam, ſiue abundat, atque effluit.3.de Orat.16. Nec in Antonio defuit hic ornatus, nec in Craſſo redundauit.5.Fa.8. Nunquàm mihi tui ornandi voluntas defuit.10.17. Quòd ſi quis veſtrûm non probabit, mihi prudentiam in conſilio defuiſſe ſciam, non illi erga patriam fidelitatem. pro Mil.101. Tibi nullum à me pietatis officium defuit.1.Fam. 9. Tantùm enitor, vt neque amicis neque alienoribus, opera, conſilio, labore deſim. 11.28. Quod officium tuum, vel in abſentem me, vel in præſentes meos defuit? 13.63. Non putaui fieri poſſe, vt mihi verba deeſſent, ſed tamen in C.Lenio commendando deſunt. Ibidem. Sed vereor, ne iam mihi ſupereſſe verba putes, quæ dixeram defutura. de Clar.130. Qui cùm remiſerat dolores pedum, non deerat in cauſis. de Ar.38. Tibi hominum pœnæ deſunt adhuc, nō deorum.2. A.71. Cur ei bello propter timiditatem defuiſti? 9.1. Non quòd L.Philippo aut ſtudium, aut cura defuerit, tanto munere.4.At.10. Nec metuo tamen ne mihi ſermo deſit abs te, quo magnoperè delector. pro Flacc.61. In hac Repub. ad eam opprimendam non animus eis, ſed vires deficiunt & defuerunt. * de iur.ciuil. Nec verò ſcientia iuris maioribus ſuis Qu. Ælius Tubero defuit, doctrina etiam ſuperfuit. Hortenſ. Oratæ, neque ad voluptatem quicquam defuit: neque ad gratiam, neq; ad bonam integrámque valetudinem.

† ADVERB. Omninò quid, planè ac omninò, de Clar. Omninò nihil vnquàm, de Amic. Planè quid, 7.Attic. Planè quid ſcribamus, 7.Att. Vehementer æquitatem, 2.contra Rull.

☞ Syntaxis. *Deeſſe conſilio: id eſt, in conſilio. Deeſt hoc ad gloriam. Tibi deſum opibus. Tibi non ſemper deerunt hominum pœnæ.*

DETENTVS. 3. Attic. 19. Hactenus Theſſalonicæ detentus ſum.

DITERGO, *vel*, DETERGEO, *abſtergeo*. in Ar.

*Cùm neque caligans detergit ſidera nubes.*

14.At.10. Primo anno LXXX. deterſimus.

DETERIOR, DETERRIMVS, *prior, durior, nequiſſimus*. de Ar. 56. Deterioris verbum in eum maximè cadit, qui ſit vnus omnium mortalium ſine vlla dubitatione deterrimus. Ibidem 57. Nullum decus reperiri poteſt, quod non in deteriore inſit. de Opt.4. Quod optimo diſſimillimum eſt, id eſt, deterrimum.3.de Or.26. Quicquid dextraxeris, vitioſius & deterius futurum eſt. 14.At.11. Rem non fecit deteriorem, haud ſcio an fructuoſiorem.9.11. Curſare huc & illuc via deterrima.2.de N. 87. Si corrige aliquid volet, deterius id faciet. 8. I. 4. Res verbo fieri interdum deterior ſolet.5.V.133. Niſi hoc ſtatuiſſes, quicquid dixiſſes, te deterius eſſe facturum.2.de Nat.36. Natura non optima putanda potiùs, quàm deterrima.13.A. 40. Deteriores iugulare cupio, meliores vincere. pro Cec.18. Eſſe deteriore iure, quàm cæteri ciues. Ibid.46. In iudiciis deterior cauſa eſt eorum qui fugiunt. pro Cor.35. Nec ideò eſt Gaditanorum cauſa deterior: grauiſſimis enim & pluribus rebus eſt fulta. pro Qu.20. Deteriore tempore abſens auctionatur. de Ar.61. Deteriore ſtatu eſſe.5.Fa.14. Ego valeo, ſicut ſoleo, paulò tamen etiam deteriùs quàm ſoleo.4.de Fin.69. Ex his anguſtiis iſta euaſerunt deteriora quàm Ariſtonis.3.ad Her. 7. Vt ſi qua res honeſtiori ordini placeat, quæ à deteriore ordine improbetur. 3. Her. Homo deterrimus. de Ami.59. Tertius verò ille finis deterrimus, vt quanti quiſque ſe ipſe faciat, tanti fiat ab amicis.2.de Leg.15. Theophraſtus autor haud deterior mea quidem ſententia, &c. de Aruſp.53. Hetruſci libri deteriores: & repulſos nos appellant, quorum & mentes & res ſunt perditæ. Ibid. 56. De repulſis & deterioribus multa. * de Leg. Status aut melior, aut certè non ♣ deterior.|| de Clar.258. Hanc rem deteriorem vetuſtas fecit.

☞ Syntaxis. *Eſſe iure deteriore. Tua eſt cauſa deterior. Fugientum cauſa deterior.*

DETERIVS, *aduerb*.1.de Fin.8. Quid inciderint in inculta quædam & horrida, de malis Græcis Latinè ſcripta deteriùs.

DETERMINATIO, *terminus, concluſio finis*.1.de Inu. 98. Concluſio eſt exitus & determinatio totius orationis.2.de Na. 101. Cœli complexu, extrema ora & determinatio mundi.

DETERMINO, *termino, concludo*.3.de Orat.73. Et id quod dicit, ſpiritu, non arte determinat.1.de Diu.19.

*Omnia fixa tuus glomerans determinat annus.*

DETERRENDVS.2.Off.62. Eámque iniuriam in deterrenda liberalitate ſibi geri putant.1.de Ora.258. Illud vereor, ne maiorem vim ad deterrendum habeat, quàm ad cohortandum.

DETERREO, *dehortor, tardo, reuoco, auoco, deduco, repello, remoueo, reſtinguo, auerto, debilito, ſummoueo, ſtudium alicuius tardo vel reſtinguo*.1.de Or.117. Neque hæc in eam ſententiam diſputo, vt homines adoleſcentes à dicendi ſtudio deterream.1.Fam.3. Sed vt ego ad certam laudem adhortor, ſic à dimicatione deterreo. de Ar.18. Non his delector literis quæ noſtros animos deterreant atque auocent à religione. ad Br. 9. Me quidem autoritas tua à nimio mœrore deterruit. de Clar. 262. Cæſar ſanos homines à ſcribendo deterruit.14.At.23. Non te Bruti noſtri vulticulus ab iſta oratione deterret? ad Brut. 15. Sceleratos ciues timore ab impugnanda patria deterrere. Ibidem 1. Quòd me de ſtatu meo nullis contumeliis deterrere poſſunt.1.Tuſcul. 91. Itaque non deterret ſapientem mors, quo minùs in omne tempus Reipublicæ conſulat. Orat. 5. Nec verò Ariſtotelem in Philoſophia deterruit à ſcribendo amplitudo Platonis: nec ipſe Ariſtoteles admirabili quadam ſcientia & copia cæterorum ſtudia reſtinxit. pro Quint.16. Deterrere aliquem, ne faciat aliquid.

DETERREOR. ad Brut.11. Is nulla re deterreri à propoſito poteſt.8.Fa.6. Deterreri ab officio.2.de D.81. Num igitur eorum frequentia Stoici de ſententia deterrentur?

† ADVERB. Facillimè autoritate vel vi, 15.Attic. Omninò à ſtudio, 1. de Orat.

☞ Syntaxis. *Deterrere aliquem ab iniuria & mœrore, ab officio, à propoſito.*

DETESTABILIS, *execrandus*.2.Offic.16. Nulla tam deteſtabilis peſtis eſt, quæ non homini ab homine naſcatur.11.A.11. Atque hoc quidem deteſtabile omen auertat Iupiter.1.Offic.57. Quo eſt deteſtabilior iſtorum humanitas, qui lacerarunt omni ſcelere Rempu.4.Tuſc.55. Iam ægritudinem laudare, vnam rem maximè deteſtabilem, quorum eſt tandem Philoſophorum? 3.25. Res tetra, miſera, deteſtabilis, de Sene.41. Nihil tam deteſtabile, támque peſtiferum, quàm voluptas. A.33. Metui, inuidioſum & deteſtabile eſt.2.65. Hic execrandus pop.Ro. & deteſtabilis eſt. de Amic. 27. Scelus deteſtabile.2.A.110. O deteſtabilem hominem.

☞ Syntaxis. *Naſcitur ab homine homini peſtis deteſtabilis. Tetrum, miſerum, deteſtabile. Metui, eſt inuidioſum ac deteſtabile. Homo deteſtabilis.*

DETESTANDVS, *execrandus*.1.de Na,124. Quæque dixerit, inuidiæ deteſtandæ gratia dixiſſe.

DETESTATIO, *deprecatio*. pro Dom. 140. Cùm pro deteſtatione tot ſcelerum, vnam aram nefariæ conſecrarat.

DETESTOR, *deprecor, remoueo*.4.A.10. Odij immortales, auertite & deteſtamini quæſo hoc omen. 1. C. 27. Vt à me quandam propè iuſtam patriæ querimoniam deteſter ac deprecer. 8. A.7. proximi belli ciuilis cauſam ignoro, deteſtor exitum. I. P. 96. Omnes memoriam Conſulatus tui, facta, mores, faciem

denique ac nomen à Republ. deteſtantur. in Vat.39. Omnes te vitant, & cùm viderint, tanquàm auſpicium malum deteſtantur. 9.At.12. Deteſtaris hoc diligenter XI.Cal.Mart. *id eſt, quaſi ita non eſſe teſtaris.*

☞ Syntaxis. *Deteſtari aliquid, aliquid ab aliquo.*

† ADVERB. Diligenter, 9.Attic.

DETEXENS. in Arat. *His non perpetuum detexens conficit orbem.*

DETEXO. 2.ad Herenn.42. Nunc ego te ab ſummo iam detexam exordio.

DETEXVS. 2. de Orat. 158. Reperiunt non modò ea quæ iam non poſſint ipſi diſſoluere, ſed etiam quibus antè exorſa & potiùs detexta propè retexantur.

DETINEO, *teneor, demoror.* 10.At.1. Conſilium tuum etſi non in longinquum tempus differs, tamen ſuſpenſum me detines. 12. Fam. 15. Nonnullis etiam ipſi magiſtratus veniebant in ſuſpicionem, detinuiſſe nos & demoratos eſſe, dum, &c.

† ADVERB. Diutiùs, diutiùs in ſermone, 4.Attic.

DETINEOR. 3.ad Her.40. Nunquàm eſt enim, quin aliquid memoriæ tradere velimus, & tum maximè, cum aliquo maiore negotio detinemur. 2.de Inu.132. Quare in alienis negotiis detineantur.

† ADVERB. Propè in domo, 4.Verr.

DETORQVEO, *deflecto, auerto.* 2.Offic.37. Voluptates animum à virtute detorquent. de Vn.22. Eámq; detorſit à latere in dextram partem. 1. de Orat.74. Vt ea ipſa neſcio quomodo rurſus detorqueres, & Oratori propria traderes. ‖ 5.Tuſcu.59. Detorquebat ponticulum ligneum.

DETORQVEOR. pro Cæl.22. Voluntas teſtium, quæ nullo negotio flecti ac detorqueri poteſt.

DETORTVS. 3. de Finib.17. Pars corporis imminuta & detorta.)(*.apta, integra.*

☞ Syntaxis. *Animus à virtute detorquetur voluptate. Flectere ac detorquere teſtium voluntatem. Membrum detortum.*

DETRACTIO, *diminutio.* 3.Offic.30. Detractio atque appetitio alieni. 2.de D. 48. Statuæ enim ipſæ efficiuntur detractione de Vn.16. Detractio confecti & conſumpti cibi. 12.Atti.33. Cuius loci detractionem fieri velit.

DETRAHENDVS, *diminuendus, amouendus.* 1.Offic.134. Cum de abſentibus detrahendi cauſa maledicè contumelioſéque dicitur. pro Cæl.3. Ea quæ accuſatores deformandi huius cauſa, detrahendæ, ſpoliandæ dignitatis gratia dixerunt. de Pro.1. Qui mihi homines ex prouinciis potiſſimùm detrahendi ſunt.

DETRAHENS. 4.Acad.15. Socrates de ſe ipſe detrahens.

DETRAHO, *minuo, delibo, derogo, deſero, aufero, decerpo, detractionem facio.* 5.Famil.2. Egi cum Claudia vxore tua & cum veſtra ſorore Mutia, vt eum ab illa iniuria detraherent. ‖ 6.7. De quo quicquid detrahas, neceſſe eſt aut infirmitati, aut inuidiæ aſſignetur. pro Mar.11. Quantum operibus tuis diuturnitas detrahet, tantum afferet laudibus. 2.de D.142. Nunc propter intermiſſionem forenſis operæ, & lucubrationes detraxi, & meridiationes addidi, quibus anteà non vtebar. 1.118. Paruis enim momentis, multa natura aut affingit, aut mutat, aut detrahit. 10.A. 6. Si quis hanc conſuetudinem pleriſque in rebus bonos obtrectandi tibi detraxerit: *aliàs, bonis.* de Aruſpic.28. Qui ſacerdotem ab aris detraxiſti. Ibid. Detrahere aliquem de cruce. de Am.57. Multę res ſunt, in quibus de ſuis commodis viri boni multa detrahunt. Anteq.27. Neque Quintus Metellus quicquam de virtute ſua detraxit, quod ceſſit L.Saturnino, &c. pro S.R.44. Nihil mihi detraham, cùm illis exactæ ætatis ſeueriſſimè fructum quem meruerunt, retribuam. 10.Att.5. Rogaui, & ſi quid poſſet, ex ea ſumma detraheret. 2.de Diu.79. Cæſar Deiotaro detraxit Armeniam à Senatu datam. 3. de Nat. 83. Dionyſius Ioui aureum detraxit amiculum. 3. V. 25. Sed de meo iure aliquid & commodo detraho. Poſtquàm ad Quir.6. Non ſolum calamitatem mihi detraxiſſe, ſed etiam dignitatem auxiſſe videmini. Ibid.19. Mihi quod potuit ſceleratorum furor detrahere, eripuit, abſtulit, diſſipauit. 3. Offic.23. Detrahere aliquid alteri, & rapere ad ſe commoda alterius. 2. de Orat. 286. Concedere aduerſario idipſum, quod tibi ille detrahit. 6. V.53. Vt ipſe de me detraham. 11.At.11. Ille non ceſſat de nobis detrahere. 2.de Inu.33. Detrahere de honeſtate alicuius. 3.Fam.8. Detrahere de fama alicuius. pro Flac.91. Dat de lucro, nihil detrahit de viuo. 6.V.25. Honorém debitum detraxerunt non homini, ſed ordini. 1.Fam.5. Nihil enim tibi detraxit Senatus, niſi id quod per eandem religionem dari alteri non poteſt. Ibidem. Si quid ex iis rebus, quas tibi fortuna elargita eſt, nonnullorum hominum perfidia detraxerit. 4.Acad.6. Ne quid priuatis ſtudiis de opera publica detrahamus. 1.de Or.35. Ne de C.Lælij gloria detrahã. * Hortenſ. Vt ea ſibi ratio vera reſtituat, quæ conſuetudo vitioſa detraxerit.

¶ *Abduco.* pro Cl.179. Vt hunc Oppianicum ad hanc accuſationem detraheret. de Pro.19. At hi illum inimicum ex Gallia ſuis ſententiis non detrahebant. *id eſt, non reuocabant.*

¶ *Obtrecto.* 1.Q.Fr.1. Sermo eorum qui de ſe detrahere volunt. pro Rab.20. Detrahere de aliquo, & eum in inuidiam vocare.

DETRAHOR. pro Milon. 39. Detrahi in iudicium. 5. V. 181. Scribæ nomine binæ quinquageſimæ detrahebantur. pro Cæl. 34. Claudia patrem triumphantem de curru detrahi paſſa non eſt. 9.At.1. Cùm aliquid de illo detrahatur, nefas eſſe approbare. ‖ pro Rab.P.44. Detrahi ex dignitate, &c.

† ADVERB. Facilè, 2.Phil.

DETRACTVRVS. 1. V.49. Cùm ipſe de ea facultate, ſi quem habet, aliquantum detracturus ſit.

DETRACTVS, *in actiuo ſynonyma ſunt.* 1. de Orat.118. Fingere aliquem detractis omnibus vitiis, atq; omni laude cumulatum. 2.Offic.34. Quo quis callidior eſt, hoc inuiſior detracta opinione probitatis. de Clar. 262. Commentarij Cæſaris nudi omni ornatu orationis, tanquàm veſte detracta. 3.Famil.6. Si abſenti mihi vnius menſis labor detractus eſſet. pro Pomp.10. Ne vera laus ei detracta oratione noſtra, nec falſa afficta eſſe videatur. pro Planc.52. Nihil enim, mihi crede, de te detractum, ſed aliquid etiam de virtute ſignificatum tua. 1.de Finib.30. Detractis de homine ſenſibus, reliqui nihil eſt. pro Rab. Reſtituere id quod detractum eſt. ex aliqua re. 3.Fam.12. Ne quid de ſummo meo erga te amore detractum eſſe videatur. 6.A.15. Celeritas de cauſa detracta. pro Clu.82. Nihil poteſt neque additum neque detractum de re familiari latére.

☞ Syntaxis. *De ſe detrahere: id eſt, ſe non laudare, non ſibi tribuere, Detrahere alicui damna. De aliquo detrahere, & alicui i. maledicere.*

DETRIMENTVM, *damnum.*)(*.emolumentum.* 3.de Fin.69. Emolumenta & detrimenta, quæ ὠφελήματα & βλάμματα appellant. 1.de Orat.38. Plura detrimenta publicis rebus quàm adiumenta per homines eloquentiſſimos importata. 5.A.34. Conſules prouideant, ne quid Reſpub. detrimenti accipiat. 6.V.20. Reſpubl. detrimẽtum fecit, quòd per te imperij ius in ciuitate imminutum eſt. Ibidem. Non ſine magno Reip. detrimento. 1.de Fin.53. Plúſque in ipſa iniuria detrimenti eſt quàm in his rebus emolumenti, quæ iniuria pariuntur. in vita Att. Ne illa peregrinatio detrimentum aliquod adferret rei familiari, eodem magnam partem fortunarum traiecit ſuarum. de Clar.4. Noſtro incommodo detrimentóque doleamus. pro Pomp.15. Accipere detrimentum in aliqua re. Ibid.67. & 2. A.101. Tua iſta detrimenta ſunt, illa noſtra. 10.Fam.18. Tamen ſi quid Lepidus bene ſentiens detrimenti cepiſſet, hoc omne aſſignatum iri aut pertinaciæ meæ, aut timori videbam. Ibid.24. Neque tamen refugiendo commiſſuri ſumus, vt maius detrimentum Reſpub. accipere poſſit. 1. Off.51. Quicquid ſine detrimento poſſit commodari, id tribuatur cuique. 16. Famil. 11. Senatus Conſulibus, Prætoribus, Tribunis plebis, & nobis qui Proconſules ſumus, negotium dedit, vt curaremus, ne quid Reſpub. detrimenti caperet. pro Mil.71. & 1.C.4. Vt videret, ne quid Reſpub. detrimenti caperet.

† ADIVNC. Magnum, 10.Fam. Maius, 1.Fam. Maximum, 5.Verr. Minus, poſtquàm in Senat. Plura, 1.de Orat. Summum, 1.de Inuent.

☞ Syntaxis. *Per aliquem importatum detrimentum alicui. Pati, accipere, facere detrimentum. Incommodum ac detrimentum.*

DETRVDO, *depello, deturbo, expello.* de Vniu.42. Et ita dextra detruſit in læuam partem oculorum, læuáque in dextram. 5.Fam. 10. Quatuor enim turres, & quatuor muros cepi, & arcem eorum totam, ex qua me niues, frigora, imbres detruſerunt. 1.Offi. 114. Sin aliquando neceſſitas nos ad ea detruſerit, quæ noſtri ingenij non erunt, &c. 1.de Orat.130. Detrudere aliquem ad id quod facere poteſt.

¶ *Differo, produco.* 4.Att.16. Putant fore aliquem, qui comitia in aduentum Cæſaris detrudat, Catone præſertim abſoluto.

† ADVERB. Aliquando, 1. Offic.

DETRVDOR, *deturbor.* pro Qu.28. Quintius de agro communi à ſeruis communib. vi detruditur. pro Cec.49. Potéſtne detrudi quiſquam, qui non attingitur? nónne, ſi verbum ſequi volumus, hoc intelligamus neceſſe eſt, eum detrudi cui manus afferantur? neceſſe eſt, inquam, ſi ad verbum rem velimus attingere, neminem ſtatu detruſum, qui non adhibita vi manu demotus & actus præceps intelligatur. 1. de Or.46. Oratorem in iudicia & conciunculas, tanquàm in aliquot piſtrinum detrudi & compingi videbam.

¶ *Differor.* 2. Q. Frat.12. Putantur detrudi comitia in menſem Martium.

DETRVSVS. 2. de Nat.135. Stomachus agitatione linguæ depulſum, & quaſi detruſum cibum accipit. 1. Q.Frat.4. In maximum luctum laborémque detruſus ſum.

☞ Syntaxis. *Comitia detruſa in Cal. id eſt, dilata. Detrudere & compingere. Cibus depulſus ac detruſus. In luctum detruſus.*

DETVRBANDVS. pro Quin.47. De fortunis omnibus P.Quintius deturbandus eſt.

DETVRBATVS, *deiectus.* 12.Fam.25. Neque ſolùm ſpe, ſed certa re iam & poſſeſſione deturbatus eſt. 5.7. Sed hoc ſcito, tuos veteres hoſtes, nouos amicos, vehementer literis perculſos, atque ex magna ſpe deturbatos iacére.

DETVRBO, *demolior, deiicio, detrudo*.6.V.90.Tindaridani ſtatuam iſtius deturbarunt.Para.4. Cùm parietes diſturbabas.‖ *aliàs*, deturbabas. I.P.46. Suum quemque ſcelus de ſanitate ac mente deturbat.Ibid.93.Illi ſtatuam iſtius deturbant, affligunt, comminuunt, diſſipant.3.Qu.Fr.9.Quòd ſi cæmentum bonum non haberem, deturbem ædificium?

☞ Syntaxis. *Deturbare aliquem de fortunis, ſpe, poſſeſſione, certa re. Deturbare ædificia. Ex ſpe deturbari.*

DEVECTVS.1.At.9. Atque ego celeriter Veliam deuectus ſum.

†ADVERB. Celeriter, 1.Phil.

DEVENIENDVM.7.Fa.3. Aut deueniendum in victoris manus.

DEVENIO, *venio, peruenio*.2.de Orat.239. Quæ cuiuſmodi ſint, facilius iam intelligemus, cùm ad ipſa ridiculorum genera deuenerimus.I.P.70. Deuenit, aut potius incidit in iſtum Græculus, &c.4.Fa.5.Quoniam in eam fortunam deueni, &c.pro Mur. 29.Qui Oratores euadere non poſſunt, ad iuris ſtudium deuenire.1.At.7. Nolebam illum noſtrum familiarem ſermonem in alienas manus deuenire.

†ADVERB. Neceſſariò ad locum, 6.Verr.

DEVEXATVS, *valde vexatus, afflictus*.10.Fam.3. Per tot annos Repub. deuexata.

DEVEXVS, *deflexus, inclinatus*.1.de D.101.Lucus Veſtæ, qui à palatij radice in nouam viam deuexus eſt.9.Att.12. Ætas iam à diuturnis laboribus deuexa ad otium, domeſticarum me rerum delectatione molliuit.5.de Legib. Sol paululum à meridie iam deuexus videtur.

☞ Syntaxis. *Deuexa mea, ætas in, ad.*

DEVICTVS. contra Rull.89.Quibus Coſſ. Capua deuicta atque capta eſt.2.de Nat.8.Claſſe deuicta.

DEVINCIO, *obſtringo, alligo, conſtringo, comprehendo*.‖ *Cùm ignorent recentiores ſæpe hoc verbum ad Officia quibus aſtringamur transferri à Cicerone, vſurpant obnoxiam facere, aut obnoxium eſſe.* pro Seſt.15.Hunc Pompeius omni cautione, fœdere, execratione deuinxit, nihil contra me eſſe facturum.pro Dom.131. Deuincere aliquem locum religione: *id eſt, dedicare*.13.Fa.7. Tum viros primos & homines honeſtiſſimos ſummo beneficio in perpetuum tibi tuíſque deuinxeris. de Clar.98. P.Craſſus cum Seruio Galba affinitate ſeſe deuinxit.1.Qu.Fr.2.Quem non ſolùm ſermone meo, ſed etiam familiaritate deuinxi. 1. Offic.54. Sanguinis autem coniunctio & beneuolentia deuincit charitate homines.13.Fa.3. Ipſum præterea ſummo officio, & ſumma obſeruantia tibi in perpetuum deuinxeris.2. A. 116. Cæſar aduerſarios clementiæ ſpecie deuinxerat.Orat.85.Nec aceruatim multa frequentans vna complexione deuinciet.2.de Nat. 148. Eloquentia nos iuris legúmque ſocietate deuinxit.I.P. 49. Qui in Italia omnes omnium gentium partes tribus triumphis deuinxit de Fat.10. Hi mentem hominis voluntate libera ſpoliatam fati neceſſitate deuinciunt.de Ar.5. Hic maximo ſe ſcelere deuinxit.

DEVINCIOR.7.V.81. Cleomenes ab iſto donis beneficiiſque plurimis deuinciebatur.de Cla.140.Verba eligere, collocare, & compreſſione deuincire.3.Offic.111.Fœdera, quibus etiam cum hoſte deuincitur fides.

DEVINCTVS.1.Fam.9.Cuius officijs me eſſe deuinctum confiteor.Ibid. 7. Hic tibi tua præſtanti in eum liberalitate deuinctus eſt.6.11.Nunc tanto ſum deuinctus eius beneficio, vt nemini plus debeam.Ibid.19.Omnes ferè familiariſſimi eius quaſi deuincti meis magnis veteribus officiis me diligenter obſeruant.3.13.Iis ſtudiis, quibus vterque noſtrûm deuinctus eſt. de Cl.45. Nec in impeditis ac regum dominatione deuinctis naſci cupiditas dicendi ſolet.16.At.17. Me maximo beneficio deuinctum ſemper habebis.pro Cæl. 36. Eum habere tuis copiis deuinctum non potes.de Pro.19.Nationes nondum legibus, & iure certo, nec ſatis firma pace deuinctæ.pro Mil. 89. Pompeium nouo reditu in gratiam quaſi deuinctum arbitrabatur. pro Cl. 179.Vt eum nuptiis alligatum, ſimul & teſtamenti ſpe deuinctum haberet in poteſtate.1 con. Rul.16.Italiam omnibus vinculis deuinctam & conſtrictam tenere. pro Planc. 45. Tenere aliquem deuinctum largitione.pro Arch. 5. Is totam Hortenſiorum domum deuinctam conſuetudine tenebat. pro Cec. 92. Ad duas diſſimiles res duo deuincta interdicta ſunt.

☞ Syntaxis. *Deuincire aliquem clementia. Se ſcelere deuincire. Fœdere deuincitur fides. Aliquem vinculis amicitiæ deuinctum tenere.*

DEVINCENDVS. I. C.18. Tu ad deuincendas perfringendáſq; leges valuiſti. *aliàs*, euertendas.

DEVINCO, *ſupero, vinco*, 2, de Na.6. Cùm ad fluuium Sagrã Crotoniatas Locri maximo prælio deuiciſſent.Orat. 153. Duellius qui Pœnos claſſe deuicit. 2. con. Rull.85. Nuceriam ſuis præſidiis deuincent.

DEVITATIO, *fuga, vitatio*. 16.At.1. Facilior & exploratior deuitatio legionum fore videtur, quàm piratarum, qui apparere dicuntur.

DEVITATVS.9.At.6.Ne Cæſar ſe à me deuitatum putet.

DEVITO, *defugio, vito*.2.V.8.Procellam temporis deuitauit.

DEVITOR.2.Tuſc.62.Nullum ab iis, qui in id certamen deſcendant, deuitari dolorem.

DEVIVS, *qui de recta via deflexit, à via remotus, alienus, aduerſus*. 2.Fa.4.Id & nobis erit iucundum, & tibi non ſanè deuium. I.P. 89.In oppidum deuium Beroam perfugiſti.3.Att.7. Sed itineris cauſa vt diuertar, primum eſt deuium, &c.4.3. Metellus per itinera deuia ad campum currebat, &c. 14. 10. Trebonius itineribus deuiis proficiſcitur in prouinciam.2.A.106. Quid Anagnini? qui cùm eſſent deuij, obuiam ei deſcenderunt. de Amic.94. Quid enim poteſt eſſe tam flexibile, tam deuium, quàm animus aſſentatoris? qui, &c.5.A.37. Homo amentiſſimus, atque omnibus conſiliis præceps & deuius. 3. Acad. Quod ſi liceret vt iis, qui in itinere deerraſſent, ſic vitam deuiam ſecutis corrigere errorem pœnitendo.

☞ Syntaxis. *Via, iter, oppidum, factum, vita, animus deuius.*

DEVNX, *vndecim vnciæ, quaſi vna de aſſe dempta*. pro Cec.17. *Lege*, AS.

DEVOCO, *reuoco*.de Pro.29.Nihil eſt, quod eum de prouincia deuocent: ad gloriam deuocant, ad triumphum, ad gratulationem, ad ſummum honorem Senatus equeſtris ordinis gratiam, populi charitatem.5.Tuſc.10.Socrates primus Philoſophiam deuocauit è cœlo.

DEVOCOR.ad Her.4.In ſuſpicionem maleficij deuocari.

DEVOLO, *auolo, aufugio*. pro Qu.93. Ab afflicta amicitia transfugere, & ad florentem aliam deuolare. 4.ad Her. 25. Falſi amici ſimul ac fortuna dilapſa eſt, deuolant omnes.

DEVOLVTVS.7.A.13. Non auditis ſententiam meam flagitari? cui cùm pridie frequentes eſſetis aſſenſi, poſtridie ad ſpem eſtis inanem pacis deuoluti.

DEVORANDVS.4.At.5.Dudum circumrodo quod deuorãdum eſt.de Cla.236. M.Piſo hominum ineptias & ſtultitias, quæ nobis deuorandæ ſunt, non tulit.

DEVORATVS.I.P.90. In quo tu accepta tamen & deuorata pecunia Vtinachorum centum talenta euomere non poteras. in Sal.20.Patrimonio nõ comeſo, ſed deuorato pro Flac.57.Quod erat ſpe lucrum deuoratũ.13.A.3.Beneficiis Cæſaris deuoratis.

DEVORO, *ligurio, helluor*. pro Seſt. 23. Verbum ipſum voluptatis omnibus modis animi & corporis deuorabat.I.P.48. Cùm partim eius prædæ profundæ libidines deuoraſſent: partim, &c.1. At.13.Ille legis hæreditatem ſpe deuorârat.5.V.177. Deuorare omnem pecuniam publicam non dubitauit.7.At.3. Quid enim tibi faciam? qui illos libros deuoraſti? 11.Fa.21.Quocirca Segulium negligamus, qui res nouas quærit: non quòd veterem comederit, nullam enim habuit: ſed hanc ipſam recentem nouam deuorauit.6.A. 17. Quapropter, Quirites, expectate, & paucorum dierum moleſtiam deuorate.pro Dom. 60. Cum omnium locupletum bona ſpe & auaritia deuoraſſe.3.V.135.Iſte qui iam ſpe & opinione prædam illam deuoraſſet.

DEVOROR, de Clar.282.Orationem à multitudine deuorari: *id eſt, non planè intelligi*.2.de Natur. 135. Stomachi partes quæ ſunt infrà quàm id quod deuoratur, dilatãtur: quæ autem ſuprà contrahuntur.

☞ Syntaxis. *Deuoranda ſtultitia. Deuorare libros. Bona ſpe deuorare: id eſt, per auaritiam & opinionem. Orationem deuorare: i. percipere.*

DEVOTIO, *dedicatio, conſecratio*.3.de N.15. Deciorum deuotionibus placatos eſſe deos. pro Dom. 145. Hanc ego deuotionem capitis mei cùm ero in ſedes meas reſtitutus, tum denique conuictam eſſe & commiſſam putabo.Poſtq.ad Q.1. Eius deuotionis me eſſe conuictum iudicio deorum, &c.teſtimonio Senatus, confeſſione inimicorum maximè lætor.

DEVOTVS, *deſtinatus, conſtitutus*.de Ar.6. Accedit enim, quòd T. Annio deuota & conſtituta iſta hoſtia videtur.

DEVOVEO, *voueo, deſtino, dedico, conſecro*.2.de Natur. 10. Quidam Imperatores ſe ipſos diis immortalibus, capite velato, verbis certis, pro Republ. deuouerunt.1.de Diu. 51.P. Decius deuouit ſe, & in aciem Latinorum irrupit armatus.2.de Finib. 61. Nam etiam eius collega P.Decius princeps in ea familia Conſulatus, cùm ſe deuoueret, & equo admiſſo in mediam aciem Latinorum irruebat, &c.11.A.13.P. Decius qui maiorũ ſuorum exempla perſequens, pro alieno ſe ære deuouit. Para. 1. Quæ vis patrem Decium? quæ filium deuouit? & immiſit in armatas hoſtium copias? Poſtquàm ad Quir.1. Cum me fortunáſque meas pro veſtra incolumitate, otio concordiáque deuoui. pro Dom. 145. Méque ac meum caput hac conditione deuoui, vt, ſi, &c.3. Offic. 95. Agamemnon cùm deuouiſſet Dianæ, quod in ſuo regno pulcherrimum natum eſſet illo anno, immolauit Iphigeniam, qua nihil erat eo quidem anno natum pulchrius.

☞ Syntaxis. *Deuotionis conuictus. Capitis deuotio. Pro alie ſe Deo deuouere. Deuouere ſe pro ære alieno. Deuouere filium.*

DEVS, *diuinus ſpiritus, numen, præſtans æternáq; natura, diuus, qui in deorum numero eſt, ille qui cœlum atque terras tuetur & regit, procreator mundi*.1.Tuſc.66.Nec Deus ipſe qui intelligitur à nobis, alio modo intelligi poteſt, niſi mens ſoluta quædam & libera, ſegregata ab omni concretione mortali, omnia ſentiens &